E-lib.ch
Elektronische Bibliothek Schweiz
Bibliothèque électronique suisse
Swiss electronic library

e-rara.ch

Testamentum Novum

Erasmus, Desiderius

[Zürich], [155./156.]

Zentralbibliothek Zürich

Signatur: VIII bis 120

Persistenter Link: http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-8198

e-rara.ch
Das Projekt e-rara.ch wird im Rahmen des Innovations- und Kooperationsprojektes „E-lib.ch: Elektronische Bibliothek Schweiz" durchgeführt. Es wird von der Schweizerischen Universitätskonferenz (SUK) und vom ETH-Rat gefördert.

e-rara.ch is a national collaborative project forming part of the Swiss innovation and cooperation programme E-lib.ch: Swiss Electronic library. It is sponsored by the Swiss University Conference (SUC) and the ETH Board.

www.e-rara.ch

Nutzungsbedingungen
Dieses PDF-Dokument steht für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Es kann als Datei oder Ausdruck zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Terms and conditions
This PDF file is freely available for non-commercial use in teaching, research and for private purposes. It may be passed to other persons together with these terms and conditions and the proper indication of origin.

Visual Library

VIII bis
120.
Rudolphi 1.
Kat. S. 78 es

TESTAMENTVM NOVVM, PER D. Erasmum Roterodamum nouissime recognitum.



PRAETEREA SCRIPTVRAE concordantijs undique in marginibus accurate illustratum.

ELENCHVS CAPITVM
Euangelij secundũ Matthæum.

1 Genealogia Christi.
2 De Magis & pueris interfectis.
3 Primus Ioannes prædicauit regnũ cœ-
4 De tentatione Christi. (lorum.
De uocatione Petri, Andreę, & filio-
rum Zebedęi.
5 De beatitudinibus.
Cum proximo non contendendum.
Non mœchandum.
Vxorem non repudiandam.
Non iurandum.
Iniuriam patienter tolerandam.
Diligendos esse inimicos.
6 De eleemosyna, oratione, ieiunio.
De contemnenda terrenorum cura.
7 Quomodo nullũ condemnare liceat.
Petendum esse.
Cauendos esse pseudoprophetas.
8 De leproso.
De Centurione.
De socru Petri.
De dęmoniacis curatis.
De adolescente sequi iussõ.
De sedata tempestate maris.
De dæmonijs in porcos eiectis.
9 De paralytico.
De Matthęo.
De Christo cũ publicanis sumẽte cibũ.
De filia archisynagogi.

De muliere sanguinis ꝓfluio laborãte.
De duobus cæcis.
De muto dęmoniaco.
10 Instruit duodecim apostolos, dans illis potestatem curandi.
11 De discipulis à Ioanne missis.
12 De discipulis sabbato uellẽtib. spicas.
De sanata manu arida.
De dęmoniaco cęco & muto.
De requirentibus signum.
De matre & fratribus,
13 Parabolę seminantis, & regni cœlorũ.
14 De Ioanne & Herode.
De V. panibus & duobus piscibus.
De ambulante Iesu super mare.
15 De transgressione ꝓcepti dei propter constitutiones humanas.
De Chananæa.
De turbis sanatis.
De septem panibus.
16 De fermento phariseorum.
De interrogatione apud Cęsaream.
De hortatione Petri, ne Iesus, &c.
17 De transformatione Christi.
De lunatico.
De exigentibus didrachma.
18 De quęrentibus quis maior.
De offendiculo abijciendo.
De centum ouibus parabola.
De correptione proximi.

De potestate ligandi soluendiq;.
De eo qui debebat decẽ millia talenta.
19 De interrogantibus, an liceret diuortiũ facere.
De diuite interrogante Iesum.
20 De mercede conductis operarijs.
De filijs Zebedæi.
De duobus cæcis.
21 De asina & pullo.
De cæcis & claudis.
De ficu quæ exaruit.
De principibus sacerdotũ interrogantibus dominum.
De duobus filijs parabola.
De uinea.
22 De uocatis ad nuptias.
De censu Cæsaris.
De Sadducæis.
De legis doctore Christũ interrogãte.
De quæstione domini.
23 Deploratio scribarum & pharisæorũ.
24 De consummatione, die & hora.
25 De decem uirginibus.
De his qui talenta acceperunt.
De aduentu Christi.
26 De ea quæ unxit dominum.
De paschate.
De typo mystico.
De proditione Iudæ, Caipha.
Negatio Petri.

27 De præside Pilato.
De pœnitentia Iudæ.
De tormentis & pœnis Iesu, & morte eius.
De petitione corporis domini, & sepulchri custodibus.
28 De Christi resurrectione.
De sepulchri custodibus, testibus resurrectionis.
Quomõ se præbuit Iesus uidendũ mulieribus & apostolis in Galilæa.
Finis.

CAPITA EVANGELII secundum Marcum.

1 De Ioanne Baptista Christum baptizante in Iordane.
De uocatione Petri, Andreæ, & filiorum Zebedæi.
De dæmoniaco.
De socru Petri.
De curatis à uarijs morbis.
De leproso.
2 De paralytico.
De publicano filio Alphæi.
De Iesu conuescente publicanis.
De discipulis uellentibus præ fame spicas sabbato.
3 De habente manum aridam.

De apostolorum electione, data illis uaria potestate.
De matre & fratribus.
4 De semine parabola.
De increpatione aquarum.
5 De legione dęmoniorum.
De filia archisynagogi.
De muliere sāguinis ꝓfluuio laborāte.
6 Quomodo Christus misit apostolos curatum uarios morbos.
De Herode & Ioanne.
De V. panibus & duobus piscibus.
De ambulatione in mari.
7 De discipulis illotis manibus prandentibus.
De transgressione prędcepti dei.
De Syrophœnissa.
De sabbato.
8 De septem panibus.
De quęrentibus signum.
De fermento phariseorum.
De cæco.
De interrogatione in Cęsarea.
De dehortatione Petri.
9 De transformatione domini.
De lunatico.
De disputatione quis esset maior.
De offendiculo tollendo.
10 De diuortio.
De diuite interrogante Iesum.

De

De filijs Zebedæi.
De Bartimæo.
11 De pullo.
De ficu quæ exaruit.
De electis è templo numularijs.
De fiducia erga deum.
De obliuione iniuriarum.
De principibus & seniorib. sacerdotum qui dominũ interrogabant.
12 De uinea.
De censu dando Cæsari.
De Sadducæis.
De scriba.
De interrogatione domini.
Cauendos esse hypocritas.
De uidua paupercula.
13 De consummatione.
De die & hora.
14 De ea quæ dominũ unxit unguento.
De paschate.
Christi captiuitas.
Negatio Petri.
De his quę domino Iesu apud summum sacerdotem irrogata sunt.
15 De his quæ sub Pilato præside passus est.
De morte.
De petitione corporis domini.
De sepultura.
16 De Christi resurrectione.
Quibus post mortem apparuit uiuus.

Quomodo discipulis commisit Euangelij prædicationem.

Finis.

CAPITA EVANGELII secundum Lucam.

1 De parentibus Ioānis Baptistæ, eius & natiuitate.
Salutatur Maria ab angelo.
Visitatur Elizabet à Maria.
2 De censu totius orbis.
De partu Mariæ.
De pastoribus.
De Symeone.
De Anna prophetissa.
Iesus inuentus est in medio doctorum.
3 Ioānes prædicat baptismū pœnitētiæ.
De his qui Ioannem interrogabant.
De Herode & Ioanne.
De baptismo Christi.
De genealogia Christi.
4 De ieiunio & tentatione Christi.
Iesus ductus in montē, subtraxit se Iudæorum conspectui.
De dæmoniaco.
De socru Petri.
De curatis à uarijs morbis & dæmonijs.
5 De captura piscium.
De leproso.
De paralytico.

De

De Leui publicano.
De Iesu prandente cum publicanis.
Cur discipuli Ioannis ieiunant, Christi uero non.
6 Discipuli spicas uellūt sabbato præfa-
De habente manum aridam. (me.
De apostolorum electione.
De beatitudinibus.
Diligendos esse inimicos.
Cum proximo non contendendum.
Quod proximū cōdemnare nō liceat.
7 De seruo Centurionis.
De filio uiduæ.
De discipulis à Ioanne missis.
8 De ea quæ unxit dominum unguento.
De eo qui sementē faciebat parabola.
De matre & fratribus.
De increpatione aquarum.
De legione.
De filia archisynagogi.
De muliere sāguinis ꝓfluuio laborāte.
9 De duodecim apostolis, & potestate illis data.
Audiuit Herodes de Iesu.
De quinq; panibus & duobus piscib.
De interrogatione domini.
De transformatione Christi.
De lunatico.
De disputatione, quis esset maior.
De eo qui prohibitus fuit ab aposto-

lis eijcere dæmonia.
Prohibet, ne petãt uindictã ob id quod
non recepti sint hospitio.
10 De signatis septuaginta.
De quæstione legisperiti.
De eo qui incidérat in latrones.
De Martha & sorore eius Maria Ma
11 De oratione. (gdalena.
De habente dæmonium mutum.
De muliere quę de turba uocẽ extulit.
De his qui petebant signum.
De pharisæo qui dominũ inuitauerat.
De deploratione scribarum.
12 De fermento pharisæorum.
De eo qui uolebat diuidi hæreditatẽ.
De eo cuius ager ferax fuit.
De terrenorum cura despicienda.
Fugiendam auaritiam.
De seruo uigili.
Cum proximo non contendendum.
13 De Galilæis, & ijs qui in Siloe.
De ficu quæ fructum non protulit.
De muliere quæ habebat spiritum in-
firmitatis.
De grano sinapis et fermẽto parabola.
De eo qui quærebat, an pauci essent
qui salutem consequerentur.
De ijs qui dicebãt Iesu de insidijs He-
14 De hydropico. (rodis.
Non amandos primos accubitus.

Pau-

Pauperes ad prandium uocandos po-
tius quàm amicos.
De inuitatis ad cœnam.
De ædificatione turris parabola.
15 De centum ouibus parabola.
De filio peregre ꝓfecto in regionẽ lon-
16 De dispẽsatore iniquo. (ginquam.
Ne apicem quidem à lege periturum.
Diuortium non esse licitum.
De diuite & Lazaro.
17 De offendiculo.
Fratri remittendum delictum.
De fiducia erga deum.
De decem leprosis.
Iesus interrogatus quando regnum dei
18 Semper orandum. (ueniat.
De iudice iniquo.
De pharisæo & publicano.
Puerorum est regnum dei.
De diuite qui interrogabat Iesum.
De cæco.
19 De Zachæo.
De decẽ seruis qui minas acceperant.
De pullo asinę.
Deflet Iesus Hierosolymam.
Eijcit Iesus uendentes & ementes.
20 De seniorib. quęrẽtibus Iesum, qua po
De uinea. (testate hęc faceret.
De his qui Christo insidiabantur occa
sione census.

De Sadducæis negantibus resurrectionem.
De interrogatione domini aduersus phariſæos.
21 De uidua quæ minuta obtulerat.
De conſummatione.
Prædicit Ieſus interitū Hieroſolymæ.
De ſignis.
22 De paſchate.
De contendentibus quis maior.
Captiuitas Chriſti.
Ducitur Ieſus ad principē ſacerdotū.
23 Ducitur ad præſidem Pilatum.
Contemptus Herodis.
De mulieribus dominū plangentibus.
Crucifigitur Chriſtus.
Sepultura Chriſti.
24 Mulieres uiſitant ſepulchrum.
De Petro currente ad ſepulchrum.
De peregrinis in Emaus.
Ieſus in medio diſcipulorum.
Aſcendit Ieſus in cœlum.

Finis.

CAPITA EVANGELII secundum Ioannem.

1 Teſtimonium Ioannis Baptiſtæ de Chriſto.
Interrogatur Ioannes num ipſe ſit Chriſtus.

De

De Andrea, Simone Petro, Philippo, & Nathanaele uocatis.

2 De nuptijs in Cana.

De eiectis è templo.

De eo quod dixit: Destruite templum hoc.

3 De Nicodemo & Iesu.

Iesus & Ioannes baptizant.

Quæstio de purificatione.

4 De muliere Samaritana.

De filio reguli.

5 De eo qui triginta octo annos tenebatur morbo.

Iudæi quærunt interficere Christum.

6 De quinq; panibus, & duobus piscib.

Secessit Iesus à turbis, ne deligeretur in regem.

De ambulatione in mari.

Sequitur turba Iesum nauiculis.

De turba quærente signum.

De pane cœlesti.

Discipulorum multi desciuerunt à Christo.

Sententia Petri de Christo.

7 Iesus clam ascendit ad diem festum.

Mirantur Iudæi Christum scire literas quas non didicerat.

Dissensio turbæ de Iesu.

Contendunt principes cum ministris & Nicodemo.

8 De muliere adultera.
De interrogantibus Iesum quem se esse diceret.
Interrogant Iesum de patre eius.
Promittitur à Iesu libertas se sequentibus.
De his qui dicebant Iesum habere dæmonium.
Tentant Iudęi in Christum iacere lapides, eo quòd se prędicet Abrahæ.
9 De cæco à natiuitate, & inter hunc & phariſęos diſceptatio.
10 De paſtore bono & mercenario.
Iesus interrogatur in porticu deambulans.
11 De Lazaro reſuſcitato.
Conſilium pontificũ & phariſæorum de Iesu apprehendendo.
12 Maria ungit pedes Iesu.
De aſella.
De Græcis interrogãtibus Philippũ.
Auditur à turba uox è cœlo.
13 Lauat Iesus pedes diſcipulorum.
Exit Iudas proditurus Chriſtum.
Inculcat Iesus ut inuicem se diligant.
Quærit Petrus Chriſtum quò uadat.
14 Thomas queritur se neſcire quò uadat Iesus.
Iudas Thaddęus interrogat Iesum.
Promittit diſcipulis conſolatorem Chriſtus

Christus.

15 De uite uera, agricola, & palmitibus.
Prȩcipit deus mutuam dilectionem.

16 Prędicit Christus discipulis quę uentura sunt ipsis.
Paracletus arguet mundum.
De eo quod dixit: Pusillum & uidebitis me.
Patrem daturũ esse quicquid petitum fuerit per nomen Iesu.

17 Oratio Iesu ad patrem pro illis quos sibi delegit.

18 Proditur Iesus.
Sternuntur in terram Iudȩi uerbo Christi.
Amputat auriculam Petrus.
Ducitur Iesus ad Annã, ad Caipham, inde ad Pilatum.

19 Damnatur morte crucis dominus.
De stantibus iuxta crucem.
Sepelitur corpus domini.

20 Resurrectio domini.
Marię Magdalenę primũ, dehinc apostolis congregatis post resurrectionem prębet se uidendum Christus.

21 Petro & alijs piscãtibus apparet Iesus ad mare Tiberiadis.
Dicitur Petro: Pasce oues meas.

FINIS.

QVO minore negotio disquisitionis, quid quisque Euangelista cum alio commune habeat, inspecto loco protinus constet, Tabula illa Eusebiana omissa, in marginibus ea quæ conueniant, adscribuntur. Verum ne quid sit, quod moretur, aut intersistere cogat, M. Matthæum,
R. Marcum, L. Lucam,
I. Ioannem significabit.

EVANGELIVM SECVNDVM Matthæum.

CAPVT PRIMVM.



IBER generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. † Abrahã genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. Iudas autem genuit Phares, & Zaram è Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naason autẽ genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz è Rachab. Booz autem genuit Obed è Ruth. Obed autem genuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid regem. Dauid autem rex genuit Salomonem, ex ea quæ fuerat uxor Uriæ. Solomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abia. Abia autem genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Hoziam. Hozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam. Ezecias autem genuit Manasse. Ma

Luc. 3.

nasses autem genuit Amon. Amon autē ge-
11 nuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniam,
& fratres eius in exilio Babylonico.
4.Re.25 12 †Porrò post exilium Babylonicum Ie-
1.Esd.2. chonias genuit Salathiel. †Salathiel au-
13 tem genuit Zorobabel. Zorobabel autem
genuit Abiud. Abiud autem genuit Elia-
14 cim. Eliacim autem genuit Azor. Azor au
tem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit A-
15 chin. Achin autem genuit Eliud. Eliud au-
tem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit
Matthan. Matthan autem genuit Iacob.
16 Iacob autem genuit Ioseph, maritum Ma-
riæ, ex qua genitus fuit Iesus ille qui dici-
17 tur Christus. Vniuersæ itaque generatio-
nes ab Abraham usque ad Dauid, genera-
tiones quatuordecim: & à Dauid usque
ad demigrationem Babylonicam, genera-
tiones quatuordecim, & à demigratione
Babylonica usque ad Christum, genera-
18 tiones quatuordecim. Iesu uero Christi na-
Luc.1. tiuitas sic habet. † Cum enim mater eius
Maria desponsa esset Ioseph, priusquam
congressi fuissent, deprehensa est grauida
19 è spiritu sancto. Porrò Ioseph maritus e-
ius, quoniam erat iustus, & nolebat illam
infamare, uoluit clanculum ab ea diuerte-
20 re. Hæc autem cum is in animo uersaret,
ecce angelus domini in somnis uisus est il-
li, dicens: Ioseph fili Dauid, ne metuas ad-

iungere

iungere tibi Mariam uxorem tuam: nam
quod in illa conceptum est, à spiritu sancto
profectum est. Pariet autem filium, & uo- 21.
cabis nomen eius Iesum: is enim saluum fa-
ciet populum suum à peccatis suis. Porrò 22.
totum hoc factū est, ut perficeretur id quod
dictum fuerat à domino per prophetam ita
loquentem: † Ecce uirgo erit prægnans, Esa. 7. 23.
& pariet filium, & uocabunt nomen eius
Emmanuel: quod si quis interpretetur, so-
nat, nobiscum deus. Excitatus autem Io- 24
seph à somno, fecit ut iniunxerat sibi ange-
lus domini, & adiunxit sibi uxorem suam,
25 & non cognouit eam, † donec peperisset Luc. 2. 25.
filium suum primogenitum, & appellauit
nomen eius Iesum.

CAPVT II.

CVm autem natus esset Iesus in Beth- Ibidem. 1.
leem ciuitate Iudææ, temporibus
Herodis regis, Ecce magi ab Ori-
ente accesserunt Hierosolyma, dicentes: 2
Vbi est ille qui natus est rex Iudæorum? Num. 24.
Vidimus enim illius stellam in Oriente,
& accessimus, ut adoremus eum. Auditis 3
autem his, Herodes rex turbatus est, &
tota Hierosolymorum urbs cum illo. & 4
conuocatis omnibus pontificibus, & scri-
bis populi, percontatus est eos, ubi Chri-
stus nasceretur. At illi dixerunt ei: † In Ioel. 7. 5.
Bethleem Iudææ. Sic enim scriptum est per

Mich. 5. prophetam: † Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es inter principes Iuda. Ex te enim mihi proditurus est dux, qui gubernaturus est populum meũ Israel.
7. Tum Herodes clam accersitis Magis, accurate perquisuit ab illis, quo tẽpore stel-
8. la apparuisset. Et iussis ire in Bethleem, dixit: Profecti illuc, accurate inquirite de puero: ubi uero inueneritis, renunciate mi-
9. hi, ut & ego ueniam, & adorem illum. At illi audito rege, profecti sunt. Et ecce stella quam uiderant in Oriente, præcedebat illos, donec progressa staret supra locum in
10. quo erat puer. Cum autem uidissent stel-
11. lam, gauisi sunt gaudio magno ualde. Et ingressi domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & prostrati adorauerũt illum: & apertis thesauris suis, obtulerũt illi munera, aurum, & thus, & myrrham.
12. & oraculo admoniti in somnis, ne reuerterentur ad Herodem, per aliam uiam re-
13. uersi sunt in regionem suam. Digressis autem illis, ecce angelus domini apparet in somnis Ioseph, dicens: Surge, & assume puerum ac matrem illius, & fuge in Aegyptum, & esto illic donec dixero tibi. Futurum est enim, ut Herodes quærat puerum
14. ad perdendum eum. Ille uero excitatus, assumpsit puerum et matrem eius nocte, &
15. recessit in Aegyptum, & fuit illic usque ad obitum

obitum Herodis, ut perficeretur quod dictum fuerat à domino per prophetã dicentem: † Ex Aegypto uocaui filium meum. Osee 11.
Tum Herodes, ubi uidit sibi illusum fuisse 16.
à Magis, indignatus est uehementer: ac missis satellitibus, interfecit omnes pueros qui erant Bethleem, & in omnibus finibus Bethleemiticis, quotquot essent bimuli aut minores, iuxta tempus quod exacte cognouerat ex Magis. Tunc perfectum est quod 17.
dictum fuerat ab Hieremia propheta, cum ait: † Vox in Rama audita est, lamentatio, Hiere. 31. 18.
ploratus & fletus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolationem admittere, propterea quod non sint. Cæterum 19.
defuncto Herode, ecce angelus domini in somnis apparet Ioseph in Aegypto dicens: Surge, & assume puerum & matrem eius, 20.
& uade in terram Israel: defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. At ille sur- 21.
gens, assumpsit puerum & matrem illius, & uenit in terram Israel. Verum cum au- 22
diisset Archelaum regnare in Iudæa loco Herodis patris sui, timuit illuc abire: sed oraculo admonitus in somnis, secessit in
partes Galilææ, ac profectus habitauit in 23.
ciuitate quæ uocatur Nazareth, ut impleretur quod dictum fuerat per prophetas: † Nazaræus uocabitur. Iudic. 13.

CAPVT III.

Mar.1. 1. † IN diebus illis accedit Ioannes Bap-
Luc.3. tista, prædicans in deserto Iudææ, di-
2 cens q; : Pœnitentiam agite uitæ prioris,
In propinquo est enim regnum cœlorum.
3 Nam hic est ille, de quo dixit Esaias pro-
Esa. 40. pheta, qui ait : † Vox clamantis in deser-
Mar.1. to, Parate uiam domini, rectas facite semi-
Luc.3.4 tas eius. * Ipse uero Ioannes habebat in-
Ioan. 1. dumentum suum è pilis camelorum, &
*Mar. 1. zonam pelliceam circum lumbos suos.
Porrò cibus illius erant locustæ & mel syl-
5 uestre. Tunc egressa est ad illum Hiero-
solyma, & tota Iudæa, totaq; regio undiq;
6 finitima Iordani, & baptizabantur in Lor-
dane ab illo, confitentes peccata sua.
Luc.3. 7. † Cum uidisset autem multos ex pharisæis
& Sadducæis uenientes ad baptismum su-
um, dixit illis : Progenies uiperarum, quis
uobis submonstrauit, ut fugeretis à uentu-
8 ra ira? Facite igitur fructus, qui deceant
9 pœnitentiam, & ne sitis hac mente, ut dica-
tis intra uosipsos : Patrem habemus Abra-
ham. Dico enim uobis, quod possit deus fa-
cere, ut ex lapidibus his filij surgãt Abra-
7. Iohamo. Iam uero & securis ad radicem arbo-
Mar. Lu. rum posita est. † Omnis igitur arbor quæ
1. 3. 1. non facit fructum bonum exciditur, & in
M. L. Iohignem mittitur. † Ego quidem baptizo uos
aqua ad pœnitentiã: at ile qui post me uen-
turus est, fortior me est, cuius non sum ido-

neus,

neus, ut calciamenta portem: ipse uos baptizabit spiritu sancto & igni: † cuius uentilabrum in manu ipsius, & repurgabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum, paleam autem exuret igni inextinguibili. † Tunc accedit Iesus à Galilæa ad Iordanem ad Ioannem, ut baptizaretur ab illo. At Ioannes prohibebat illum, dicens: Mihi opus est, ut abs te baptizer, & tu uenis ad me? Respondens autem Iesus, dixit ad illum: Omitte nunc, sic enim decet nos, ut compleamus omnem iustitiam. Tunc omittit illum. † Et baptizatus Iesus ascendit protinus ab aqua: & ecce aperti sunt illi cœli, & uidit spiritum dei descendentem tanquam columbã, & uenientem super ipsum. Et ecce uox de cœlis, dicens: † Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est.

Luc. 3. 12.
Mar. 1. 13.
14.
15.
1. 3. 2.
M. L. Io. 16.
17. 1. 9.
Mat. mar
Luc. 3. 9.
17.

CAPVT IIII.

† TVnc Iesus subductus fuit in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo. * Et cum ieiunasset dies quadraginta, ac noctes quadraginta, tandẽ esurijt. Et cum accessisset ad eũ ille qui tentat, dixit: Si filius es dei, iube ut lapides hi panes fiãt. At ille respondẽs, dixit: Scriptũ est: † Nõ solo pane uicturus est homo, sed omni uerbo quod egreditur per os dei. Tunc assumit illum

1. 4. 1.
Mar. Lu. 2.
* Luc. 4.
3
4
Deut. 8.
5

diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit
6. eum super pinnaculum templi, dicitq; illi: Si filius es dei, præcipita te deorsum: nam
Psal. 90. scriptum est: † Angelis suis mandaturus est de te, ac manibus tollent te, ne quando
7. impingas in lapidem pedem tuum. Dixit
Deut. 6. illi Iesus: Rursum scriptum est: † Non tentabis dominum deum tuum. Rursum assu-
8. mit illum diabolus in montē excelsum valde, & commonstrat ei omnia regna mundi,
9 & gloriam illorum, & dicit illi: Hæc omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me.
10 Tunc dicit illi Iesus: Abi satana, scriptum
Ibidem. est enim: † Dominum deum tuum adorabis, & illum solū coles. Tunc omittit illum
11. diabolus: † Et ecce angeli accedebant,
Mar. 1. ac ministrabāt ei. Cum audisset autē Iesus,
1. 4. 12. quòd Ioannes traditus esset, † secessit in
R. L. 4. 13 Galilæam: & relicta Nazareth, profectus habitauit in Capernaum, quæ est ciuitas maritima, in finibus Zabulon & Nepta-
14 lim, ut impleretur quod dictum fuerat per
Esaiæ 9. 15 Esaiam prophetam dicentem: † Terra Zabulon & Neptalim iuxta uiam maris ul-
16 tra Iordanem, Galilæa gentium. Populus qui sedebat in tenebris & umbra mortis, uidit lucem magnam: & qui sedebant in regione & umbra mortis, lux orta est eis.
Marci 1. 17 † Ex eo tempore cœpit Iesus prædicare & dicere: Resipiscite, iustat enim regnum cœlorum.

lorum. Ambulans autem Iesus iuxta mare 18.
Galilææ, uidit duos fratres, Simonem, qui
uocabatur Petrus, & Andream fratrem
eius, iacientes rete in mare (nam erant pi-
scatores), & dicit illis: Sequamini me, & 19
faciam uos piscatores hominũ. At illi reli- 20
ctis illico retibus, secuti sunt illum. Et 21
progressus illinc, uidit alios duos fratres,
Iacobum filium Zebedæi, & Ioannem fra-
trem eius in naui, cum Zebedæo patre suo,
sarcientes retia sua, & uocauit eos. At illi 22
protinus relicta naui & patre suo, secuti
sunt eum. Et circumibat totam Galilæam 23
Iesus, docens in synagogis illorum, ac præ-
dicans Euangeliũ regni, & sanans omnem
morbum, & omnem languorem in populo.
Et dimanauit fama illius in totam Syriam. 24.
Et adduxerunt ad illum omnes male affe-
ctos uarijs morbis ac torminibus contra-
ctos, & dæmoniacos, & lunaticos, & pa- 2. 6.
ralyticos, sanauitq; illos. †Et secutæ sunt Mar. Lu. 25
eum turbæ multæ à Galilæa ac Decapoli,
& Hierosolymis, & Iudæa, & à regioni-
bus trans Iordanem sitis.

CAPVT V.

CVm uidisset autem turbas, ascen- 1.
dit in montem, & cum consedisset,
accesserũt ad illum discipuli eius:
& posteaquam aperuisset os suum, 2
docebat illos, dicens: †Beati pauperes Luc. 6. 3.

spiritu, quoniam illorum est regnum cœlo-
4 rum. Beati qui lugent, quoniam ipsi conso-
5 lationem accipient. Beati mites, quoniam
6 ipsi hęreditatem accipient terræ. Beati qui
esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi
7 saturabuntur. Beati misericordes, quoniam
8 ipsi misericordiam consequentur. Beati
mundo corde, quoniam ipsi deum uidebũt.
9 Beati pacifici, quoniam hi filij dei uoca-
10 buntur. Beati qui persecutionem patiuntur
propter iustitiam, quoniam illorum est re-
11. gnum cœlorum. Beati estis, cum probra ie-
cerint in uos, & insectati fuerint, & dixe-
rint omne malum uerbum aduersus uos,
12 mentientes propter me. Gaudete & exul-
tate, quoniam merces uestra multa est in
cœlis. Sic enim persequuti fuerunt prophe-
9.13.14. tas qui fuerunt ante uos. Vos estis sal ter-
Mar. Lu. ræ. † Quod si sal infatuatus fuerit, quo sa-
lietur? Ad nihil ualet ultra, nisi ut proiscia-
tur foras, & conculcetur ab hominibus.
14 Vos estis lux mundi. Non potest oppidum
Mar. 4. 5 abscondi supra montem situm: * neque ac-
Lu. 8.11. cendunt lucernam, & ponunt illam sub-
ter modium, sed super candelabrum, &
16 lucet omnibus qui sunt in domo. Sic lu-
1 ceat lux uestra coram hominibus, ut ui-
deant uestra bona opera, glorificentq; pa-
17 trem uestrũ qui est in cœlis. Ne existimetis
quod uenerim ad destruendũ legem aut pro-

phetas

phetas: imò non ueni ut deſtruam, ſed ut
compleam. † Amen quippe dico uobis: Luc.16.18
donec prætereat cœlum & terra, iota unũ,
aut unus apex, non præterierit ex lege, quo
ad omnia facta fuerint. Quiſquis igitur ſol- 19
uerit unum ex mandatis hiſce minimis, &
docuerit ſic homines, minimus uocabitur
in regno cœlorum. Quiſquis autem fecerit
et docuerit, hic magnus uocabitur in regno
cœlorum. Dico enim uobis: Niſi abunda- 20.
uerit ueſtra iuſtitia plus quàm ſcribarum
& phariſæorum, non poſſitis ingredi in re-
gnum cœlorum. Audiſtis quod dictum ſit 21
ueteribus: † Nõ occides: quiſquis autem Exo.20.
occiderit, obnoxius erit iudicio. At ego Deut.5.22
dico uobis, quod quiſquis iraſcitur fratri Leuit.19
ſuo temere, obnoxius erit iudicio. Quicun-
que uero dixerit fratri ſuo Racha, obno-
xius erit concilio. Quiſquis autem dixerit,
Fatue, obnoxius erit gehennæ incendio.
Itaq; ſi obtuleris munus tuum ad aram, & 23.
illic recordatus fueris, quod frater tuus ha-
bet aliquid aduerſum te, relinque illic mu- 24.
nus tuum coram altari, & abi, prius recon-
cilieris fratri tuo, & tum ueniens offer mu-
nus tuũ. † Habeto beneuolentiam cum ad- Luc.12.58.
uerſario tuo cito, dum es in uia cum illo:
ne quando te tradat aduerſarius iudici, &
iudex te tradat miniſtro, & in carcerem
cõijciaris. Amen dico tibi, nõ exibis illinc, 26.

donec persolueris extremũ quadrantem.
Exo. 20. † Audistis quod dictum fuerit antiquis: Non committes adulteriũ. At ego dico uobis, quod quicunq; aspexerit uxorem alterius ad concupiscendum eam, iam adulterium cum ea cõmisit in corde suo. * Quod
Matt. 18. Marci 9. si oculus tuus dexter obstaculo tibi fuerit, erue illũ, & abijce abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, ac non totum corpus tuum conijciatur in gehennam. Et si dextera tua manus obstiterit tibi, amputa eam, & proijce abs te. Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, ac non totũ corpus tuum conijcia-
Deut. 24. tur in gehennam. Dictũ est autem: † Qui-
Matt. 19. cunque repudiauerit uxorem suam, det illi
Mar. 10. libellum diuortij. * At ego dico uobis,
*Mat. 19 quod quisquis repudiauerit uxorem suam,
Mar. 10. nisi causa stupri, efficit ut illa sit adultera:
Luc. 16. & quicunq; repudiatam duxerit, adulterium committit. Rursum audistis quod dictum fuerit antiquis: † Non peierabis, sed
Leuit. 19. persolues domino ea quæ iuraueris. At ego dico uobis, ne iuretis omnino, neque per cœlum, quia thronus dei est: neque per terram, quia subsellium est peddum illius: neque per Hierosolyma, quoniam ciuitas est magni regis: neque per caput tuum iurabis, propterea quod non potes unum pilum album aut nigrum facere: Sed

erit

erit sermo uester, Est est, Non non. Porrô
quod ultra hæc adiungitur, ex malo profi-
38 ciscitur. † Audistis quod dictum fuerit: Exod. 21.
Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Deut. 19.
39 At ego dico uobis, ne resistatis malo: †
sed quisquis impegerit alapam in dexte- Luc. 6.
ram tuam maxillam, obuerte illi & alte-
40 ram: & ei qui te uelit in ius trahere, ac tu-
nicam tuam tollere, permitte illi & pal-
41 lium: & qui te adegerit ad miliariũ unum,
42 abito cum illo duo. Petenti abs te dato: &
cupientem mutuum accipere, ne auerseris.
43 † Audistis quod dictum sit: Diliges pro- Leuit. 19.
44 ximum tuum, & odio habebis inimicum
tuum. At ego dico uobis: † Diligite inimi- Luc. 6.
cos uestros, bene precemini deuouentibus
uos, benefacite ijs qui uos odio prosequun
tur: orate pro ijs qui lædunt & insectan-
45 tur uos, ut sitis filij patris uestri qui est in
cœlis: quia solem suum exoriri sinit super
malos ac bonos, & pluuiam mittit super
46 iustos & iniustos. Nam si dilexeritis eos
qui diligunt uos, quod præmium habetis?
47 nónne & publicani idem faciũt? Et si com-
plexi fueritis fratres uestros tantum, quid
eximium facitis? nónne & publicani sic fa-
48 ciunt? Eritis igitur uos perfecti, quemad-
modum pater uester qui est in cœlis, perfe-
ctus est.

CAPVT VI.

Matth. 23. ATtendite ne eleemosynam uestram
præstetis coram hominibus, quo
spectemini ab illis, alioquí præ-
mium non habetis apud patrem uestrum
2. qui est in cœlis. Itaque cum præstas elee-
mosynam, ne tubis canatur ante te, quem-
admodum hypocritæ faciunt in concilia-
bulis, & in uicis, ut glorificentur ab ho-
minibus. Amen dico uobis, habent mer-
3. cedem suam. Cæterum tu cum præstabis
eleemosynam, nesciat siniſtra tua quod facit
4. dextera tua, ut sit tua eleemosyna in occul-
to: & pater tuus qui uidet in occulto, ipse
5. reddet tibi in propatulo. Et cum oraueris,
non eris quemadmodum hypocritæ: Nam
illi solent in conciliabulis, & in angulis
platearum stantes orare, quo conspicui
sint hominibus. Amen dico uobis, quod
6. habent mercedem suam. Tu uero cum oras
introito in conclaue tuum, & occluso ostio
tuo, ora patrem tuum qui est in occulto: &
pater tuus qui uidet in occulto, persoluet
7. tibi in propatulo. Verum orantes, ne sitis
multiloqui sicut ethnici: putant enim fore,
8. ut ob multiloquium suum exaudiantur. Ne
igitur efficiamini similes istorum. Nouit
enim pater uester quibus rebus opus sit uo
9. bis, priusquam petatis ab illo. Ad hunc er-
Luc. 11. go modum orate uos: † Pater noster qui es
10. in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Veniat
regnum

regnum tuum: fiat uoluntas tua, quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra. Panem 11.
nostrum quotidianum da nobis hodie. & 12.
remitte nobis debita nostra, sicut & nos
remittimus debitoribus nostris. Et ne indu 13.
cas nos in tentationem, sed libera nos à ma
lo: quia tuum est regnum, & potentia, &
gloria in sæcula sæculorum, Amen †Pro- Matt. 18. 14
inde si remiseritis hominibus errata sua, re- Marc. 11.
mittet & uobis pater uester cœlestis: quod 15.
si non remiseritis hominibus errata sua,
nec pater uester remittet errata uestra. Por- 16.
rò cum ieiunaueritis, nè sitis ueluti hypo-
critæ tetrici. Obscurant enim facies suas,
quo perspicuum sit hominibus ipsos ieiu-
nare. Amen dico uobis, habent mercedem
suam. Tu uero cum ieiunas, unge caput 17.
tuum, & factem tuam laua, ne conspicuum 18.
sit hominibus te ieiunare, sed patri tuo qui
est in occulto: & pater tuus qui uidet in
abdito, reddet tibi in propatulo. Ne repo- 19.
natis uobis thesauros in terra, ubi erugo
& tinea corrumpit, & ubi fures perfodiunt
ac furantur. † Sed recondite uobis thesau- Luc. 12. 20
ros in cœlo, ubi neq; erugo neq; tinea cor-
rumpit, & ubi fures non perfodiunt, neque
furantur: Nam ubi fuerit thesaurus uester, 21.
illic erit & cor uestrum † Lucerna corpo- Luc. 11. 22
ris est oculus. Si igitur oculus tuus sim- 23.
plex fuerit, totum corpus tuum lucidũ erit.

Quod si oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuũ tenebrosum erit. Ergo si lumen quod est in te, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ
Luc. 16 quantæ? † Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim hunc habebit odio, & alterum diliget: aut huic adhærebit, & alterum negliget. Non potestis deo seruire &
Luc. 12 mammonæ. † Propterea dico uobis, ne sitis soliciti uitæ uestræ, quid esuri sitis, aut bibituri: neq; corpori uestro, quibus indumẽtis usuri. Nónne anima pluris est quàm
cibus, & corpus pluris quàm indumentũ?
26 Vertite oculos ad uolatilia cœli, quia non serunt, neque metunt, neque conuehunt in horrea, & pater uester cœlestis alit illa.
27. Nónne uos longe præcellitis illa? Quis autem ex uobis solicite cogitando, potest ad-
28. dere ad staturam suam cubitum unum? Ac de indumẽto quid soliciti estis? Cognoscite lilia agri quomodo crescant: non laborant,
29. neq; nent. Attamen dico uobis, ne Solomonem quidem in uniuersa gloria sua sic amic-
30 tum fuisse, ut unum ex his. Quod si gramen agri, quod hodie cum sit, cras in clibanum mittitur, deus sic uestit, an non multo magis uobis id faciet, ô parum fidentes?
31 Ne sitis igitur soliciti, dicentes: Quid edemus, aut quid bibemus, aut quibus operie-
32 mur? Nam omnia ista Gentes exquirunt. Nouit enim pater uester cœlestis, quod

opus

opus habeatis his omnibus. Quin potius quærite primum regnum dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis. Ne sitis igitur soliciti in crastinum, nam crastinus dies curam habebit suijpsius. Sufficit sua dieiafflictio.

CAPVT VII.

NOlite condemnare, ne condemnemini: Quo enim iudicio iudicatis, eo iudicabitur de uobis: & qua mensura metimini, ea metientur uobis alij. † Cur autem uides festucam quæ est in oculo fratris tui, trabem autem quæ est in oculo tuo non animaduertis? Aut quomodo dicis fratri tuo, Sine, eximam festucam ex oculo tuo, & ecce trabes in oculo tuo? Hypocrita, eijce prius trabem ex oculo tuo, & tum perspicies, ut eximas festucam ex oculo fratris tui. Ne detis quod sanctum est canibus: ne proieceritis margaritas uestras ante porcos, ne quando hi conculcent eas pedibus suis, & illi uersi in uos, lacerent uos. * Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate & aperietur uobis. Quisquis enim petit, accipit: & quicunque quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. † An quisquam est uestrum homo, qui si filius eius petierit panem, lapidem daturus sit illi? Aut si piscem petierit, num serpentem porriget illi? Si uos igitur cum sitis mali,

Mar. 4. 1. Luc. 6. 2. Ibidem. 3. 4. 5. 6. Luc. 10. 7. Ioan. 16. 8. 8. Luc. 11. 9. 10. 11.

nostis dona bona dare filijs uestris, quanto magis pater uester qui est in cœlis, dabit
Luc. 6. 12 bona, si postuletis ab ipso? † Omnia igitur quæcunq; uolueritis ut faciant uobis homines, sic & uos facite illis. Hæc enim est
Luc. 13. 13 lex & prophetæ. † Introite per arctam portam, quoniam lata est porta, & spatiosa uia quæ abducit in exitiũ, multiq; sunt qui
14 ingrediuntur per illam: Quoniam angusta est porta, & stricta uia quæ abducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt illam. Ca-
15 uete uero uobis à pseudoprophetis, qui ueniunt ad uos in uestitu ouium, sed intrin-
16 secus sunt lupi rapaces. A fructibus ipso-
Luc. 6. rum agnoscetis eos. † Nunquid colligunt
17 de spinis uuam? aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: putris autem arbor fructus malos facit. Non
18 potest arbor bona fructus malos facere: neque arbor putris fructus bonos facere. †
Matt. 3. 19 Omnis arbor quæ non facit fructum bo-
Luc. 3. 20 num, exciditur, & in ignem conijcitur. Igitur ex fructibus ipsorum agnoscetis eos.
Luc. 6. 21 †Non quisquis dicit mihi: Domine, domine, introibit in regnum cœlorum, sed qui fecerit uoluntatẽ patris mei qui in cœlis est.
Luc. 13. 22 †Multi dicent mihi in illo die, Domine, domine, nõnne per nomen tuum prophetauimus, & per nomen tuũ dæmonia eiecimus, & per nomen tuum multas uirtutes pręstitimus?

mus? Ac tum confitebor illis: Nunquam noui uos. † Discedite à me qui operamini iniquitatem. * Omnis igitur qui audit ex me sermones hos, & facit eos, adsimilabo illum uiro prudenti, qui ædificauit domum suam super petram. & descendit imber, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & non est prostrata, fundata enim fuerat super petram. Et omnis qui audit à me sermones hos, & non facit eos, adsimilabitur uiro fatuo, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit imber, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & impegerunt in domum illam, & deiecta est, & fuit ruina illius magna. Et factum est ut cum finisset Iesus sermones hos, † obstupuerint turbæ super doctrina illius. Docebat enim eos uelut habēs authoritatem, & non sicuti scribæ.

23. Psal. 6. * Luc. 6. 24 25. 26. 27. 1. 4. 28 Mar. Lu. 29.

CAPVT VIII.

CVm descendisset autem de monte, sequutæ sunt eum turbæ multæ, † & ecce leprosus accedens, adorauit eum, dicens: Domine, si uelis, potes me mundare, Protensaq; manu tetigit illum Iesus, dicens: Volo, mundus esto. Ac protinus mundata fuit illius lepra. Et dicit illi Iesus: Vide ne cui dixeris,

1. 5. Mar. Lu. 2 3. 4. 14.

sed abi ostende teipsum sacerdoti, & offer munus quod iussit offerri Moses in testi-
5. Leuit. 14 monium ipsis. * Porrò, cum ingressus fu-
Luc. 7. isset Iesus Capernaum, adijt eum Centurio
6 Ioan. 4. obsecrans eum, & dicēs: Domine, famulus
meus decumbit domi paralyticus, ac gra-
7. uiter discruciatur. Et dicit illi Iesus: Ego
8. cum uenero, medebor illi. Et respondens
Centurio, dixit: Domine non sum idoneus
ut tectum meum subeas: imò tantum dic uer
9. bum, & sanabitur famulus meus. Nam &
ego sum homo alterius potestati subditus,
& habeo sub me milites, & dico huic, Va-
de, & uadit: & alteri, Veni, & uenit: & ser
10. uo meo, Fac hoc, & facit. Hæc autem cum
audisset Iesus, admiratus est, & ait sequen-
tibus se: Amen dico uobis, ne in Israel qui
Luc. 13. 11. dem tantum fidei reperi. † Dico autem uo-
bis, quod multi ab Oriente & Occidente
uenturi sunt, & accumbent cum Abraham,
12 & Isaac, & Iacob in regno cœlorum, filij
uero regni eijcientur in tenebras extremas,
13 illic erit ploratus, & stridor dentium. Et
dixit Iesus Centurioni: Abi, & quemad-
1. 4. modum credis, ita fiat tibi. Et sanatus est
14 Mar. Lu. famulus eius in hora illa. † Et cum ue-
nisset Iesus in domum Petri, uidit socrum
illius in lecto decumbentem & febricitan-
15 tem, & tetigit manum illius, & reliquit il-
lam febris, & surrexit ac ministrauit illis.

Cum

Cum autem appetisset uespera, adduxe- 16.
runt illi dæmoniacos multos, & eiecit spiri
tus uerbo, omnes q; male habentes sanauit:
ut impleretur quod dictum erat per Esa- 17.
iam prophetam, cum ait: * Hic infirmita- Esa. 59.
tes nostras suscepit, & morbos portauit.
Cum uidisset autem Iesus turbas multas cir 18.
cum se, iussit ut abirent in ulteriorem ri-
pam. *Et cum adisset unus scriba, dixit ei: Luc. 9. 19.
Præceptor, sequar te quocunq; abieris. Et 20.
dicit illi Iesus: Vulpes foueas habent, &
uolucres cœli nidos, at filius hominis non
habet ubi caput reclinet. Alius de numero 21.
discipulorum suorum dixit ei: Domine, per
mitte mihi prius ut abeam, & sepeliam pa-
trem meum. At Iesus dixit illi: Sequere me, 22.
& sine ut mortui sepeliant mortuos suos. 4. 8.
*Et cum esset ingressus nauim, sequuti Mar. Lu. 23
sunt eum discipuli sui: & ecce motus ma- 24.
gnus factus est in mari, adeo ut nauis ope-
riretur à fluctibus, ipse uero dormiebat.
Et accedentes discipuli, excitauerunt il- 25.
lum, dicentes: Domine, serua nos, perimus.
Et dicit illis: Quid timidi estis exigua præ- 26.
diti fiducia? Tunc excitatus increpauit
uentos & mare, & facta est tranquillitas
magna. Homines uero admirabãtur, dicen- 27.
tes: Qualis est hic, quia uenti quoq; & ma
re obediunt illi? Et cum uenisset ad ulterio- 5. 8. 28.
rem ripam in regionem Gergesenorum, oc- Mar. Lu.

currerunt ei duo dæmoniaci, è monumentis egressi: erant autem sæui supra modum adeo ut nemo posset transire per uiam illã.

29. Et ecce uociferabantur, dicentes: Quid rei nobis tecum est Iesu fili dei? Venisti huc ad
30. cruciandum nos ante tempus? Erat autem procul ab illis grex porcorum multorum
31. pascens. Dæmones uero rogabant eum, dicentes: Si ejcis nos, permitte nobis ut de-
32 migremus in gregem porcorũ. Et ait illis: Abite. Illi uero egressi, abierunt in gregem porcorũ. Et ecce ferebatur totus grex porcorum per præceps in mare, & perierunt in
33 aquis. Porrò qui pascebant aufugerunt, & digressi in ciuitatem, renunciauerunt om-
34 nia, & quid accidisset dæmoniacis. Et ecce tota ciuitas exiuit in occursum Iesu. Et cũ uidissent illum, rogabant ut decederet è finibus ipsorum.

CAPVT IX.

1. Marc. 2. Luc. 5. ET ingressus nauem, traiecit, ac uenit in suam ciuitatem. Et ecce adduxerunt illi paralyticum in lecto decumbentem. Cúmque uidisset Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Bono animo esto fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce,
3. quidam è scribis dicebant intra sese: Hic
4. blasphemat. Et cum uidisset Iesus cogitationes illorum, dixit: Quare uos cogitatis

catis mala in cordibus uestris? Vtrum enim 5
est facilius dicere, Remittuntur tibi pecca-
ta, an dicere, Surge & ambula? Vt autem 6.
sciatis quod potestatem habeat filius homi
nis in terra remittendi peccata, tunc dicit
paralytico: Surge, tolle tuum lectum, &
abi in domum tuam. Et ille surrexit, abijtq; 7.
domum suam. Turbæ uero quæ uiderant, 8.
admiratæ sunt, & glorificauerunt deum,
qui dedisset potestatem talem hominibus.
Et præteriens Iesus illinc, uidit hominem 9
desidentem ad telonium, Matthæum nomi-
ne, dicitq; ei: † Sequere me. Atque is sur- Mar. 2.
gens, sequutus est eum. † Et factum est, ut Luc. 5. 10
Iesus accumberet in illius ædibus, & ecce
multi publicani & peccatores qui uene-
rant, simul accubuerunt cum Iesu & disci-
pulis illius. Cumq; id uidissent pharisæi, di 2. 5. 11.
xerunt discipulis eius: † Cur cum pub- Mar. Lu.
licanis & peccatoribus sumit cibum præ-
ceptor uester? At Iesus ubi audiuit, dixit 12
illis: † Non opus habent ij qui ualidi sunt Matt. 12.
medico, sed qui male habent. Quin potius 13
ite & discite quid sit illud: Misericor- Osee 5.
diam uolo, & non sacrificium. Non enim
ueni ad uocandum iustos, sed peccatores
ad pœnitentiam. Tunc adeunt eum disci- 14.
puli Ioannis, dicentes: Quam ob causam
nos & pharisæi ieiunamus plerunque, di-
scipuli uero tui non ieiunant? Et dixit 15

illis Iesus: Num possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum tolletur ab eis sponsus, & 16. tunc ieiunabunt. Nullus immittit assumentum panni rudis in uestē ueteri: aufert enim supplementum illius à uestimento, & peior 17. ruptura fit. Neque mittunt uinum nouum in utres ueteres, alioqui rumpuntur utres, & uinum effunditur, & utres pereunt. Sed mittunt uinum nouum in utres nouos, & 18. utraq; simul seruātur. Hæc cum illis loqueretur, ecce primas quidam uenit, & adora
Mar. 5. uit eum, dicens: † Filia mea modo defuncta est, sed ueni & impone manum tuam super 19. illam, ac uiuet. Et surgens Iesus sequutus
Luc. 8. 20 est eum, ac discipuli illius. † Et ecce mulier, quæ sanguinis profluuio laborauerat duodecim annos, accedens à tergo, tetigit fim- 21 briam uestimenti illius: dixerat enim intra sese: Si tantum tetigero uestimentum illius, 22 ero salua. At Iesus conuersus, ut uidit illam, dixit: Confide filia, fides tua saluam te fecit. Et salua facta fuit mulier à tempo- 23 re illo. Et cum uenisset Iesus in ædes primatis, uidisset; tibicines, & turbā tumul-
Mar. 5. 24 tuantem; dicit illis: † Secedite, non enim mortua est adolescētula, sed dormit. Et de- 25 ridebant illum. Cum autē fuisset eiecta turba, introgressus tenuit manum illius, & surrexit 26 adolescētula. Et emanauit rumor hic

in

in totam terram illam. Et cum discederet illinc Iesus, sequuti sunt illum duo cæci, clamantes ac dicentes: Miserere nostri fili Dauid. At cum uenisset in ædes, adierunt illum cæci, & dicit illis Iesus: Creditis me hoc posse facere? Dicunt illi: Credimus domine. Tunc tetigit oculos illorum, dicens: Iuxta fidem uestrã fiat uobis. Et aperti sunt illorum oculi. Et interminatus est illis Iesus, dicẽs: Videte ne quis sciat. At illi cum abissent, diuulgarunt famam illius in tota terra illa. † Illis autem egredientibus, ecce ad duxerunt illi hominem mutum dæmoniacum, & eiecto dæmonio loquutus est mutus. Et admiratæ sunt turbæ, dicẽtes: Nunquam apparuit sic in Israel. At pharisæi dicebant: Per principem dæmoniorum eijcit dæmonia. † Et circumibat Iesus ciuitates omnes ac uicos, docens in synagogis illorum, & prædicans Euangelium regni, & sanans omnem morbum, & omnem languorem in populo. † Cum uidisset autem turbas, affectu misericordiæ tactus est erga illos, quod essent destituti ac dispersi, uelut oues non habentes pastorem. † Tunc dicit discipulis suis: Ipsa quidem messis copiosa, cæterum operarij pauci. Rogate igitur dominum messis, ut extrudat operarios in messem suam.

7. 11. Mar. Lu.

6. 13. Mar. Lu.

Mar. 6.

Luc. 10.

CAPVT X.

Mar.3.6. Luc.9. ET accersitis duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem aduersus spiritus immundos, ut eijcerent eos, & sanarent quemuis morbum, & quemuis languorem. † Porrò, duodecim apostolorum nomina sunt hæc: Primus Simon, qui uocatur Petrus, & Andreas frater eius: Iacobus filius Zebedæi, & Ioannes frater eius, Philippus & Bartholomęus: Thomas & Matthęus, qui fuerat publicanus: Iacobus filius Alphæi, & Lebbæus cognomento Thaddæus: Simon Cananæus, & Iudas Iscariotes, qui & prodidit illum. Hos numero duodecim emisit Iesus, quibus præceperat, dicens: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne ingrediamini, sed ite potius ad oues perditas domus Israel. Profecti autem prædicate, dicētes: Appropinquauit regnum cœlorum. Infirmos sanate, leprosos mūdate, mortuos suscitate, dæmonia eijcite: gratuito accepistis, gratuito date. † Ne possideatis aurum neq; argentum, neq; æs in crumenis uestris, neq; perā ad iter, neq; binas tunicas, neq; calceamenta, neq; uirgā. Nam dignus est operarius cibo suo. Sed in quancunq; ciuitatem aut uicum fueritis ingressi, exquirite quis in ea sit dignus, atq; illic manete donec exeatis. Cū autem intrabitis domum, salutate illam: &

Mar.3. Mar.6. Lu.9.10. Ibidem.

siqui-

siquidem fuerit domus digna, ueniat pax
uestra superillam: sin minus fuerit digna,
pax uestra ad uos reuertatur. Et quicunq; Ibidem.
non exceperit uos, neq; audierit sermones
uestros, exeuntes ex ædibus aut ciuitate il
la, excutite puluerem pedum uestrorum.
†Amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Ibidem.
Sodomorum & Gomorrhorum in die iudi Matt.11.
cij, quàm ciuitati illi. Ecce ego emitto uos,
uelut oues in medio luporum. Estote igitur
prudentes ueluti serpentes, & simplices si- 13. 21.
cut columbæ. †Cauete autem ab iliis homi Mar. Lu.
nibus, tradent enim uos in concilia, & in Io.15.16.
conciliabulis suis flagris cædent uos: quin
& ad principes ac reges ducemini propter 13.12. 21.
me in testimonium ipsis ac gentibus. † At Mar. Lu.
cum tradiderint uos, ne sitis soliciti, quo-
modo aut quid loquamini, dabitur enim
uobis in illa hora quid loquamini. Non
enim uos estis illi loquentes, sed spiritus
patris uestri qui loquitur in uobis. † Tra- Mich.7.
det autem frater fratrem in mortem, & pa-
ter filium, & insurgent filij aduersus pa-
rentes, & morte afficient eos, & eritis o-
dio habiti ab omnibus propter nomen
meum. † Verum qui sustinuerit usque ad Matt.24.
finem, hic saluus fiet. Cum autem per-
sequuti uos fuerint in ciuitate hac, fugi-
te in aliam. Amen enim dico uobis, non
perambulaueritis omnes ciuitates Israeliti

6. 13. 15. Lu. Ioan. eas, quin iam uenerit filius hominis. * Non est discipulus supra præceptorem, neque seruus supra dominum suum. Sufficit discipulo, ut sit sicut præceptor ipsius, & ut seruus sit sicut dominus ipsius. Si ipsum patremfamilias uocauerunt Beelzebul, quanto magis domesticos illius? Ne igitur metuatis eos. * Nihil enim est tectum, quod non sit retegendum: & nihil occultū, quin futurum sit ut sciatur. Quod dico uobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aurem auditis, prædicate in tectis. * Et ne metuatis uobis ab his qui occidunt corpus, animam aūt non possunt occidere: sed metuite magis illum, qui potest & animam & corpus perdere in gehenna. Nónne duo passerculi minuto asse ueneunt, & unus ex illis non cadet in terrā sine patre uestro? Uestri uero etiā pili capitis omnes numerati sunt. Ne igitur metuatis, uos pluris estis quàm multi passerculi. * Omnis igitur qui confitebitur me coram hominibus, cōfitebor & ego illum corā patre meo qui est in cœlis. Porrò quisquis negauerit me coram hominibus, negabo eum & ego corā patre meo qui est in cœlis. * Ne arbitremini quòd uenerim ad mittendum pacem in terram. Non ueni ut mitterem pacem, sed gladium. †Nam ueni ut dissidere faciam hominem aduersus patrem suū, & filiā aduersus matrem

4. 8. 12. Mar. Lu.

Luc. 12.

8. 12. Mar. Lu.

Luc. 12.

Mich. 7.

trem suam, & sponsam aduersus socrum suam: & inimici hominis erunt ij, qui sunt domestici ipsius. * Qui amauerit patrē aut matrem supra me, non est me dignus: & qui amauerit filium aut filiam supra me, non est me dignus. Et qui nō accipit crucē suam, ac sequitur me, non est me dignus. *Qui inuerit animam suam, perditurus est eam: & qui perdiderit animam suam mea causa, inueniet eam. Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui misit me. †Qui recipit prophetā in nomine prophetæ, mercedē prophetæ accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et quicunq; ad bibendum dederit uni ex pusillis his poculum aquæ frigidæ tantū nomine discipuli, Amen dico uobis, non perditurus est mercedem suam. Luc. 14. Matt. 16 Luc. 9. & 17. Luc. 10. Ioan. 13. & 14. Mar. 9.

CAPVT XI.

ET factū est, cum finem fecisset Iesus mandandi duodecim discipulis suis progressus est illinc, ut doceret & prædicaret in ciuitatibus illorum. *Ioannes autem cum audisset in carcere facta Christi, missis duobus discipulis suis, dixit illi: Tu es ille qui uenturus est, an alterum expectamus? Et respondens Iesus, dixit illis: Ite & renūciate Ioanni ea quæ auditis & uidetis: Cæci uisum recipiunt, & claudi ambulant, lepro si mundantur, & surdi audiunt, mortui ex- Luc. 7.

citantur, & pauperes lætũ accipiunt Euangelij nuncium. Et beatus est quisquis non fuerit offensus per me. Euntibus autem illis, cœpit Iesus dicere turbis de Ioanne. Quid existis in desertum ut uideretis? num arũdinem, quæ agitatur à uento? Age, quid existis ut uideretis? num hominem mollibus uestibus amictum? Ecce qui mollia gestant, in domibus regum sunt. At quid exi-
1. 7. stis uidere? num prophetam? Certè dico uo-
Mar. Lu. bis & excellentiorem propheta. † Hic est
Mal. 3. enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui præ-
Luc. 7. paraturus est uiam tuam ante te. † Amen dico uobis, non exortus fuit inter eos qui nascuntur è mulieribus, maior Ioanne Baptista. Attamen is qui minor est in regno cœ-
Luc. 16. lorum, maior illo est. † Porrò à diebus Ioannis Baptistę usque ad hunc diem regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Nam omnes prophetæ & ipsa lex usque ad Ioannem prophetauerunt. Et si uultis recipere, ipse est Helias ille, qui uenturus erat. Qui habet aures ad audiendum,
Luc. 7. audiat. † Sed cui assimilabo generationem hanc? Similis est pueris qui sedent in foris, & acclamant sodalibus suis, ac dicunt: Tibia cecinimus uobis, & non saltastis: lugubria cecinimus uobis, & non planxistis. Venit enim Ioãnes, nec edens, nec bibens,

& aiunt, Dæmonium habet. Venit filius hominis edens ac bibẽs, & dicũt: En hominẽ comedonem, & uini potorem, publicanis amicũ ac peccatoribus. Et iustificata est sapientia à filijs suis. Tũc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus æditæ fuerant plurimæ uirtutes ipsius, quod scelerum eas non pœnituissẽt. † Væ tibi Chorazin, uæ tibi Luc.10. Bethsaidan, quoniam si in urbe Tyri aut Sidonis factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in uobis, olim in sacco & cinere scelerum suorũ pœnitẽtiã egissent. Attamen dico uobis, Tyro & Sidoni tolerabilius erit in die iudicij ꝙ uobis. Et tu Capernaum, quæ exaltata, usq; ad cœlum exaltata, usq; ad inferos detraheris, quoniã si in Sodomis æditæ fuissent uirtutes quæ æditæ sunt in te, mãsissent usq; ad hodiernũ diẽ. Veruntamen dico uobis quòd Sodomis tolerabilius erit in die iudicij, ꝙ tibi. † In illo tempore respondens Ibidem. Iesus, dixit: Gratias ago tibi pater domine cœli & terræ, ꝙ absconderis hæc à sapiẽtibus & prudentibus, & reuelaris ea paruulis. Certe pater, sic fuit bona uolũtas apud 10. & te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo, & Lu. 10. nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis ꝙ nouit nisi filius, & cuicũq; uoluerit filius reuelare. Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis, & ego refocillabo uos. Tollite iugũ meum sup uos, & discite à me

quòd mitis sim & humilis corde, & inue-
Iere. 6. nietis requiem animabus uestris. Iugum e-
nim meum commodum est, & onus meum
leue est.

CAPVT XII.

2. 6. Mar. Lu. I*N illo tempore ibat Iesus sabbatis per
segetes, discipuli uero illius esuriebãt, &
cœperunt uellere spicas, & comedere. At
pharisæi cum uidissent, dixerunt illi: Ecce
discipuli tui faciunt, quod nõ licet facere in
1. Reg. 21 sabbato. Ille uero dixit eis: Non legistis
quid fecerit Dauid, cum esuriret ipse & ij
qui erãt cum illo, quomodo ingressus sit in
domum dei, & panes propositionis ederit,
quos ipsi nõ licebat edere, neq; ijs qui cum
illo erant, nisi sacerdotibus solis? Aut non
legistis in lege, quod sabbatis sacerdotes
in templo sabbatum prophanãt, & crimine
uacant? Dico autẽ uobis, quod templo ma-
ior est hoc in loco. Quod si sciretis quid sit:
Osee 6. Matth. 9. Misericordiam uolo, & non sacrificium,
nequaquam condemnassetis insontes. Nam
3. 6. dominus est & sabbati filius hominis. *At
Mar. Lu. progressus illinc, uenit in synagogam illo-
rum, & ecce homo erat manum habens ari
dam, & interrogabãt illum, dicentes: Licet
ne sabbatis curare? ut accusarent eum. At
ille dixit eis: Quis erit ex uobis homo, qui
habebit ouem unã, & si ea inciderit sabba-
tis in foueã, nónne apprehendet illã & eri-
get?

get? Quanto igitur præstantior est homo oue? Licet igitur sabbatis beneficio afficere. Tunc dicit homini: Extende manum tuam: & is extendit, ac restituta est sanitati sicut altera. †Porrò pharisæi egressi, cæperunt consilium aduersus eum, quomodo illum perderent. At Iesus, ubi nouisset, secessit illinc, secutæq; sunt eum turbæ multæ, & sanauit eos omnes: & interminatus est illis, ne se facerent manifestum, ut compleretur quod dictum erat per Esaiam prophetam, qui ait: † Ecce filius meus, quem elegi: dilectus meus, in quo sibi bene complacuit anima mea. Ponam spiritum meum super illum, & iudicium gentibus annunciabit. Non contendet, neq; clamabit, neq; audiet quisquam in plateis uocem eius: arundinem comminutam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eijciat ad uictoriam iudicium, & in nomine illius gentes sperabunt. †Tunc adductus est ad eum qui dæmonio agitabatur, cæcus ac mutus, & sanauit illum, ita ut cæcus ac mutus & loqueretur & cerneret. Et obstupuerunt omnes turbæ, dicebantq;: Num hic est ille filius Dauid? At pharisæi cum audissent, dicebant: † Hic non eijcit dæmonia, nisi præsidio Beelzebul principis dæmoniorum. † Iesus autem cum sciret cogitationes illorum, dixit illis: Omne regnum di-

Mar.3. Ioan.10. Esa.42. Luc.11. Mar.9. Mar.3. Luc.11. Ibidem.

uisum aduersus sese, desolatur: & omnis ci
uitas aut domus diuisa aduersus seipsam,
non stabit: Et si satanas satanam ejecit, ad
uersus seipsum diuisus est: Quomodo igi
tur stabit regnum illius? Et si ego præsidio
Beelzebul ejcio dæmonia, filij uestri cu
ius præsidio ejciunt? Propterea ipsi iudi
cabunt de uobis. Quod si spiritu dei ego
ejcio dęmonia, ergo peruenit ad uos re-
Mar.3. gnum dei. † Alioqui quomodo potest ali
quis intrare domum potentis, & uasa illius
diripere, nisi prius uinxerit potentem, &
tunc domũ illius diripiet? Qui non est me
cum, aduersum me est: & qui non congre
gat mecum, spargit. Propterea dicò uobis:
Mar.3. † Omne peccatũ & conuicium remittetur
Luc.12. hominibus, at conuicium in spiritum non
remittetur hominibus. Et quicũq; dixerit
uerbũ aduersus filium hominis, remittetur
illi: Qui autem dixerit aduersus spiritũ san
ctum, non remittetur ei, neq; in præsenti sæ
culo, neq; in futuro. Aut facite arborem bo
nam, & fructum eius bonum: aut facite ar
borem uitiosam, & fructũ illius uitiosum.
Matth.3. Nã è fructu arbor agnoscitur. † Progenies
uiperarum, quomodo potestis bona loqui,
Luc.6. cum sitis mali? † Siquidem ex abundantia
cordis os loqtur. Bonus homo è bono the
sauro cordis expromit bona, & malus ho
mo ex malo thesauro depromit mala. Sed

dico

dico uobis, quod de quocũq; uerbo otioso
q̃d loquuti fuerint homines, reddituri sunt
rationẽ in die iudicij. Nam ex dictis tuis iu
stificaberis, & ex dictis tuis condemnabe- 16. 8.
ris. † Tunc interrogauerunt eum quidã è Mat. mar
scribis ac phariſæis, dicentes: Præceptor, Luc. 11.
uolumus ex te signũ uidere. At ille respon- Deut. 32.
dens, dixit illis: Generatio praua & adul Deut. 13.
tera signum quærit, & signum non dabitur
illi, nisi signum Ionæ prophetæ. † Quemad- Ionę 2. 3.
modũ enim fuit Ionas in uentre ceti tribus
diebus ac tribus noctibus, sic erit filius ho
minis in corde terræ tribus diebus & tri-
bus noctibus. † Viri Niniuitæ surgẽt in iu- Ibidem.
dicio cum generatione hac, & condemna-
bunt eam, quod ipsi resipuerint ad prædica
tionẽ Ionæ. Et ecce plus q̃ Ionas est in hoc
loco. † Regina Austri suget in iudicio cũ 3. Re. 10.
generatione hac, et condemnabit eam, q̃ ue 2. Par. 9.
nerit à finibus terræ ad audiendam sapien-
tiam Solomonis. Et ecce plus q̃ Solomon
est in hoc loco. † Cum autẽ immundus spi Luc. 11.
ritus exierit ab homine, perambulat per a-
rentia loca, quęrens requiem, & non inue-
nit. Tunc dicit: Reuertar in domum meam
unde exiui. Et cum uenerit, reperit eam ua-
cantem, & scopis purgatam atq; ornatam.
Tunc abit & adiungit sibi septem alios spi
ritus scelerationes se: & ingressus inhabi-
tat illic, & fiunt postrema hominis illius pe

iora primis. Sic erit & generatiõi huic per-
Mar. 3. uersæ. † Cum aũt adhuc loqueretur turbis,
Luc. 8. ecce mater & fratres eius stabãt foris, quę-
rentes ei loqui. Dixit autẽ illi quidam: Ec-
ce mater tua & fratres tui foris stant, quę-
rentes tibi loqui. At ille respondens, dixit
ei qui sibi renunciauerat: Quæ est mater
mea? aut qui sunt fratres mei? Et protensa
manu sua in discipulos suos, dixit: Ecce
mater mea, & fratres mei. Quisquis ẽm fe-
cerit uoluntatẽ patris mei qui est in cœlis,
ipse meus frater, & soror, & mater est.

CAPVT XIII.

Mar. 4. I*N die uero illo egressus Iesus è domo,
Luc. 8. sedit iuxta mare, & congregatæ sunt ad
illum turbæ multæ: adeo, ut ipse nauim in-
gressus sederet, & uniuersa turba in littore
stabat: ac dicebat illis multa per similitudi-
Ibidem. nes, dicens: Ecce, exijt qui seminabat ad se
minandum, & cum seminaret, alia quidem
ceciderunt iuxta uiam, & uenerunt uolu-
cres, ac deuorauerunt ea. Alia uero ceci-
derunt in loca saxosa, ubi non habebant
multũ terræ, & protinus exorta sunt, pro-
pterea quod non haberent profunditatem
terræ. Cum autem exortus esset sol, exusta
sunt: & quia non habebant radicem, exa-
ruerunt. Alia rursus ceciderunt in spinas,
& insurrexerunt spinæ, & suffocauerunt
ea. Alia uero ceciderunt in terram bonam,

&

& dederunt fructum, aliud quidem centuplum, aliud uero sexagecuplum, aliud uero trigecuplum. Qui habet aures ad audiẽdum, audiat. Et adeuntes discipuli, dixerũt illi: Quare per parabolas loqueris illis? At ille respondens, dixit eis: Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum, illis autem non est datũ. Quisquis enim habet, dabitur illi, & reddetur abundantior: Quisquis autem non habet, etiam illud quod habet, tolletur ab eo. Propterea per parabolas loquor illis, quia uidẽtes nõ uident, & audiẽtes nõ audiũt, nec intelligũt, & completur in illis prophetia Esaiæ, quæ dicit: †Auribus audietis, & non intelligetis: & uidentes uidebitis, & non cernetis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos occluserunt, ne quando uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem illos. * Vestri uero beati sunt oculi, quia uident, & aures uestræ, quia audiunt. Amen enim dico uobis, quod multi prophetæ & iusti desiderauerunt uidere quæ uidetis, & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. † Vos igitur audite parabolam seminantis. Cum quiuis audit sermonem regni, & non intelligit, uenit ille malus & rapit id quod seminatum est in corde illius:

Ibidem.

Esaiæ 6. Mar. 4. Lucæ 8. Rom. 11. Act. 28. Ioan. 12.

* Lu. 10.

Mar. 4. Lucæ 8.

hic est, qui iuxta uiã seminatus fuit. At qui in petricosa semen iactum exceperat, hic est, qui uerbũ audit, ac protinus cum gaudio accipit illud, uerum nõ habet radicem in semetipso, sed temporarius est. Porrò cum inciderit afflictio aut persequutio propter sermonem, cõtinuo offenditur. At qui in spinas semen exceperat, hic est qui uerbum audit, & cura sęculi huius deceptioq; diuitiarũ suffocat sermonem, & infrugifer redditur. Cæterum, qui in terram bonam excepit semen, hic est, qui sermonem audit & intelligit, qui deniq; fructum quoq; reddit ac facit, alius quidem centuplum, alius uero sexagecuplũ, alius uero trigecuplũ.

Marci 4. † Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Assimilatum est regnum cœlorum homini seminanti bonum semen in agro suo, sed dormientibus hominibus, uenit illius inimicus, & seminauit zizania inter triticum, abijtq;. Cum autem germinasset herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt illi: Domine, nónne bonum semen seminaras in tuo agro? Vnde igitur habet zizania? Ille uero dixit illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt illi: Vis igitur abeamus & colligamus ea? At ille dixit: Nõ, ne dũ colligitis zizania, eradicetis simul cum illis & triticũ: sinite pariter

pariter crescere utraq; usque ad messem, et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & colligate ea in fasciculos ad comburendum ea: triticum uero congregate in horreum meũ. * Aliam Mar. 4.
parabolam proposuit eis, dicens: Simile est Luc. 13.
regnum cœlorũ grano sinapis, quod acceptum homo seminauit in agro suo, quod minimũ est omniũ seminum. Cæterum ubi excreuerit, maximũ est inter holera, & fit arbor, adeo, ut ueniãt uolucres cœli, & nidulentur in ramis illius. * Aliam parabo- Luc. 13.
lam dixit illis: Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondidit in farinæ satis tribus donec fermentaretur totum. * Hæc omnia loquutus est Marci 4.
Iesus per parabolas ad turbas, & sine parabola nihil loquutus est illis, ut cõpleretur quod dictum fuerat per prophetã, qui ait: Aperiã in parabolis os meũ, eructabo abscondita à cõstitutione mundi. * Tunc Psal. 77.
dimissis turbis, uenit in domũ Iesus, & ac- Marci 4.
cesserunt ad illum discipuli eius, dicentes: Explica nobis parabolam zizaniorũ agri. At ille respondens, dixit illis: Qui seminat bonum semen, est filius hominis, ager autem est mundus. Porrò bonũ semen ij sunt filij regni: zizania uero sunt filij illius mali: inimicus autẽ qui seminat ea, est diabolus; messis uero consummatio sæculi est,

Apoc. 14 messores autem angeli sunt. †Sicut igitur colligũtur zizania, & igni comburuntur, sic erit in consummatione sæculi huius. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent è regno illius omnia offendicula, & eos qui patrant iniquitatem, ac mittent illos in caminum ignis, ibi erit ploratus, stridorq; dentium. Tunc iusti fulgebunt ut sol in regno patris sui. Qui habet aures ad audiendum, audiat. Rursum, Simile est regnum cœlorũ thesauro absconso in agro, quem repertum homo abscondidit, & præ gaudio, quod habet super eo, abit, & omnia quæcunque habet uendit, ac mercatur agrum illum. Rursum, Simile est regnũ cœlorum homini negotiatori, quærenti pulchras margaritas, qui cum inuenisset unam pretiosam margaritã, abiens, uendidit omnia quæ possidebat, & mercatus est illam. Rursum, Simile est regnũ cælorũ uerriculo iacto in mare, & ex omni genere cõtrahenti, quod cum impletũ fuisset, subduxerunt in littus, & sedentes collegerũt quæ bona sunt in uasa: quæ uero mala, foras abiecerunt. †Sic futurũ est in cõsummatione seculi: uenient angeli, & segregabunt malos de medio iustorum, & mittẽt eos in caminum ignis, illic erit ploratus & stridor dentiũ. Dicit illis Iesus: Intellexistis hæc omnia? Dicunt illi. Etiam domine. At ille dixit illis:

Matt. 22. & 25.

lis: Propterea omnis scriba doctus ad regnum cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui depromit è thesauro suo noua & uetera. Et factũ est, ut cum finisset Iesus sermones hos, digrederetur illinc. † Et cum uenisset in patriam suam, docuit in synagoga illorum, ita ut stuperent, ac dicerẽt † Vnde huic sapientia hæc & uirtutes? Nónne hic est fabri filius? Nónne mater eius uocatur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioses, & Simon & Iudas? & sorores illius, nónne omnes apud nos sunt? Vnde igitur huic hæc omnia? Et offendebãtur super eo. Iesus autem dixit illis: † Non est propheta expers honoris, nisi in patria sua, & domo sua. Et non ædidit illic uirtutes multas propter incredulitatẽ illorum. 4. 4. Mar. Lu. Ioan. 6. 6. 4. 4. Mar. Lu

CAPVT XIIII.

IN illo tempore audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu, & dixit famulis suis: Hic est Ioannes Baptista, is surrexit à mortuis, & ideo uirtutes agunt in illo. † Nam Herodes ceperat Ioannẽ & uinxerat, ac posuerat in carcere propter Herodiadem uxorẽ Philippi fratris sui. Dicebat enim illi Ioãnes: Nõ licet tibi habere eam. Et cum uellet eum occidere, metuebat multitudinem, propterea quod illum ceu prophetam habebant. Cum autem celebraretur natalis Herodis, saltabat filia Herodia- Marci 6. Lucæ 9. 6. 3. Mat. Lu.

dis in medio, & placuit Herodi. Vnde cum iureiurando pollicitus est, se daturum illi quicquid peteret. At illa, prius instructa à matre sua: Da mihi, inquit, hic in patina caput Ioannis Baptistæ. Et indoluit rex, attamen propter iusiurandū, & eos qui simul accūbebant, iussit ei dari: & missis carnificibus, amputauit caput Ioannis in carcere, & allatum est caput eius in patina, datumq; est puellæ, atque illa obtulit matri suæ. Et accesserūt discipuli eius, & sustulerunt corpus, ac sepelierūt illud, abieruntq; & renunciauerunt Iesu. † Id cum audisset Iesus, secessit illinc in naui ad desertū locū seorsum. Et cum audissent turbæ sequutæ sunt illū itinere pedestri, relictis urbibus. Et egressus Iesus uidit multam turbam, & tactus est affectu misericordiæ erga illos, sanauitq; ex illis qui male ualebant. Porrò cum appetisset uespera, adierunt eum discipuli ipsius, dicentes: Desertus est locus, & hora iam præterijt, dimitte turbas, ut abeāt in uicos & emant sibi cibaria. At Iesus dixit illis: Non est illis necesse ut abeant, date illis uos quod edant. At illi dicunt ei: Non habemus hic nisi quinque panes, & duos pisces. Ille uero dixit: Afferte mihi illos huc. Et iussis turbis discumbere super gramina, sumptisq; quinq; panibus ac duobus piscibus, sublatis in cœlum oculis,

6. 9. 6. Mar. L. I

Ibidem.

Ibidem.

lis, benedixit, & cum fregisset, dedit discipulis panes, discipuli uero turbis. Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et sustulerunt quod superfuerat de fragmentis duodecim cophinos plenos. Porrò qui comederant fuere uiri fermè quinquies mille, præter mulieres ac pueros. Et statim cũpulit Iesus discipulos suos, ut conscenderent nauim, & præcederent se in ripã ulteriorẽ, donec dimisisset turbas. Ac dimissis turbis ascendit in montẽ solus ad orandum. Cum autem aduenisset uespera, solus erat illic. Cæterũ nauis iam in medio maris erat, & afflictabatur ab undis, nam uẽtus erat aduersus. * Quarta autẽ noctis uigilia abijt ad illos Iesus, ambulãs super mare, & ubi uidissent eum discipuli super mare ambulantem, turbati sunt, dicẽtes: Spectrum est, ac præ metu exclamauerunt, sed statim loquutus est illis Iesus, dicens: Bono animo este, ego sum, ne terreamini. Respõdens autem illi Petrus, dixit: Domine, si tu es, iubeto me ad te uenire super aquas. At ille dixit: Veni. Et cum descendisset è naui Petrus, ambulabat super aquas, ut iret ad Iesum. Cæterũ cum uideret uentũ ualidũ, territus est: & cũ cœpisset demergi, clamauit, dicẽs: Domine serua me. Cõtinuo autẽ Iesus extenta manu apprehẽdit eũ, & dixit illi: Exigua fiducia prædite, cur hæsita- Luc. 5. 6.

Marci 6. bas? * Et cũ essent ingressi nauim, cõquieuit uẽtus. Porrò qui erãt in naui accesserũt & adorauerũt eum, dicentes: Vere dei filius es. Et cum traiecissent, uenerũt in terrã Genesaret. Et cum agnouissent illum uiri loci illius, emiserunt nuncios in totã undiq; finitimam regionẽ illã, & obtulerũt illi omnes male habentes. Et obsecrabãt eum, ut tantũ tangerent fimbriam uestimenti ipsius, & quotquot tetigissent, salui facti sunt.

CAPVT XV.

Mar.7. † Vnc accedunt ad Iesum qui ab Hierosolymis uenerãt scribæ & pharisæi, dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Non enim abluunt manus suas cum edunt panem. At ille respondens, dixit eis: Quare & uos transgredimini præceptum dei propter traditionem uestram? Nam deus præcepit dicens:

Exo. 20. Deut.5. † Honora patrem & matrem: & qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunq; dixerit patri & matri: Quicquid doni à me profecturũ erat, id in tuum uertitur commodum, & nõ honorabit patrem suum, aut matrem suam: & irritum fecistis præceptum dei propter traditionem uestram. Hypocritæ, recte de

Esaiæ 29. uobis prædixit Esaias, dicens: † Appropinquat mihi populus hic ore suo, & labijs me honorat, cæterum cor eorum procul

cul abest à me, sed frustra me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominum. Et aduocatis ad se turbis, dixit eis: Audite & intelligite: Non quod ingreditur in os, impurat hominẽ, sed quod egreditur ex ore, hoc impurum reddit hominem. Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt illi: Nosti pharisæos audito sermone isto offensos fuisse? At ille respondens ait: Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. † Omitte illos, duces sunt cæci cæcorum. Porrò si cæcus cæco dux fuerit, ambo in foueam cadent. † Respondens autem Petrus, dixit ei: Dissere nobis parabolam istam. Iesus autem dixit: Adhuc & uos intelligentia caretis? Nondum intelligitis, quod quicquid ingreditur in os, in aluum abit, & in secessum ejicitur? At ea quæ proficiscuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, & illa impurum reddunt hominem. Nam ex corde exeunt cogitationes malæ, cædes, adulteria, stupra, furta, falsa testimonia, conuicia. Hæc sunt quæ impurum reddunt hominem. Cæterum illotis manibus capere cibum, non inquinat hominem. Et digressus illinc Iesus, † secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Cananæa, quæ à finibus illis uenerat, clamabat ad illum, dicens: Miserere mei domine fili Dauid: Filia mea misere à

Luc. 6.

Mar. 7.

Ibidem.

dæmonio agitatur. Ille uero non respondit ei quicquam. Et accedentes discipuli eius, rogabant illum dicẽtes: Amitte illam, nam clamat post nos. At ille respondens, dixit: Non sum missus, nisi ad oues perditas domus Israeliticæ Illa uero uenit & adorauit eum dicens: Domine succurre mihi. At ille
Mar. 7. respondens, dixit: † Non est honestum sumere panem filiorum, & obijcere catellis. Hæc autem respondit: Certe domine, etenim catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus, dixit illi: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Et sanata fuit filia eius ex eo tempore. Et progressus illinc Iesus, uenit iuxta mare Galilææ, & conscenso monte, sedebat illic. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, ducentes secum claudos, cæcos, mutos, mutilos, & alios multos, & abiecerunt eos ad pedes Iesu: & sanauit eos, adeò, ut turbæ mirarẽtæ sint, cum uiderent mutos loqui, mutilos esse sanos, claudos ambulare, cæcos
Mar. 8. uidere: & glorificabant deum Israel. † Iesus autem uocatis ad se discipulis suis, dixit: Miseret me turbæ, propterea quod iam triduum perseuerant apud me, & non habent quod edant, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia. Et dicunt ei discipuli eius: Vnde nobis in solitudine panes tam

tam multi, ut saturemus turbam tantam? Et dicit illis Iesus: Quot panes habetis? At illi dicunt: Septem, & paucos pisciculos. Et iussit turbas discũbere in terra. Et sumpsit septem panes ac pisces, & postquam gratias egisset, fregit, deditq; discipulis suis, discipuli uero turbæ: comederuntq; omnes, & saturati sunt. Et sustulerunt quod supererat, fragmentorum septem sportulas plenas. At ij qui comederant, erant quater mille uiri, præter mulieres & pueros. Et dimissis turbis conscendit nauim, uenitq; in fines Magdala.

CAPVT XVI.

ET † Taggressi pharisæi unà cum Sadducæis tentãtes rogabant eum, ut signum è cœlo ostenderet sibi. At ille respondens, dixit eis: † Cum cœperit esse uespera, dicitis: Serenitas erit, nam rubet cœlũ: & mane, Hodie tempestas, rubet enim cœlum triste. Hypocritæ faciem cœli scitis dijudicare, signa uero temporũ non potestis? * Natio praua & adultera signũ requirit, & signum non dabitur ei, niſi signum Ionæ prophetæ. Et relictis illis, abijt. Et cũ uenissent discipuli eius in ulteriorem ripam, per obliuionem non sumpserant panes. Iesus autem dixit illis: † Videte & cauete à fermento Pharisæorum ac Sadducæorum. Mar. 8. Ioan. 6. Luc. 11. Ionæ 2. Mar. 8. 8. 12. Mar. 8.

Mar. 8. †At illi reputabant intra sese, dicentes: Panes non sumpsimus. Quod ubi cognouit Iesus, dixit illis: Quid cogitatis intra uosipsos, ô parum fidentes, quod panes nõ sumpseritis? Nondum intelligitis, neq; memoria tenetis quinq; illos panes, cum homines essent quinquies mille, & quot cophinos sustuleritis? Neq; septem illos panes, cum homines essent quater mille, & quot sportas acceperitis? Qui fit ut non intelligatis, me non de pane dixisse uobis illud, ut caueretis à fermento pharisæorum & Sadducæorum? Tunc intellexerunt quod non iussisset cauere à fermento panis, sed à doctrina pharisæorum & Sadducæorum.

+ Cum uenisset autem Iesus in partes Cæsa-
8. 9. reæ eius, quæ cognominatur Philippi, in-
Mar. Lu. terrogauit discipulos suos, dicens: †Quem me dicunt homines esse, filium illum hominis? Illi uero dicebant: Alij quidem Ioannem Baptistam, alij uero Heliam, alij uero Hieremiam, aut unum de numero prophe-
8. 9. 6. tarum. Dicit illis: At uos quem me dicitis
Mar. L. 1 esse? †Respondens autem Simon Petrus, dixit: Tu es Christus ille filius dei uiuentis. Et respondens Iesus, dixit illi: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in
Matt, 18. cœlis. †At ego uicissim tibi dico, quod tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo meam.

meam ecclesiam, & portæ inferorum non ualebunt aduersus illam. Et dabo tibi claues regni cœlorum, & quicquid alligaueris in terra, erit alligatum in cœlis: & quicquid solueris in terra, erit solutum in cœlis. Tunc edixit discipulis suis, ne cui dicerent quod ipse esset Iesus Christus. † Ex eo tem Mar.8.
pore cœpit Iesus indicare discipulis suis quod oporteret ipsum abire Hierosolymã, ac multa pati à senioribus & principibus sacerdotum, & scribis, & occidi, & tertio die resuscitari. Et cum abduxisset eum Petrus, cœpit illum increpare, dicens: Propitius tibi sis domine, nequaquam erit tibi hoc. At ille cõuersus dixit Petro: Abi post me satana, obstaculo es mihi, quia nõ sapis ea quæ sunt dei, sed ea quę sunt hominum. 8. 9.17
Tunc Iesus dixit discipulis suis: † Si quis Mar.Lu.
uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, ac sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam seruare, perdet eam: rursus, qui perdiderit animam suam mea causa, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si totum mundum lucratus fuerit, animæ uero suæ iacturam fecerit? Aut quid dabit homo, cuius permutatione redimat animam suam? † Futurum Mar.9.
est enim, ut filius hominis ueniat in gloria Luc.9.
patris sui, cum angelis suis, & tunc reddet Rom.2.
unicuique iuxta facta ipsius. † Amen dico

uobis, sunt quidam hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec uiderint filium hominis uenientem in regno suo.

CAPVT XVII.

Mar. 9. ET† post dies sex assumit Iesus Petrum ac Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & subducit illos in montem excelsum seorsum, transformatus ꝙ est corã illis, & splenduit facies eius sicut sol. Vestimenta autem illius facta sunt candida sicut lumen. Et ecce conspecti sunt illis Moses & Helias, cum illo colloquentes. Respondens autem Ibidem. Petrus, dixit Iesu: Domine bonum est nos hic esse, si uis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, & Mosi unum, & Heliæ unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit illos, & ecce uox è nube Mar. 3. quæ diceret: †Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est, ipsum audite. Et cum hæc audissent discipuli, procciderunt in faciem suam, & territi sunt uehementer. Et accedens Iesus tetigit illos, dixitq; : Surgite, & ne timeatis. Vbi uero sustulissent oculos suos, neminem uidebant, nisi IESVM solum. Et cum descenderent de monte, præcipit illis Iesus, dicens: Ne cui dixeritis uisionem, donec filius hominis à mortuis resurgat. Et interrogauerunt eum discipuli sui, dicentes: Cur ergo dicunt scribæ quod Heliam oportet

teat uenire prius? Iesus autem respondens, dixit illis: Helias quidē ueniet prius, & restituet omnia. Cæterum dico uobis, Heliam iam uenisse, & non agnouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunque uoluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab illis. Tunc intellexerūt discipuli, quod de Ioanne Baptista dixisset ipsis. † Et cū uenissent ad turbā, accessit ad eum homo quidam flectens genua illi, dicens q̄: Domine miserere filij mei, quoniam lunaticus est, & misere adfligitur, nam sæpe cadit in ignem, & sæpe in aquam, & obtuli eum discipulis tuis, nec potuerunt eum sanare. Respondens autem Iesus, dixit: O natio incredula & distorta, quousq̄ tandem ero uobiscum? usquequo patiar uos? Adducite illum huc. Et increpauit illud Iesus. Et exijt ab eo dæmonium, & sanatus est puer à tempore illo. Tunc accedētes discipuli ad Iesum seorsum dixerunt: Quare nos non potuimus eijcere illud? Iesus autem dixit illis: Propter incredulitatem uestram. † Amen quippe dico uobis, si habeatis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Demigra hinc illuc, & demigrabit: neque quicquam impossibile erit uobis. Sed hoc genus non egreditur, nisi per deprecationem & ieiunium. † Cum autē uersarentur in Galilæa, dixit illis Iesus: * Futurum est, ut filius ho-

Mar. 9. Luc. 9. Ibidem. Luc. 17. † Mar. 9. * Mat 10 16 20 Mar. 8, 9

minis tradatur in manus hominum, & occi dent eum, ac tertio die resurget. Et mœrore affecti sunt uehementer. Cum autem uenis sent in oppidum Capernaum, accesserunt qui didrachma solent accipere, ad Petrum, dixeruntq; Præceptor uester num soluit di drachma? Dicit ei: Etiam. Et cum ingressus fuisset in domum, præuenit illum Iesus, di cens: Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributa aut censum, à fi lijs suis, an ab alienis? Dicit illi Petrus: Ab alienis. Ait illi Iesus: Ergo liberi sunt filij. Verum ne simus illis offendiculo, profe ctus ad mare, mitte hamum, & eum piscem qui prodierit primus, tolle, & aperto ore il lius, inuenies staterem, acceptum eum, da il lis pro me & te.

CAPVT XVIII.

Mar.9. & 10. Lu.9.22. 10. 8. Mar.Lu. 9. 9. 13. M. L. 1. 9. 17. Mar.Lu.

†IN illo tempore accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis maximus est in re gno cœlorum? Et accersitum ad se puerum Iesus, statuit in medio illorum, & dixit: * Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut pueri, non ingrediemini in regnum cœlorum. Quisquis igitur demise rit semetipsum, sicut est puer iste, hic est ille maximus in regno cœlorum. †Et qui rece perit unum puellum talem in nomine meo, me recipit. †Qui autem offenderit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei,

ei, ut suspendatur mola asinaria in collum eius, ac demergatur in profundum maris. Væ mundo ab offendiculis. Necesse est enim ut ueniant offendicula: ueruntamen uæ homini per quem offendiculum uenit. † Quod si manus tua uel pes tuus obstaculo est tibi, abcide eum, & proijce abs te. Bonum est tibi ad uitam ingredi claudum, aut mutilum, potius quàm duas manus, uel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. † Et si oculus tuus offendit te, erue eum, & proijce abs te. Bonum est tibi, ut luscus intres in uitam, potius quàm ut duos oculos habẽs, mittaris in gehennam ignis. Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis, quòd angeli eorum in cœlis semper uident faciem patris mei qui in cœlis est. † Venit enim filius hominis seruare quod perierat. * Quid uobis uidetur? si fuerint alicui homini centum oues, & errauerit una ex eis, nõnne relictis nonagintanouẽ in montibus, uadit & quærit eam quæ errauerat? Et si contigerit ut inueniat eam, amen dico uobis, gaudet super ea magis quàm super nonagintanouem quæ non errauerunt. Sic non est uoluntas coram patre uestro qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis. † Porrò, si pecca uerit in te frater tuus, uade & argue eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lu-

Mar. 9.

Matt. 5.

Mar. 9.

Lu. 19.

*Lu. 15.

Eccl. 19.

Luc. 17.

cratus es fratrem tuum. Sin uero te non audierit, adhibe tecum adhuc unũ aut duos,
2. Cor. 13 ut in ore duorũ aut trium testium consistat
Deut. 17. omne uerbũ. Quod si non audierit eos, dic
ecclesiæ. Quod si ecclesiam non audierit, sit
Ioan. 20. tibi uelut ethnicus & publicanus. † Amen
dico uobis, quæcunq; alligaueritis super
terram, erunt ligata in cœlo: & quæcunq;
solueritis super terram, erunt soluta in cœlo. Rursum dico uobis, quod si duo ex uobis consenserint super terram de omni re,
quancunq; petierint, fiet illis à patre meo
qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo uel tres
congregati in nomine meo, ibi sum in me-
Matt. 6. dio eorum. † Tunc accedens Petrus ad
Mar. 11. eum, dixit: Domine, quoties peccabit in me
Luc. 17. frater meus, & remittam ei? Num usque septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi usque
septies, sed usque septuagies septies. Ideo
† assimilatum est regnum cœlorum homini
regi, qui uoluit conferre rationem cum seruis suis. Et cum cœpisset conferre, oblatus
est ei unus, qui debebat ei decem millia talentorum. Cæterum cum his non esset soluendo, iussit eum dominus uenundari, &
uxorem eius, & liberos, & omnia quæ habebat, ac fieri solutionem. Procidẽs autem
seruus ille, adorabat eum, dicens: Domine
esto patiens erga me, & omnia tibi reddã.
Misertus autem dominus serui illius, absoluit

uit eum, & æs alienum remisit ei. Egressus uero seruus ille, inuenit unum de conseruis suis, qui debebat sibi centum denarios, & iniecta in eum manu, obtorto collo trahebat, dicens: Solue quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eum, dicens: Esto patiens erga me, & omnia reddam tibi. At ille nolebat, sed abijt, & cõiecit eum in carcerem, donec redderet debitum. Porrô cum uidissent conserui eius quæ fiebant, indoluerũt ualde, & uenerunt, aperuerũtq; domino suo omnia quæ facta fuerãt. Tunc accersiuit illum dominus suus, & ait illi: Serue sceleste, totum debitum illud remisi tibi, cum obsecrasses me, nónne oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus eram? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusq; redderet totum quod debebatur sibi. † Sic & pater meus cœlestis faciet uobis, si non remiseritis suo quisque fratri ex cordibus uestris delicta illorum. 6. 11. Mat. mar

CAPVT XIX.

ET factum est, cum consummasset Iesus sermones hos, demigrauit à Galilæa, & uenit in fines Iudææ, trans Iordanem, & secutæ sunt eum turbæ multæ, & sanauit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisæi tentantes eum, & dicentes ei; Licét ne homini diuortium facere Mar. 10.

cum uxore sua, qualibet ex causa? Qui re-
Gen. 1.2. spondens, ait eis: † An non legistis, quod is
qui fecit ab initio, masculum & fœminam
Ephe. 5. fecit eos? Et dixit: Propterea deseret homo
2. Cor. 6. patrem & matrem, & adglutinabitur uxo-
ri suæ, & erunt duo in carnem unam. Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus copulauit, homo ne separet. Dicunt il-
Deut. 24. li: † Cur ergo Moses iussit dare libellum re-
Matt. 5. pudij, ac dimittere eam? Ait illis: Moses ad duritiam cordis uestri permisit uobis repudiare uxores uestras, cæterum ab initio
Ibidem. non fuit sic. † Dico autem uobis, quod quis-
Mar. 10. cunque repudiauerit uxorem suam, nisi ob
Luc. 16. stuprum, & aliam duxerit, is cõmittit adulterium. Et qui repudiatam duxerit, is adulterium committit. Dicunt ei discipuli eius: Si ad istum modum habet causa hominis cum uxore, non expedit contrahere matrimonium. Qui dixit illis: Non omnes capaces sunt huius dicti, sed ij quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt eunuchi ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat.
Mar. 10. † Tũc oblati sunt ei pueri, ut manus eis im-
Luc. 18. poneret, et oraret: discipuli aũt increpabãt eos. Iesus uero ait eis: Sinite pueros, & ne prohibeatis eos ad me uenire, talium enim

est

est regnum cœlorum: & cum imposuisset eis manus, abijt illinc. Et ecce unus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, ut habeam uitam æternam? Qui dixit ei: Cur me uocas bonum? Nullus est bonus, nisi unus, nempe deus. Quod si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Dicit illi: Quæ? Iesus autem dixit: Non facies homicidium. Non committes adulterium. Non facies furtum. Non falsum dices testimonium. † Honora patrem & matrem, & diliges proximum tuum ut teipsum. Dicit illi adolescēs: Omnia hæc seruaui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: †Si uis perfectus esse, uade, uende quę habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me. Cum audisset autē adolescens eum sermonem, abijt tristis. Erat enim habens possessiones multas. † Iesus autem dixit discipulis suis: Amen dico uobis, diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Et iterum dico uobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem in regnum dei ingredi. Auditis autem his discipuli expauerūt ualde, dicentes: Quis ergo potest saluus fieri? Intuitus autem illos Iesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est, apud deum autem omnia possibilia sunt. Tunc respondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus

Exo. 20. Mar. 10. Luc. 12. Mar. 10. Luc. 18. Ibidem.

omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit
Luc. 22. nobis? Iesus autem dixit illis: † Amen dico uobis, quod uos qui sequuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. † Et oñis qui reliquerit domos,
Luc. 18. aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meũ, centuplũ accipiet, & uitę
Mat. 10. æternæ sortietur hæreditatẽ. † Multi autem
Luc. 13. primi erunt nouissimi, & nouissimi primi.

CAPVT XX.

† NAm simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primo statim diluculo, ad conducendos operarios in uineam suam. Conuentione autem facta cum operarijs in singulos dies denario, misit eos in uineam suam. Et egressus circiter horam tertiam, uidit alios stantes in foro otiosos, & illis dixit: Ite & uos in uineam, & quodcunque iustum fuerit, dabo uobis. Illi autem abierunt. Rursum autem exijt circiter sextam & nonam horam, & fecit similiter. Circa undecimam uero exijt, & inuenit alios stantes otiosos, ac dicit illis: Cur hic statis totum diem otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos cõduxit. Dicit illis: Abite & uos in uineam, & quicquid fuerit iustum, accipietis. Cum autem uespera facta esset,

esset, dicit dominus uineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à postremis usque ad primos. Et cum uenissent qui circa undecimam horam uenerant, acceperunt singuli denarium. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi, & acceperunt ipsi quoque singuli denarium. Et cum accepissent, murmurabant aduersus patremfamilias, dicentes: Hi nouissimi unam horam fuerunt in opere, & illos pares nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstum. At ille respondẽs uni eorum, dixit: Amice, non facio tibi iniuriam. Nónne denario pactus es mecum? Tolle quod tuũ est, & abi. Volo autem huic nouissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi quod uolo facere in rebus meis? An oculus tuus malus est, quod ego bonus sim? † Sic nouissimi erunt primi, & primi nouissimi. * Multi enim sunt uocati, pauci uero electi. † Et ascendens Iesus Hierosolyma, assumpsit duodecim discipulos suos solus in uia, & ait illis: Ecce conscendimus Hierosolyma, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum ac scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. † Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum

10. 15. Mar. Lu. Matt. 22. Mar. 10. Luc. 18. M. 16. 17 8. 9. 10. Marci. L. 17. 18. Mar. 10.

filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. At ille dicit ei: Quid uis? Ait illi: Dic ut sedeant hi duo filij mei, unus ad dexteram tuam, & alter ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petitis. Potestis bibere poculum quod ego bibiturus sum? & baptismate, quo ego baptizor, baptizari? Dicunt ei, Possumus. Ait illis: Poculum quidem meum bibetis, & baptismate quo ego baptizor, baptizabimini, sedere autem ad dexterā meam & sinistram meam, non est meum dare, sed his continget quibus paratum est à patre meo. Et cum audissent decem, indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem uocauit eos ad se, et ait:

10. 22. Mar. Lu. 6. 10. Marci Lu. 9. 22. Mar. 10. * Ibidem. Luc. 18. Matt. 9.

† Scitis quòd principes gentium dominentur illis, & qui magni sunt, potestatem exerceant in eas. * Nō ita erit inter uos, sed quicunque uoluerit inter uos magnus fieri, sit uester minister, & qui uoluerit inter nos primus esse, sit uester seruus. † Sicut filius hominis non uenit ut sibi ministraretur, sed ut ipse ministraret, utq; daret animam suam redemptionem pro multis. Et egredientibus illis ab Hiericho sequuta est eum turba multa. † Et ecce duo cæci sedentes iuxta uiam, cum audissent quòd Iesus transiret, clamauerunt, dicentes. * Domine miserere nostri fili Dauid. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant,

bant, dicentes: Miserere nostri domine fili Dauid. Et stetit Iesus, & uocauit eos, & ait: Quid uultis ut faciam uobis? Dicunt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum, & confestim uisum receperunt oculi illorum, & secuti sunt eum.

CAPVT XXI.

11. 19. Mar. Lu.

†ET cum appropinquassent Hierosolymis, & uenissent Bethphage ad mõtem oliuarum, tunc Iesus misit duos discipulos, dicẽs eis: Ite in castellum quod contra uos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea, soluite & adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit, dicite: Dominus his opus habet, et confestim emittet eos. † Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Dicite filię Sion: † Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pulum filium subiugalis. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præceperat illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos uestimenta sua, & eum super illa collocauerunt. † Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alij uero cædebant ramos de arboribus, & sternebant in uia. Porrò turbæ quæ prȩcedebant, & quę sequebantur, clamabant, dicentes: Hos anna filio Da-

Ioan. 12. Zach. 9 Esa. 62. Matt. 11. Luc. 19. Ioan. 12.

uid, benedictus qui uenit in nomine domini, hosanna in altissimis. Et cum intrasset Hierosolyma, cõmota est uniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Turbę aũt dicebant: Hic est Iesus ille propheta à Nazareth Galilææ. †Et intrauit Iesus in templum dei, et
Marc. 11. Luc. 19. Ioan. 2. eijciebat omnes uendentes & ementes in templo, mensas q̃ numulariorum & cathedras uendentium columbas euertit. Et di-
Esa. 56. Hiere. 7. xit eis: †Scriptum est: Domus mea domus deprecationis uocabitur. At uos fecistis illam spelunca latronum. *Et accesserunt
Luc. 19. ad eum cæci & claudi in templo, & sana-
Luc. 10. uit eos. †Cum uidissent principes sacerdotum & scribæ mirabilia quę fecerat & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hosanna filio Dauid: indignati sunt, & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem
Psal. 8. dicit eis: Quid ni? Nunquam legistis: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem? Et relictis illis, exijt è ciuitate in Be-
Marc. 11. thaniam, & diuersatus est illic. † Mane autem reuertens in ciuitatem esurijt. Et cum uidisset fici arborem unam in uia, uenit ad eam, & nihil inuenit in ea, nisi folia tantum. Et ait illi: Ne posthac ex te fructus nascatur in æternum. Et aresacta est continuo ficus. Et eo uiso, discipuli mirati sunt, di-
11. 17. centes: Quomodo continuo exaruit ficus?
Mar. Lu. Respondens autẽ Iesus, ait eis: † Amen di-

co uobis, si habueritis fidem, & non hæsita ueritis, non solum hoc quod accidit ficui, facietis: uerumetiam si monti huic dixeritis, Tollere, & proijce te in mare, fiet. † Et omnia quæcunq; petieritis in deprecatione credentes, accipietis. * Et cum uenisset in templum, accesserũt ad eum docentem, principes sacerdotum & seniores populi, dicentes: Qua authoritate hæc facis, & quis tibi dedit istam authoritatem? Respondens autem Iesus, dixit eis: Interrogabo uos & ego quiddam, quod si dixeritis mihi, & ego uobis dicam qua authoritate hæc faciam. Baptismus Ioannis unde erat, è cœlo an ex hominibus? At illi cogitabant apud se, dicentes: Si dixerimus, è cœlo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Sin autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam. † Omnes enim habent Ioannẽ ut prophetam. Et respondentes Iesu dixerunt, Nescimus. Ait illis & ipse: Nec ego dico uobis qua authoritate hæc faciam. Quid autem uobis uidetur? Homo habebat duos filios, & accedens ad priorem dixit: Fili, uade hodie operare in uinea mea. Ille autẽ respondens, ait: Nolo. Postea uero pœnitẽtia motus, abijt. Accedẽs aũt ad alterũ, dixit similiter. At ille respondẽs, ait: Ego dñe: & nõ abijt. Vter è duobus fecit q̊d uoluit pater? Et dicũt ei, Prior. Dicit illis Iesus: Amẽ dico uobis, q̃

Marc. 11. Io. 14. 16 Marc. 11. Luc. 20. Matt. 14.

publicani & meretrices præcedent uos in regnum dei. Venit enim ad uos Ioannes per uiam iustitiæ, & non credidistis ei, publicani autem & meretrices crediderunt ei. Vos autem cum uidissetis, num fuistis com
32. 20 moti pœnitentia postea, ut crederetis ei. †
Mar.Lu. Aliam parabolam audite: Homo quidam erat paterfamilias, qui plãtauit uineam, & sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, ac peregre profectus est. Cum autem tempus fructuũ appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, ut acciperent fructus ipsius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium cæciderunt, alium occiderunt, alium uero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissime autẽ misit ad eos filium suum, dicens: Reuerebuntur filium meum. Agricolæ autem uiso filio, dixerũt intra se: Hic est hæres, uenite occidamus eum, & occupemus hæreditatem eius Et apprehensum eum, eiecerunt ex uinea, & occiderũt. Cum ergo uenerit dominus uineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Mali cum sint, male perdet illos, & uineam suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructũ temporibus suis. Dicit illis Iesus: Nunquam le
Psal.117. gistis in scripturis: Lapidem quem reprobauerunt ædificãtes, hic factus est in caput anguli

anguli. A domino factum est hoc, & est mirabile in oculis nostris? Ideo dico uobis, auferetur à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidē illum, confringetur: super quem uero ceciderit, conteret eum. †Et cum audissent principes sacerdotum ac pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de se diceret. †Et quærentes illi manus inijcere, timuerunt turbas, quoniam tanquam prophetam eum habebant. Et respondēs Iesus iterum dixit eis per parabolas, & ait: Luc.19. 20.22. Luc.19. 20.& 22. Ioā.7.8.

CAPVT XXII.

S*Imile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et emisit seruos suos, ut uocarent inuitatos ad nuptias, & nolebant uenire. Rursum emisit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia mactata sunt, & omnia parata, uenite ad nuptias. Illi autem neglexerunt & abierūt, alius in uillam suam, alius uero ad negotiationem suam. Reliqui uero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. †Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum, & quot- Luc.14. Apo.19. Matt.29.

cunq; inueneritis, uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias, congregauerunt omnes quotquot inuenerunt, malos pariter ac bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentibus. Ingressus autẽ rex ut uideret discumbentes, ubi uidit illic hominem non uestitũ ueste nuptiali, ait illi: Amice, quomodo huc intrasti, non habens uestem nuptia-
Matt. 25. lem? At ille obmutuit. † Tunc dixit rex ministris: Ligatis pedibus & manibus eius, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit
Matt. 20. fletus & stridor dentium. † Multi enim
12. 20. sunt uocati, pauci uero electi. † Tunc abe-
Mar. Lu. untes pharisæi, consilium ceperunt, ut illaquearent eum in sermone. Et ad illum emittunt discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Magister, scimus quod uerax sis, & uiam dei in ueritate doceas, neque cures quenquam: non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi uidetur? Licet censum dari Cæsari an non? Cognita autem Iesus malitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ? ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denari-
12. 13. um. Et ait illis: Cuius est imago hæc & in-
Mar. Ro. scriptio? Dicunt ei: Cæsaris. † Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo. Et his auditis, mi-
12. 20. rati sunt: & omisso eo, abierunt. † In illo
Mar. Lu. die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt

eunt non esse resurrectionem, & interroga- Act.23.
uerunt eum, dicentes: Magister, Moses di-
xit: † Si quis mortuus fuerit, non habens Deut.25.
filiũ, ut ducat frater eius uxorem illius, &
suscitet semen fratri suo. Erant autem apud
nos septem fratres, & primus uxore ducta
defunctus est: ac nõ habens semen, reliquit
uxorem suam fratri suo: similiter secũdus,
& tertius, usq; ad septimum. Nouissime au-
tem omniũ defuncta est & mulier. In resur-
rectione ergo cuius è septẽ illis erit uxor?
omnes enim habuerũt eam. Respondens au-
tem Iesus, ait illis: Erratis, nescientes scri-
pturas, neq; ũirtutem dei. In resurrectione
enim, neq; matrimonium contrahunt, neq;
elocãtur, sed sunt sicut angeli dei in cœlo.
De resurrectione uero mortuorum non legi
stis quod uobis dictum est à deo, qui ait:
† Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, Exo.3.
& deus Iacob. Deus non est deus mortuo-
rum, sed uiuentiũ. Et cum audissent turbæ,
stupuerũt de doctrina eius. † Pharisæi au- Mar.12.
tem cum audissent q̃ obturasset os Saddu-
cæis, conuenerunt in unum, & interrogauit
eum unus ex eis, legis doctor quispiam, ten
tans eum, & dicẽs: Magister, quod est man
datum magnum in lege? Ait illi Iesus: † Di- Deut.6.
liges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo,
et in tota anima tua, et in tota mẽte tua. Hoc
est primũ & magnũ mandatum. Secundum

Leuit. 19 autem ſimile eſt huic: Diliges proximum
Rom. 13. tuum perinde atq; teipſum. In his duobus
Mar. 12. mandatis tota lex & prophetæ pendent.
Luc. 20. *Congregatis aũt phariſæis, interrogauit eos Ieſus dicens: Quid uobis uidetur de Chriſto, cuius filius eſt? Dicunt ei Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in ſpiritu
Pſal. 109 uocat eum dominũ, dicens: Dixit dominus domino meo, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſubſelliũ pedum tuorum? Si ergo Dauid uocat eum dominum, quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat ei reſpondere quicq;, neq; auſus fuit quiſquam ex eo die eum amplius interrogare.

CAPVT XXIII.

TVnc Ieſus loquutus eſt ad turbas & ad diſcipulos ſuos, dicens: In cathedra Moſi ſedent ſcribæ & phariſæi: omnia ergo quæcunq; iuſſerint uos ſeruare, ſeruate, & facite: ſecundum opera uero eorum no-
Luc. 11. lite facere: dicunt enim & non faciunt. † Colligant enim onera grauia, difficiliaq; portatu, & imponunt in humeros hominũ,
12. 20. cæterum digito ſuo nolunt ea mouere. †
Mar. Lu Omnia uero opera ſua faciũt in hoc, ut ſpectentur ab hominibus. Dilatant autem phylacteria ſua, & magnificant fimbrias pallio rum ſuorum, amantq; primos accubitus in cœnis, & primo ſedere loco in concilijs, & ſalutationes in foro, & uocari ab hominibus

nibus Rabbi. Vos aũt nolite uocari rabbi, unus est enim magister uester, nempe Christus, omnes autem uos fratres estis. Et patrem nolite uocare uobis in terra, unus est enim pater uester qui in cœlis est. † Nec uocemini magistri, unus enim uester est magister, nempe Christus. Qui maximus est uestrum, erit minister uester. † Qui autẽ se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur. † Væ autem uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorum ante homines, uos enim nõ intratis, nec aduenientes sinitis intrare. † Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritę, quia comeditis domos uiduarũ, idq; prætextu prolixæ precationis, propter hoc grauius puniemini. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia circumitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ, duplo magis quàm uos estis. Væ uobis duces cæci, quia dicitis: Quicunque iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit per aurum templi, reus est. Stulti & cæci, utrum enim maius est, aurum, an templum, quod sanctificat aurum? Et quicunque iurauerit per altare, nihil est: quicunque autẽ iurauerit per donum quod est super illud, reus est. Stulti ac cæci, utrum enim maius est, donum an altare, quod sanIacobi 3. Luc. 11. Ibidem. Lucæ 20

ctificat donum? Qui ergo iurauerit per altare, iurat per ipsum, & per omnia quæ super illud sunt Et qui iurauerit per templũ, iurat per illud, & per eum qui habitat in ipso. Et qui iurauerit per cœlum, iurat per thronũ dei, & per eum qui sedet super illũ.

Luc.11. †Væ uobis scribę & pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentham & anethum, & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiã ac fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere, Duces cæci, excolãtes culicem, camelum autem glutientes. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia purgatis exteriorem poculi patinæq; partẽ, cæterũ intus plena sunt rapina & intemperãtia. Pharisæe cæce, purga prius quod est intra poculum & patinam, ut & exteriores horũ partes puræ reddãtur. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris quidẽ apparẽt speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorum, omniq; spurcitia. Sic & uos foris quidem apparetis hominibus iusti, intus autem pleni estis fictione & iniqtate. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, nõ fuissemus socij eorum in sanguine prophetarũ. † Itaq;

testimonio estis uobismetipsis, ꝙ filij estis 1. Thes. 2
eorũ qui prophetas occiderũt. Vos quoꝙ
implete mensurã patrũ uestrorũ. Serpẽtes,
progenies uiperarũ, quomodo effugietis
iudicium gehennæ? Ideo ecce ego mitto ad
uos prophetas, & sapientes, & scribas: &
illorum aliquot occidetis, crucifigetis ꝙ:
& illorũ nõnullos flagellabitis in synago-
gis uestris, & persequemini de ciuitate in
ciuitatẽ, ut ueniat super uos omnis sanguis
iustus, qui effusus est super terram à san- Hebr. 11.
guine Abel iusti usq; ad sanguinẽ Zacha- 2. Par. 24
riæ filij Barachiæ, quẽ occidistis inter tem
plum & altare. Amen dico uobis, uenient
hæc omnia super generationẽ istã † Hieru Lucæ 13.
salem Hierusalẽ, quę occidis prophetas, & 4. Esd. 1.
lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties uo
lui congregare filios tuos, quemadmodum
gallina congregat pullos suos sub alas, &
noluistis? Ecce relinquitur uobis domus
uestra deserta. Dico enim uobis, haudqua-
quam me uidebitis posthac donec dicatis:
Benedictus qui uenit in nomine domini.

CAPVT XXIIII.

ET egressus Iesus, discedebat à tem- Marci 13
plo, & accesserũt discipuli eius, ut osten Lucæ 21.
derent ei structuras templi. Iesus autẽ dixit
illis: † Nónne uidetis hæc omnia? Amen Lucæ 19.
dico uobis: nõ relinquetur hic lapis. super
lapidem, qui nõ destruetur. Sedente autem

eo in monte oliuarum, accesserunt ad eum
discipuli secreto dicẽtes: Dic nobis quan-
do hæc erunt? & quod signũ aduentus tui,
& cõsummationis sæculi? Et respondens
Iesus, dixit eis: Videte ne quis uos sedu-
Ibidem. cat. † Multi enim ueniẽt in nomine meo, di
Ephes. 5. centes: Ego sum Christus: multosq; sedu-
1. Cor. 3. cent. Audituri autẽ estis bella, & rumores
Col. 2. bellorũ, uidete ne turbemini. Oportet enim
omnia fieri, sed nondũ est finis. Consurget
enim gens contra gentem, & regnum con-
tra regnum, & erunt pestilentiæ, & fames,
10. 21. & terræmotus singulis locis. Hæc autem
Mat. Lu. omnia initia sunt dolorum. * Tunc tradent
Io. 15. 16. uos in afflictionem, & occident uos, & eri-
tis inuisi cunctis gentibus propter nomen
meum. Et tunc offendiculum patiẽtur mul-
ti, & alius alium inuicem tradẽt, seq; odio
habebũt inuicem: & multi pseudoprophe-
tæ surgent, ac seducent multos. Et quoniã
10. 2. abundabit iniquitas, refrigescet charitas
Mat. Act multorum. † Qui autẽ perseuerauerit usq;
Marci 13 in finem, hic saluus erit. * Et prædicabitur
hoc Euangeliũ regni in uniuerso orbe, in
testimoniũ omnibus gentibus, & tunc ue-
Daniel. 9. niet cõsummatio. * Cũ ergo uideritis abo
minationẽ desolationis, quæ dicta est à Da-
13. 21. niele propheta, stantem in loco sancto: qui
Mar. Lu. legit, intelligat. * Tunc qui in Iudæa sunt,
fugiant ad montes: qui in tecto, non descen

dat

vltima nunc vere cognoscitur
tempora adesse cum falso
doctor ~~[illegible]~~ fam regnet morbe

dat ut tollat quicquã de domo sua: & qui
in agro, nõ reuertatur ut tollat uestes suas.
Væ autem prægnantibus & lactantibus in Ibidem.
illis diebus. Orate autem, ut non fiat fuga
uestra hyeme neq; sabbato. Erit enim tunc
afflictio magna, qualis non fuit ab initio
mundi ad hoc usq; tempus, neq; fiet. Et nisi
decurtati fuissent dies illi, non fieret salua
omnis caro, sed ꝓpter electos decurtabun-
tur dies illi. † Tunc si quis uobis dixerit: Mar. 13.
Ecce hic Christus, aut illic: nolite credere.
† Surgent enim pseudochristi, & pseudo- Luc. 17.
prophetæ, & dabunt signa magna, & pro-
digia, ita ut in errorem inducantur (si fieri
possit) etiam electi. Ecce prædixi uobis. Si
ergo dixerint uobis: Ecce in deserto est, no
lite exire: ecce in penetralibus, nolite cre-
dere. † Sicut enim fulgur exit ab Oriente, Ibidem.
& apparet usq; in Occidentem, ita erit ad-
uentus filij hominis. Vbicunq; enim fuerit
cadauer illic congregabuntur & aquilæ.
† Statim autẽ post afflictionẽ dierũ illorũ, Mar. 13.
sol obscurabitur, & luna non dabit lumen Luc. 21.
suum, & stellæ cadent de cœlo, & uirtutes Ioel. 2.
cœlorũ commouebũtur. Et tunc apparebit
signum filij hominis in cœlo, & tunc plan-
gent omnes tribus terræ, & uidebunt filiũ
hominis uenientẽ in nubibus cœli cũ uirtu
te & gloria multa. Et mittent angelos suos Dan. 2.
cum tubæ uoce magna, & cõgregabũt ele-

ctos eius à quatuor uentis, à summis cœ-
Marci 13 lorum usq; ad terminos eorum. † Ab arbo-
Luc.21. re autẽ fici discite similitudinem, cum iam ramus eius tener fuerit, & folia fuerint enata, scitis quod prope sit æstas. Ita & uos, cum uideritis hæc omnia, scitote quod prope sit in foribus. Amen dico uobis, nõ præteribit ætas hæc, donec omnia ista fiant. Cœlum & terra præteribunt, uerba autem
Marci 13 mea nõ præteribunt. † Cæterum de die illo & hora nemo scit, ne angeli quidem cœ-
Lucæ 17 lorũ, nisi pater meus solus. † Sed sicut erãt
Gen. 6.7 dies Noe, ita erit & aduẽtus filij hominis. Sicut enim erant in diebus qui præcesserunt diluuium, edentes & bibentes, contrahẽtes matrimonium, & nuptum dantes, usq; ad eum diem quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerũt, donec ueniret diluuium, & sustulisset uniuersos: ita erit & aduentus filij hominis. Tunc duo erunt in agro, unus assumitur, & alter relinquitur. Duæ molẽtes in mola, una assumitur, & al-
Marci 13 tera relinquitur. † Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit. Illud aũt scitote, si sciret paterfamilias qua
13. 12. hora fur uenturus fuisset, uigilasset utique,
Mar.Lu. & nõ siuisset perfodi domũ suam. † Ideo et uos estote parati, quia qua hora non puta-
Lucæ 12. tis, ea filius hominis uẽturus est. † Quis nã est fidelis seruus & prudẽs, quem præfecit domi-

dominus famulitio suo, ut det illis cibũ in tempore? † Beatus seruus ille, quem cum uenerit dominus eius, inuenerit sic facientem. Amen dico uobis, super omnia bona sua cõstituet eum. Quod si dixerit seruus ille malus in corde suo, Cunctatur dominus meus uenire, cœperitq; percutere conseruos, imô edere & bibere cum ebrijs, ueniet dominus serui illius in die quo non expectat, & hora qua ignorat, & dissecabit eũ, partemq; eius ponet cum hypocritis, illic erit ploratus & stridor dentium. 1. Cor. 5. Apoc. 16

CAPVT XXV.

TVnc simile fiet regnum cœlorum decem uirginibus, quæ sumptis lampadibus suis, exierunt in occursum sponso. Quinque autẽ ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Quæ erant fatuæ, acceptis lampadibus suis, non sumpserant oleum secum. Prudentes uero sumpserant oleum in uasis suis unà cum lampadibus. Tardante uero sponso, dormitauerunt omnes, ac dormierunt. Porrò medio nocte clamor factus est: Ecce sponsus uenit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes uirgines illæ, & apparauerunt lampades suas. Fatuæ autem prudentibus dixerunt: Date nobis de oleo uestro, quia lampades nostræ extinguuntur. At responderunt prudentes, dicentes: Nequaquam, ne

non ſufficiat nobis & uobis: ſed ite potius
ad eos qui uendunt, & emite uobiſipſis.
Porrò dum irent emptum, uenit ſponſus, &
quæ paratæ erant intrauerũt cum eo ad nu
ptias, clauſaq; eſt ianua. Poſtea uero ue
niunt & reliquæ uirgines, dicentes: Do-
mine, domine, aperi nobis. At ille reſpon
24. 12. dens, ait: Amen dico uobis, non noui uos.
Mat. Lu. † Vigilate itaq;, quia neſcitis diem neq; ho
13. 19. ram in qua filius hominis ueniet. † Sicut
Mat. Lu. enim homo quidam peregre proficiſcẽs uo
cauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona
Luc. 19. ſua. † Et huic quidem dedit quinq; talẽta,
alij autem duo, alij uero unum, unicuique
ſecundum propriam facultatem, & profe
ctus eſt ſtatim. Abijt autẽ qui quinq; talen
ta acceperat, & negotiatus eſt per ea, &
confecit altera quinque talenta. Similiter
& qui duo acceperat, lucratus eſt & ipſe
altera duo. Qui autem unum acceperat,
abiens fodit in terram, & abſcondit pecu
Luc. 16. niam domini ſui. † Poſt multũ uero tempo-
ris uenit dominus ſeruorũ illorũ, & ponit
rationẽ cum eis. Et accedens is qui quinq;
talẽta acceperat, attulit altera quinq; talen
ta, dicens: Domine, quinq; talenta tradidi-
ſti mihi, ecce altera quinq; talenta lucratus
ſum per ea. Ait illi dominus eius: Euge ſer
ue bone & fidelis, ſupra pauca fuiſti fide-
lis, ſupra multa te conſtituam, intra in gau
dium

dium domini tui. Accedens autem & qui duo talenta acceperat, ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum per ea. Ait illi dominius eius: Euge serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis super multa te constituam, intra in gaudiū domini tui. Accedens autem & qui unum talentum acceperat, ait: Domine, nouerā te quod homo durus sis, metens ubi non seminasti, & inde congregans ubi non sparsisti: ac territus abij, absconditq; talentum tuum in terra: Ecce habes quod tuū est. Respondens autem dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, sciebas quod metā ubi non seminaui, & congregem illinc ubi nō sparsi. Oportuit ergo te committere pecuniam meam mensarijs, & ueniens ego recepissem utique quod meum est cum usura. Tollite itaq; ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. † Omni enim habenti dabitur, & abundabit: Qui uero non habet, etiam id quod habet, auferetur ab eo. * Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium. Cum autem uenerit filius hominis in gloria sua, & omnes sancti angeli cum eo, tūc sedebit super sedem gloriæ suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos, alteros ab alteris, sicut pastor segregat oues ab hœdis: & statuet oues quidem à dextris

Matt. 13. Marc. 4. Lu. 8. 19. * mat. 22 13. 21. Mar. Lu.

suis, hœdos autẽ à sinistris. Tunc dicet rex his qui à dextris sibi erunt: Venite benedicti patris mei, possidete regnũ paratum uobis ab exordio mundi. † Esuriui enim, & dedistis mihi edere: Sitiui, & dedistis mihi bibere: Hospes erã, & collegistis me: Nudus, & operuistis me: † Infirmus, & uisitastis me: In carcere eram, & uenistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes: Domine, quando te uidimus esurientem, & pauimus: aut sitientem, & dedimus tibi potum? Quando aũt te uidimus hospitem, & collegimus te: aut nudũ, & cooperuimus te: aut quando te uidimus infirmum, aut in carcere, & uenimus ad te? Et respondens rex, dicet illis: Amẽ dico uobis, quatenus fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & his qui à sinistris erunt: † Discedite à me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi cibũ: Sitiui, & nõ dedistis mihi potum: Hospes erã & non collegistis me: Nudus, & non operuistis me: Infirmus, & in carcere eram, & non uisitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quãdo te uidimus esurientẽ, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & nõ ministrauimus tibi? Tũc respondebit illis, dicens: Amen dico uobis, quatenus

Esa. 58.
Ezec. 18.
Eccles. 7.
Matt. 7.
Luc. 13.
Psalm. 6.

tenus nõ feciſtis uni de minimis his, nec mi
hi feciſtis. †Et ibunt hi in ſupplicium æter- Ioan. 5.
num, iuſti uero in uitam æternam.

CAPVT XXVI.

ET factum eſt cum conſummaſſet Ieſus Mar. 14.
ſermones hos omnes, dixit diſcipulis Luc. 22.
ſuis: Scitis quod poſt biduum paſcha fit, Ioan. 11.
& filius hominis traditur, ut crucifigatur. 22. 11.
†Tunc congregati ſunt principes ſacerdo Luc. 10.
tum & ſcribæ, & ſeniores populi in atrium
principis ſacerdotum, qui dicebatur Cai-
pha, & conſilium inierunt, ut Ieſum dolo
caperent, & occiderent. Dicebant autem:
†Non in die feſto, ne tumultus fiat in po- Mar. 14.
pulo. Cum autem Ieſus eſſet in Bethania, Ibidem.
in domo Simonis leproſi, acceſſit ad eum Ioan. 12.
mulier, habens alabaſtrum unguenti pre- Luc. 7.
tioſi, & effudit ſuper caput ipſius recum- 14. 12.
bentis. †Videntes autẽ diſcipuli, indignati Mar. 10.
ſunt, dicentes: Ad quid perditio hæc? Po-
tuit enim iſtud unguentum uenundari ma-
gno, & dari pauperibus. Eo autem cogni-
to, Ieſus ait illis: Quid moleſti eſtis mulie-
ri? Opus enim bonum operata eſt erga me.
Nam ſemper pauperes habetis uobiſcum,
me uero non ſemper habetis. Quod enim
hæc unguentum hoc miſit ſuper corpus me-
um, ad ſepeliendum me fecit. † Amen dico Mar. 14.
uobis, ubicunq; prædicatũ fuerit hoc euan
geliũ in toto mũdo, hoc quoq; q̃d hęc fecit,

14 22. narrabitur in memoriam ipsius. † Tũc abĩ
Mar. Lu. it unus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum, & ait illis: Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam illum? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et ex eo tempore quærebat opportunitatẽ ut eum traderet. Cæterũ primo die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes ei: Vbi uis paremus tibi ad edendum pascha? At ille dixit: Ite in ciuitatem ad quendã, & dicite ei: Magister dicit, Tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha. Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim, & edentibus illis, di
Mar. 14. xit: † Amen dico uobis, ℣ unus uestrum
Ioan. 13. me proditurus est. Et mœsti redditi uehementer, cœperunt singuli dicere ei: Nũ ego
Ibidem. sum domine? At ipse respondens, ait: Qui intinxit mecum manum in catino, hic me proditurus est. Filius quidem hominis uadit sicut scriptum est de illo. Væ autem homini illi, per quem filius hominis proditur:
Mar. 14. †bonum erat ei, si natus non fuisset homo
*Luc. 22 ille. * Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: Num ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti. Vescentibus autem eis, acce-
Ibidem. pit Iesus panem, † & cum egisset gratias,
Ioan. 6. fregit, deditq; discipulis, & ait: Accipite,

come dite

comedite, hoc est corpus meum. † Et acce- Mar. 14.
pto poculo gratijs actis, dedit illis, dicens: Lu 22.
Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis 1. Cor. 11.
meus qui est noui testamenti, qui pro multis
effunditur in remissionem peccatorum. † Di Mar. 14.
co autem uobis: Non bibã posthac ex hoc
fructu uitis, usq; in diem illum, cum illud bi
bam uobiscum nouum in regno patris mei.
† Et cum hymnum cecinissent, exierunt in Ioan. 18.
montem oliuarum. * Tunc dixit illis Iesus: 14. 22.
Omnes uos offendiculum patiemini mea Mar. Lu.
causa in nocte hac. † Scriptum est enim: Per Zach. 13.
cutiam pastorem, & dispergentur oues gre
gis. Postquam autem resurrexero, præce- 14. 22 13.
dam uos in Galilæam. † Respondens au- R. Lu. 1.
tem Petrus, ait illi: Et si omnes offendiculũ
passi fuerint tua causa, ego tamen nunquam
offendiculũ patiar. Ait illi Iesus: Amen di-
co tibi, q̃ in hac nocte antequã gallus can 14. 22.
tet, ter me negabis. Ait illi Petrus: † Etiam Mar. Lu.
si oportuerit me mori tecũ, non te negabo.
Similiter & omnes discipuli dixerunt. Tũc Ibidem.
uenit Iesus cum illis in uillam, quæ dicitur
Gethsemane, & dixit discipulis: Sedete
hic donec uadã & orem illic. Et assumpto
Petro, & duobus filijs Zebedæi, cœpit af-
fici dolore ac mœstitudine. Tũc ait illis Ie- 14. 12.
sus: † Mœsta est anima mea usq; ad mortẽ: Mar. Io.
manete hic, & uigilate mecũ. * Et progres- 14. 22.
sus pusillũ, procidit in faciem suam orans Mar. Lu.

ac dicens: Pater mi, si possibile est, transeat
Ioan. 6. à me calix iste. † Veruntamen non sicut ego
14 22. uolo, sed sicut tu. † Et uenit ad discipulos,
Mar. Lu. & reperit eos dormientes, & dicit Petro:
Adeo non potuistis una hora uigilare me-
14. 6. cum? Vigilate & orate, ut ne intretis in ten
Mar. Io. tationem. † Spiritus quidem promptus est,
Mar. 14. at caro infirma. * Rursus altera uice abijt,
& orauit, dicēs: Pater mi, si non potest hoc
poculum transire à me, nisi bibam illud, fiat
uoluntas tua. Et uenit & reperit eos iterum
dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abijt, & orauit ter
tio, eundem sermonem, dicens. Tunc uenit
Ibidem. ad discipulos suos, & dicit illis: † Dormite iam & requiescite. Ecce appropinquauit
hora, & filius hominis traditur in manus
Ioan. 14. peccatorum. † Surgite, eamus, ecce appro-
Mar. 14. pinquauit qui me tradit. * Adhuc eo lo-
Luc. 22. quente, ecce Iudas unus de numero duode
Ioā. 18. cim uenit, & cum eo turba multa cum gla-
14. 22. dijs & fustibus, missi à principibus sacer-
Mar. Lu. dotum & senioribus populi. † Is uero qui
prodebat eū, dedit illis signū, dicēs: Quem
cunq; osculatus fuero, ipse est tenete eum:
& confestim accedens ad Iesum, dixit: Aue
rabbi. Et osculatus est eum. Dixit q; illi Iesus: Amice ad quid ades? Tunc accesserūt
& manus iniecerunt in Iesum, & ceperunt
Mar. 14. eum. † Et ecce unus ex his qui erant cum

Iesu,

Iesu, extendens manũ, exemit gladiũ suum, Luc. 22.
& percutiens seruũ principis sacerdotum, Ioan. 18.
amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Ie-
sus: Conuerte gladium tuum in locũ suum.
Omnes enim qui acceperint gladium, gla- Gen. 9.
dio peribũt. An putas ꝙ non possum nunc Apo. 13.
rogare patrem meũ, & exhibebit mihi plus
ꝙꝫ duodecim legiones angelorum? Quomo
do ergo implebũtur scripturæ, quod sic o-
portet fieri. In illa hora dixit Iesus turbis: 14. 22.
†Tanquam ad latronem existis cum gla- Mar. Lu.
dijs & fustibus ad comprehendendum me: Ibidem.
*quotidie apud uos sedebã docens in tem- & Io 18.
plo, & non me cepistis. †Hoc autem totum Mar. 14.
factum est, ut complerentur scripturæ pro-
phetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo 14. 22. 18
fugerunt. † At illi comprehensum Iesum du R. Lu. Io.
xerunt ad Caipham principem sacerdotũ,
ubi scribæ & seniores conuenerant. † Pe- Mat. L. I.
trus autem sequebatur eum procul usqꝫ ad Ibidem.
atrium principis sacerdotum. Et ingressus
intrò, sedebat cum ministris, ut uideret fi-
nem. †Principes autem sacerdotum & se- Mar. 14.
niores, & totum concilium quærebant fal-
sum testimoniũ contrà Iesum, ut morti eum
traderent: & non inueniebant: etiam cum
multi falsi testes accessissent, non inuenie-
bant. †Nouissime autem uenerunt duo falsi Mar. 14.
testes, & dixerunt: *Hic dixit: Possum de- Ibidem.
struere templum dei, & in triduo ædificare & Ioã. 2

illud. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes? Cur isti aduersum te
14. 22 testimonium dicunt? Iesus autem tacebat.
Mar. Lu. † Et respondens princeps sacerdotum, ait illi: Adiuro te per deum uiuentem, ut dicas nobis, an tu sis Christus filius dei. Dicit il-
Ibidem. li Iesus: Tu dixisti. † Veruntamen dico uo-
& Io. 6. bis, amodo uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis, & uenientem in nu-
Mar. 14. bibus cœli. † Tũc princeps sacerdotum di scidit uestimenta sua, dicens: Proloquutus
Luc. 22. est blasphemiam, † quid insuper egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam
14. 22. 18 eius, quid uobis uidetur? At illi respondentes, dixerunt: Reus est mortis. † Tunc ex-
Mar. L. 1 puerunt in faciem eius, & colaphis eum cæciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes: Vaticinare nobis Chri-
Ibidem. ste: Quis est qui te percussit? † Petrus uero sedebat foris in atrio, & accessit ad eum una ancillula, dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus,
Mar. 14. dicens: Nescio quid dicas. † Cum autem exisset in uestibulum, uidit eum altera ancilla, & ait his qui erãt ibi: Et hic erat cum
14. 23. 18 Iesu Nazareno. Et iterum negauit cum iu-
M. L. Io. reiurando: Non noui hominem. † Et post pusillum accesserũt qui stabant, & dixerũt Petro: Vere & tu ex illis es, nam & loquela tua te manifestum facit. Tunc cœpit exe-

cerari

erari & iurare, q̃ nõ nosset hominẽ, & con 14. 22.
tinuo gallus cantauit. † Et recordatus est Mar. Lu.
Petrus uerbi Iesu, qui dixerat ei: Prius q̃
gallus cantet, ter me negabis. Et egressus fo
ras, fleuit amare. CAP. XXVII.

M† Ane autem facto, consilium inierunt Mar. 15.
omnes principes sacerdotum, & senio
res populi aduersus Iesum, ut eum morti tra 15. 22. 18.
derent. † Et uinctum eum adduxerunt, & R. L. Io.
tradiderunt Pontio Pilato præsidi. * Tunc *Act. 1.
uidens Iudas qui eum prodiderat quod da
mnatus esset, pœnitentia ductus, retulit tri-
ginta argenteos principibus sacerdotum &
senioribus, dicens: Peccaui tradens sangui
nem innoxium. At illi dixerunt: Quid ad
nos? Tu uideris. Et proiectis argenteis in
templo, recessit, & abiens laqueo se suspen
dit. Principes autem sacerdotum acceptis
argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere
in corbonam, quia pretium sanguinis est.
Consilio aũt inito, emerunt ex illis agrum
figuli in sepulturam peregrinorum: quapro
pter uocatus est ager ille, ager sanguinis
usque in hodiernum diem. † Tunc imple- †Locus
tum est quod dictum est per Hieremiam pro manifesti-
phetam, dicentem: Et acceperunt triginta or est ap-
argenteos pretium æstimati, quem æsti- Zach. 11.
matum emerunt à filijs Israel, & dederunt alluditur
eos in agrum figuli, sicut constituit mihi do aũt ad 22
minus. Iesus autem stetit ante præsidem, & Ieremiæ.

interrogauit eum præses, dicens: Tu es rex
Mar.15. Iudæorum? Dicit illi Iesus: Tu dicis. † Et
cum accusaretur à principibus sacerdotum
& senioribus, nihil respondit. Tunc dicit
illi Pilatus: Non audis quàm multa aduer-
sus te dicunt testimonia? Et non respondit
15.23.18. ei ad ullum uerbum, ita ut miraretur præses
R. L. Io. uehementer. † In festo aũt consueuerat præ-
15. 18. ses turbæ dimittere unum uinctum quem uo-
Mar. Lu. luissent. * Habebat autem tunc uinctum in-
15. 13. signem, qui dicebatur Barabbas: congrega-
Mar. Io. tis ergo illis, dixit Pilatus: † Vtrum uultis
dimittam uobis, Barabbam, an Iesum, qui
Matt.15. dicitur Christus? † Sciebat enim quòd pro-
pter inuidiam tradidissent eum. Sedente au-
tem illo pro tribunali, misit ad eum uxor
eius, dicẽs: Nihil tibi cum iusto illo, multa
enim passa sum hodie in somnis propter eũ.
Mar.15. † Principes autem sacerdotum & seniores
15.23.18. persuaserunt turbis ut peterent Barabbam,
M. L. I. Iesum uero perderent. † Respondens autem
præses, ait illis: Vtrum uultis uobis è duo-
bus dimittam? At illi dixerunt: Barabbam.
Act.3. Dixit illis Pilatus: † Quid igitur faciam Ie-
Mar.15. su, qui dicitur Christus? Dicunt ei omnes:
* Lu.23. Crucifigatur. Præses autem ait: * Quid e-
nim mali fecit? At illi magis clamabant, di-
centes: Crucifigatur. Vidẽs autem Pilatus
quod nihil proficeret, sed magis tumultus
fieret, accepta aqua abluit manus corã po-
pulo,

pulo, dicens: Innocens ego sum à sanguine huius iusti, uos uideritis. Et respondẽs uniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros. † Tunc dimisit illis Barabbam, Iesum autem flagellatum tradidit ut crucifigeretur. † Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio, congregauerunt ad eum uniuersam cohortem: †& cum exuissent eum, circundederunt ei chlamydem coccinam, & coronã de spinis contextam imposuerunt super caput eius, & harundinem in dexteram eius, & genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudæorũ. †Et cum expuissent in eum, acceperunt harundinem, & percutiebant caput eius. Et postquam illusissent ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum uestimentis suis, & abduxerunt eum ut crucifigerent. †Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem, hunc adegerunt ut tolleret crucem eius. † Et uenerunt in locũ qui dicitur Golgotha, quod est, Caluariæ locus. * Et dederunt ei acetũ bibere cum felle mixtum: & cum gustasset, noluit bibere. † Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt uestimenta eius, sortem mittentes, ut impleretur quod dictum est per prophetam: † Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestimentũ meum miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum ibi.

13. 23. Mar. Lu. Ioan. 19. Mar. 15. Ioan. 19. Mar. 15. 15. 23. Mar. Lu. Ibidem. & Io. 19. Mar. 15. 15. 19. Mar. Io. Psal. 21.

15. 23. †Et imposuerunt super caput eius causam
Mar. Lu. ipsius scriptam: Hic est Iesus rex Iudæorũ.
Ioan. 19. *Tunc crucifigũtur cum eo duo latrones,
Ibidem. unus à dextris, & alter à sinistris. †Prętere
Marc. 15. untes autem conuicia iaciebant in eum, mo
Luc. 23. uentes capita sua, & dicentes: Tu ille qui
destruebas templum, & in triduo ædifica
bas, serua temetipsum: si filius dei es, desce
Ibidem. de de cruce. †Similiter & principes sacer-
dotum illudentes cum scribis & seniori-
bus, dicebant: Alios seruauit, seipsum non
potest seruare. Si rex Israel est, descendat
nunc de cruce, & credemus ei. Confidit in
deo, liberet eum nunc, si uult eum. Dixit
Ibidem. enim: Filius dei sum. †Idipsum autem & la
trones qui crucifixi erant cum eo, expro-
Ibidem. brabant ei. † A sexta autem hora tenebræ
factæ sunt super uniuersam terrã usq; ad ho
Marc. 15. ram nonam. † Et circa horã nonã clamauit
Iesus uoce magna, dicens: Eli, eli, lamasa
bachthani: hoc est, Deus meus, deus meus,
cur deseruisti me? Quidam autem hic stan-
15. 23. 19. tiũ cum audissent, dicebant: Heliam uocat
R. L. 10. iste. Et continuo currens unus ex eis, cum
acceptam spongiam implesset aceto, impo-
Marc 15. suit harundini, dabatq; ei ut biberet. † Cæ-
R. L. 10 teri uero dicebãt: Sine, uideamus an ueniat
Ibidem. Helias liberaturus eum. * Iesus autem cum
Mar. 15. iterũ clamasset uoce magna, emisit spiritũ.
Luc. 23. † Et ecce uelum templi scissum est in duas
partes.

partes à summo usq; ad imum, & terra mo
ta est, & petræ sciſſæ sunt: & monumenta
aperta sunt, & multa corpora sanctorum,
qui dormierãt surrexerunt, & egressi è mo
numentis post resurrectionem eius, uenerũt
in sanctã ciuitatem, & apparuerunt multis.
†Centurio uero, & qui cum eo erant, cu- Mar.15.
stodiẽtes Iesum, uiso terræmotu, & his quæ Luc.23.
facta fuerant, timuerunt ualde, dicentes: Ve
re filius dei erat iste. † Erant autem ibi mu- Ibidem.
lieres multæ è longinquo spectantes, quæ
sequutę fuerant Iesum à Galilæa, ministran
tes ei, inter quas erat Maria Magdalene,
& Maria Iacobi, & Ioſe mater, & mater fi-
liorum Zebedæi. † Cum autem uespera Marc.15.
facta esset, uenit homo diues ab Arimathęa, Luc.23.
nomine Ioſeph, qui & ipse discipulus fue- Ioan.19.
rat Iesu: hic accessit ad Pilatum, ac postula-
uit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi
corpus. †Et cum accepisset corpus Ioſeph, Ibidem.
inuoluit illud sindone munda, posuitq; il-
lud in monumento suo nouo, quod excide-
rat in petra, & aduoluto saxo ingenti ad
ostium monumenti, abijt. † Erat autem Mar.15.
ibi Maria Magdalene, & altera Maria se-
dentes contra sepulchrum. Postero autem
die quæ sequitur parascenen, conuenerunt
principes sacerdotum, & pharisæi ad Pila
tum, dicentes: Domine, recordati sumus q̃
impostor ille dixit adhuc uiuens: Post tres

dies resurgo, iube ergo muniri sepulchrum usq; in diem tertiũ, ne quando ueniãt discipuli eius, & furentur eum, dicantq; plebi, Surrexit à mortuis, & erit nouissimus error peior illo priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam. Ite munite sicut scitis. Illi aũt abeuntes, munierunt sepulchrum obsignato lapide, adhibitis custodibus.

CAPVT XXVIII.

Mar. 16. Luc. 24. Ioan. 20. † Vespera aũt sabbatorum, quæ luxit in unam sabbatorum, uenit Maria Magdalene, & altera Maria, ut uiderent sepulchrum. Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de cœlo, & accedens, deuoluit lapidem ab ostio, sedebatq; super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & uestimentum eius candidum sicut nix. Præ timore autem eius concussi sunt custodes, & facti sunt uelut

Mar. 16. mortui. † Respondens autem angelus dixit mulieribus: Nolite timere uos, scio enim quòd Iesum qui crucifixus est quæritis, non est hic, surrexit enim sicut dixit. Venite, uidete locum ubi positus erat dominus. Et cito euntes, dicite discipulis eius, quòd surrexit à mortuis: & ecce præcedit uos in Galilæam, ibi eum uidebitis, ecce dixi uobis.

Ibidem. Luc. 24. Et digressi celeriter à monumẽto cum timore & gaudio magno, currebant, ut renũciarent discipulis eius. Cũ aũt issent ad renunciandum

ciandum discipulis suis, & ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autẽ accesserunt & tenuerũt pedes eius, & adorauerũt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere, ite renunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, & ibi me uidebunt. Quæ cum abissent, ecce quidam è custodibus uenerunt in ciuitatem, ac renunciauerũt principibus sacerdotum omnia quæ acciderãt: & congregati cum senioribus, consilio habito, pecuniam copiosam dederũt militibus, dicẽtes: Dicite quòd discipuli eius nocte uenerint, & furati sint eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit sub præside, nos persuadebimus ei, & securos uos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti, & diuulgatus est hic sermo apud Iudæos usq; in hodiernũ diem. Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi cõstituerat illis Iesus. Et cum uidissent illum, adorauerunt eum: quidã autem dubitauerũt. Et accedẽs Iesus loquutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. † Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunq; præcepi uobis. Et ecce ego uobiscũ sum omnibus diebus usq; ad consummationem sæculi. Mar. 16.

FINIS.

VITA SANCTI MARCI per D. Hieronymum.

MArcus discipulus & interpres Petri, iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus, breue scripsit Euangelium. Quod cum Petrus audisset, probauit, & ecclesiæ legendum sua authoritate æditdit, sicut Clemens in sexto Hypotyposeon libro scribit. Et Papias Hierapolitanus episcopus meminit huius Marci, & Petrus in epistola prima, sub nomine Babylonis figuraliter Romam significans: Salutat uos quæ in Babylone cum electa, & Marcus filius meus. Assumpto itaque Euangelio, quod ipse confecerat, perrexit Aegyptū, & primus Alexādriæ Christum annuncians, constituit ecclesiā tantę doctrinæ & uitę continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Denique Philo disertissimus Iudæorum, uidens Alexandrię primam ecclesiam adhuc Iudaizantem, quasi in laudem gentis suæ, librum super eorum conuersatione scripsit: & quomodo Lucas narrat, Hierosolymæ credentes omnia habuisse communia, sic ille quod Alexandriæ sub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus est autem 8. Neronis anno, & sepultus Alexandriæ, succedente sibi Aniano.

cundum Marcum.

CAPVT I.



Nitium Euangelij Iesu Chri sti filij dei, sicut scriptum est in prophetis: † Ecce ego mit to nuncium meum ante fa- Marc.11. ciem tuam, qui præparabit Luc.7. uiam tuam ante te. * Vox cla *Esa. 40 mantis in deserto: Parate uiam domini, re- Matt.3. ctas facite semitas eius. Baptizabat Ioan- Luc.3. nes in deserto prædicans baptismum pœni- Ioan.1. tentiæ in remissionem peccatorum. † Et e- † Mat.3. grediebantur ad eum tota Iudæa regio ac Hierosolymitæ, & baptizabantur omnes ab illo in Iordane flumine, confitentes pec- cata sua. Erat autem Ioannes uestitus pi- lis cameli, & zona pellicea circa lumbos suos, uescebaturq; locustis ac melle sylue- stri, & prædicabat, dicens: † Venit is qui 1. 3. 1. fortior est me, post me, cuius non sum ido- M. L. Io. neus, ut procumbens soluam corrigiam cal 3. 3. ceamentorū. † Ego quidem baptizaui uos Mat Lu. aqua, ille uero baptizabit uos spiritu san- 3. 3. 1. cto. † Et factū est in diebus illis, uenit Iesus Ma. L. I. à Nazareth Galilææ, & baptizatus est à Ioanne in Iordane. Et statim cum ascēderet ex aqua, uidit diffindi cœlos, & spiritum quasi columbā descendentem super illum. Et uox facta est de cœlis: † Tu es ille filius Luc.3. meus dilectus, in quo mihi bene complaci-

Matt. 4. tum est. † Et continuo spiritus illum expel
Luc 4. lit in desertum, & erat illic in deserto dies
quadraginta, & tentabatur à satana, eratq;
Ibidem. cum feris, †& angeli ministrabant illi. Post
quam autem comprehensus esset Ioannes,
Mat 3.4. uenit Iesus in Galilæam, †prædicans Euan
Act. 3. gelium regni dei, & dicens: Impletum est
tempus, instatq; regnum dei, resipiscite &
credite Euangelio. Cum ambularet autem
iuxta mare Galilææ, uidit Simonem & An
dream fratrem eius, iacientes retia in mare,
4. 5. erant enim piscatores, & dixit eis Iesus:
Mat. Lu. †Sequamini me, & faciam ut efficiamini
piscatores hominum. Ac protinus relictis
Mar. 4. retibus suis, sequuti sunt eũ. † Et progres-
sus illinc pusillum, uidit Iacobũ filium Ze
bedæi, & Ioannem fratrem eius, qui & ipsi
in naui reconcinnabant retia, statimq; uo-
cauit illos. Et illi relicto patre suo Zebe-
4. 2. dæo in naui cum mercenarijs, sequuti sunt
Mat. 10. eum. †Et ingrediuntur Capernaum, & sta-
tim sabbatis ingressus in synagogam do-
Matt. 7. cebat. † Et stupebant super doctrina eius.
Lu. 2. 4. Erat enim docens eos tanquam authoritate
Luc. 4. præditus, & non sicut scribæ. * Et erat in
synagoga eorum homo obnoxius spiritui
immundo, & exclamauit, dicens: Ah, quid
rei nobis tecum est Iesu Mazarene? Venisti
ad perdendũ nos? Noui te qui sis, nimirum
ille sanctus dei. Et increpauit illum Iesus,
dicens:

dicens: Obmutesce, & exi ab homine. Et cum discerpsisset eum spiritus immundus, exclamasset{que} uoce magna, exit ab eo. Et obstupuerunt omnes, ita ut conquirerẽt inter se, dicentes: Quid est hoc? Quæ doctrina noua hæc? quia cum authoritate etiam spiritibus immũdis imperat, & obediũt ei? Emanauit autẽ fama eius statim in totam undique regionem Galilææ finitimã. † Et protinus Matt. 8.
è synagoga egressi, uenerunt in domum Si- Luc. 4.
monis & Andreæ, cũ Iacobo & Ioanne. Socrus autẽ Simonis decũbebat febricitans, & continuo dicunt ei de illa. Et accedens erexit eam apprehensa manu eius, & reliquit eam febris ilico, ac ministrabat eis. †
Vesperi uero cum occidisset sol, afferebant Ibidem.
ad eum omnes male habentes, & qui à dæmonijs agitabantur. Et ciuitas tota congregata erat ad ostium, & sanauit multos, qui ægrotabant uarijs morbis, † & dæmonia Marc. 3.
multa eijciebat, & non sinebat loqui dæmonia quòd ipsum nossent. † Et mane multa Luc. 5.
adhuc nocte cum surrexisset, egressus est, & abijt Iesus in desertũ locũ, ibi{que} orabat, & prosequutus est eum Simon, & qui cũ illo erãt: & cũ inuenissent eũ, dicunt ei: Omnes te quærũt. Et ait illis: Eamus in proximos uicos, ut & ibi prędicem, in hoc enim egressus sum. Et prędicabat in synagogis eorum in tota Galilæa, & dæmonia eijciebat.

Matt. 8. † Et uenit ad eum leproſus, deprecãs eum,
Luc. 5. eiq; ad genua accidens, ac dicens illi: Si
uis potes me mundare. Ieſus autẽ miſertus,
protenſa manu tetigit illum, & dicit ei: Vo
lo, mundus eſto. Et cum dixiſſet, ſtatim di-
ſceſſit ab eo lepra, & mundatus eſt: & com
Ibidem. minatus ei, ſtatim emiſit illũ, dicitq; ei: † Vi
de ne cui quicquam dicas, ſed abi, teipſum
oſtende ſacerdoti, & offer pro emũdatione
tui, quæ præcepit Moſes in teſtimonium il
Leuit. 14 lis. † At ille egreſſus cœpit prædicare mul
Luc. 5. ta, & diuulgare ſermonem, ita ut iam non
poſſet Ieſus manifeſte introire in ciuitatem,
ſed foris in deſertis locis erat, & ueniebãt
ad eum undiq;.

CAPVT II.

Mat. 9. † Et iterum intrauit Capernaũ poſt dies
Luc. 5. aliquot, & auditum eſt quod in domo
Ioan. 5. eſſet, & protinus congregati ſunt multi, a-
deo ut iam non caperent eos, nec illa loca
quæ erant circa ianuam, & loquebatur eis
ſermonem. Et ueniunt ad eum ferentes pa-
Luc. 5. ralyticum, qui à quatuor portabatur: † &
cum non poſſent appropinquare illi præ
turba, nudauerunt tectum ædium in qui-
bus erat, perfoſſoq; tecto, funibus demit-
tunt grabbatũ, in quo paralyticus decum-
Mat. 9. bebat. † Cum autem uidiſſet Ieſus fidem il-
lorum, ait paralytico: Fili, remittuntur tibi
peccata tua. Erant autem illic quidam de
ſcribis

scribis sedentes, & cogitantes in cordibus
suis: Quid hic sic loquitur blasphemias?
* Quis potest remittere peccata, nisi solus Lucæ 5.
deus? Et protinus ubi cognouisset Iesus spi-
ritu suo, quod sic cogitarent intra sese, di-
cit illis: Quid ista cogitatis in cordibus ue-
stris? Vtrum est facilius dicere paralytico,
Remittantur tibi peccata: an dicere, * Sur- Ioan. 5.
ge & tolle grabbatū tuum, & ambula? Vt
autē sciatis q filius hominis habet potesta-
tem in terra remittendi peccata, ait paraly-
tico: Tibi dico, surge, ac tolle grabbatum
tuum, & abi in domum tuam. Et statim sur-
rexit, sublatoq grabbato, egressus est in cō
spectu omnium, adeo ut stupescerent om-
nes, & glorificarent deum, dicentes: Nun-
quam sic uidimus. Et egressus est rursum
ad mare, omnisq turba ueniebat ad eum, 9. 5.
ac docebat eos. * Et cum præteriret Iesus, Mar. Lu.
uidit Leui Alphæi filium, sedentem ad te-
loneum, et ait illi: Sequere me: isq surgēs,
secutus est eum. * Et factum est cum ac- Matt. 9.
cumberet in domo illius, multi etiam publi- Lu. 5. 19.
cani & peccatores simul discūbebant cum
Iesu & discipuli eius: erāt enim multi qui
secuti fuerant eum. Et scribæ ac pharisęi
cum uidissent eum captentem cibum cum
publicanis & peccatoribus, dicebant di-
scipulis eius: Quid est quod cum publica-
nis & peccatoribus edit ac bibit? Hoc au-

9. 5. Mat.Lu. Ibidem. 1. Tim.1. dito, Iesus ait illis: †Non opus habent qui ualent medico, sed qui male habẽt. ⋆ Non ueni ad uocandũ iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Et discipuli Ioannis ac pharisæorum ieiunabant, ueniuntq; & dicunt illi: Quare discipuli Ioannis & pharisæorũ ieiunant, tui autem discipuli non ieiunant? Et ait illis Iesus: Num possunt filij thalami nuptialis, in quo cum illis sponsus est ieiunare? Quandiu habent secum sponsum, nõ possunt ieiunare. Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Et nemo assumentum panni rudis adiuit uestimento ueteri, alioquin aufert supplemẽtum eius nouum à ueteri, & peior scissura fit Et nemo mittit uinum mustum in utres ueteres, alioqui disrumpit uinum mustum utres, & uinũ effun-

12. 6. Mat.Lu. ditur, & utres pereunt, sed uinum mustũ in utres nouos mitti debet. † Et accidit ut trã siret sabbatis per segetes, & cœperunt discipuli eius inter uiã uellere spicas, & pharisæi dicebant ei: Ecce cur faciunt sabbatis

1.Re 21. quod nõ licet? Et ipse ait illis: † Nunq; legistis quid fecerit Dauid cum opus haberet, & esuriet ipse & qui cum eo erãt? quo modo ingressus sit in domum dei sub Abiathar principe sacerdotũ, & panes propositionis comederit, quos non licet edere nisi sacerdotibus; & dederit etiã ijs qui secum erant?

erant? Et dicebat illis: Sabbatū propter ho
minem factum est, non homo propter sabba 12. 6.
tum. † Itaq; dñs est filius hominis etiã sab- Mar. Lu.
bati.

CAPVT III.

1. ET introiuit iterum in synagogam, & e-
rat ibi homo arefactam habens manum:
& obseruabant eum, an sabbatis sanaturus
esset eum, ut accusarent illum. Et ait homi-
ni habenti manum arefactam: Surge in me- 12. 6.
dium, & dicit illis: † Vtrum licet sabbatis Mat. Lu.
benefacere, aut malefacere? animam serua-
re, an occidere? At illi tacebant. Et cum cir
cumspexisset eos cum iracundia, condole-
scens super cæcitate cordis eorum, dicit ho
mini: Extende manum tuam. Et extendit,
& restituta est manus illius sana, ut altera.
† Egressi uero pharisæi, statim unà cum He- Matt. 12.
rodianis consilium inibant aduersus eum, Ioan. 10.
ut illum perderẽt. Iesus autem cum discipu 4. 4. 6.
lis suis secessit ad mare, * & ingens multitu Mat. L. 1.
do à Galilæa sequuta est eum, & ab Iudęa,
& ab Hierosolymis, & ab Idumæa, & trãs
Iordanem, & qui circa Tyrum habitabant
ac Sidonem, hominum multitudo magna,
qui cum audissent quæ faciebat, uenerunt
ad eum. Et iussit Iesus discipulis suis, ut na
uicula sibi deseruiret propter turbam, ne i-
psum premerent. Multos enim sanauerat,
ita ut irruerent in eum, quo illum tangerẽt,
quotquot affligebantur. † Et spiritus im- Luc. 34.

mundi cum illum uidissent, procidebant ei,
& clamabant, dicentes: Tu es filius dei, &
20. 9. uehementer interminabatur eis, ne se mani-
Mar. Lu. festum facerēt. * Et ascendit in montem, ac
uocat ad se quos uoluit ipse, & uenerunt
ad eum. Et fecit duodecim, ut essent secum,
& ut emitteret eos ad prædicandum, utq;
haberent potestatem sanandi morbos, eij-
Mar. 10. ciendiq; dæmonia * Et imposuit Simoni
Luc. 6. nomen Petrus: & Iacobum filium Zebe-
Act. 1. dæi, & Ioannem fratrem Iacobi, & impo-
suit eis nomina Boanerges, quod est, filij
tonitrui: & Andream, & Philippū, & Bar-
tholomæum, & Matthæum, & Thomam,
& Iacobum Alphæi filiū: & Thaddæum,
& Simonem Cananæum, & Iudā Iscario-
tem, qui & prodidit illū. Et ueniunt in do-
mum, & conuenit iterū turba, sic ut non li-
ceret illis uel panes edere: et cum audissent
qui ad illum attinebant, exierunt ut manus
12. 11. iniscerent in eum. Dicebant enim: In furorē
Mar. Lu. uersus est. * Et scribæ qui ab Hierosoly-
mis descenderant, dicebant, Beelzebul ha-
bet, & per principem dæmoniorū eijcit dæ-
Ibidem. monia. * Et ad se uocatis eis, in parabolis
dicebat illis: Quomodo potest satanas sata-
nam eijcere? Et si regnum aduersus sese di-
uisum fuerit, non potest stare regnum illud:
& si domus contra semetipsam diuisa fue-
rit, nō potest stare domus illa: & si satanas

insur-

insurrexit aduersus semetipsum ac diuisus
est, non potest stare, sed finem habet. Nō po
test quisquam uasa fortis, ingressus in do-
mum illius, diripere, nisi prius fortem alli- 12. 12.
garit, & tunc domū eius diripiet. † Amen Mat. Lu.
dico uobis: Omnia remittentur filijs homi
num peccata & cōuicia, quibuscunq; con
uiciati fuerint: At qui conuitium dixerit
in spiritum sanctum, nō habet remissionem
in æternum, sed obnoxius est æterno iudi-
cio. Dicebant enim: Spiritum immundum 12. 8.
habet. † Et ueniunt mater eius & fratres, Mat. Lu.
& foris stantes, miserunt ad eum qui euo-
carent eum, & sedebat turba circa eum, di
cunt́q; ei: Ecce mater tua & fratres tui fo-
ris quærunt te. Et respōdit eis, dicēs: Quæ
est mater mea & fratres mei? Et cum cir-
cumspexisset in circuitu circum se discipu-
los sedentes, ait: Ecce mater mea & fratres
mei: Qui enim fecerit uoluntatē dei, hic fra-
ter meus, & soror mea, & mater est.

CAPVT IIII.

E† Titerum cœpit docere iuxta mare, Lucæ 5.
& congregata est ad eum turba multa,
ita ut nauim ingressus sederet in mari, & to
ta turba iuxta mare in terra erat, & doce-
bat eos per parabolas multa, & dicebat il- 13. 8.
lis in doctrina sua: Audite: † Ecce exibat Mat. Lu.
seminator ad seminandum, & accidit inter
seminandum: aliud quidem cecidit secus

uiam, ueneruntq; uolucres cœli, & comederunt illud. Aliud uero cecidit super petrosa, ubi non habuit terrã multã, & statim exortum est, quod nõ haberet altitudinem terræ: sole autem exorto, æstu affectum est, & eo quod non haberet radicem, exaruit. Et aliud cecidit in spinas, & succreuerunt spinæ, ac suffocauerunt illud, & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum emergentem atque crescentem, & afferebat unum triginta, & unum sexaginta, & unum centum, ac dicebat illis: Qui habet aures ad audiendum, audiat. Cum autẽ cœpisset esse solus interrogauerunt eum hi, qui circum illum erant cũ duodecim, de parabola, & dicebat eis:

13. 8. 12. Vobis datum est nosse mysteriũ regni dei:
M.L.Io. † illis autem qui foris sunt, per parabolas
Act. 28. omnia fiunt, ut uidentes uideant, & non
Esaiæ 6. cernant, & audientes audiant, & non in-
13. 8. telligant, ne quando cõuertantur, & remit
Mat, Lu. tantur eis peccata. * Et ait illis: Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis? Seminator ille sermonem seminat. Isti uero sunt, quorum alij iuxta uiam dicuntur, ubi seminatur sermo, & cum audierint, confestim uenit satanas, & aufert sermonem, qui seminatus est in cordibus Et alij sunt similiter, qui in petrosa semen excipiunt, qui cum audierint

rint sermonẽ, statim cum gaudio accipiunt illum, & non habent radicem in se, sed tem porarij sunt, deinde coorta afflictione aut persequutione propter sermonẽ, confestim offenduntur. Et alij sunt qui in spinas semen excipiunt. Hi sunt qui sermonem audiunt, & solicitudines sæculi huius, ac decep tio diuitiarum, cæterarumq; rerum cupiditates introeuntes, suffocãt sermonem, ac redditur infructifer. Et alij sunt qui in terram bonã semen exceperunt, qui audiũt sermonem & suscipiunt, & fructificant, ita ut aliud granũ adferat triginta, aliud sexagin ta, aliud centũ. †Et dicebat illis: Nũ lucer na incenditur ut subter modium ponatur, aut subter lectũ? Nónne ut super cãdelabrũ ponatur? *Non est enim quicq; occultum, quod non manifestetur: neq; fuit secretum, sed ut in propatulũ ueniat. Si quis habet aures ad audiendum, audiat. Et dicebat illis: Videte quid audiatis, †Qua mensura meti mini, alij metiẽtur uobis, & adijcietur uobis qui auditis. † Qui enim habet, dabitur illi, & qui nõ habet, etiã quod habet aufere tur ab eo. Et dicebat: Sic est regnũ dei, quẽ admodũ si homo iaciat sementem in terram ac dormiat, atq; illud exurgat nocte ac die: seges q; germinet, ac surgat in altum, dum nescit. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum fru-

Matth. 5. Luc. 8. 11. 10. 8. Mat. Lu. 7. 6. Mat. Lu. Matt. 13. 25. Lu. 8. & 19.

mentum in spica: cum autẽ productus fue-
13. 13. rit fructus, statim mittit falcem, quoniam
Mat. Lu. adest messis. Et dicebat: † Cui assimilabi-
mus regnum dei? aut qua collatione confe
remus illud? Est sicut granũ sinapis, quod
cum seminatũ fuerit in terra, minus est om-
nibus seminibus, quæ sunt in terra, & cum
seminatũ fuerit, exurgit, & fit maius omni-
bus oleribus, & facit ramos magnos, ita
ut possint sub umbra eius aues cœli nidifi-
Matt. 13. care. * Et talibus multis parabolis loque-
batur eis sermonẽ, prout poterãt audire, si-
ne parabola uero nõ loquebatur eis: seor-
sim autẽ discipulis suis exponebat omnia.
Lucæ 8. * Et ait illis in die illo cum facta esset ue-
spera: Transeamus in ulteriorẽ ripã. Et di-
missa turba assumunt eum, ita ut erat in na-
ui, sed & aliæ nauiculæ erant cum illo. Et
oritur procella uenti magna, & fluctus ir-
ruebant in nauim, ita ut illa iam implere-
tur. Et erat ipse in puppi sup ceruical dor-
miens, & excitãt eum, dicuntq; illi: Præce-
ptor, nõ est tibi curæ q̃d perimus? Et exci-
tatus increpauit uentũ, dixitq; mari: Tace,
obmutesce. Et cõquieuit uentus, factaq; est
tranquillitas magna. Et ait illis: Quid timi
Matt. 8. di estis adeo? † Qui fit ut nõ habeatis fidu-
ciã? Et timuerũt timore magno, dicebantq;
Lucæ 8. inter sese: * Quis nam hic est, quia & uen-
tus & mare obediunt ei?

CA-

CAPVT V.

ET uenerunt traiecto mari in regionem Gadarenorum, egressoq; ei de naui, statim occurrit è monumentis homo spiritui obnoxius immundo, qui domicilium habebat in monumẽtis. Et neque catenis quisquam poterat eum ligare, propterea quod cum sæpe compedibus & catenis uinctus fuisset, discerptæ essent ab illo catenæ, & compedes essent comminutæ, neque quisquam ualuisset eum domare. Et semper die ac nocte in montibus & in monumentis erat clamans, & concidens seipsum lapidibus. Cum uidisset autem Iesum eminus, cucurrit & adorauit eum, & clamans uoce magna, dixit: Quid mihi tecũ est Iesu fili dei altissimi? adiuro te per deum ne me torqueas. Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine. Et interrogabat eum: Quod tibi nomen est? Et respõdit, dicens ei: Legio mihi nomen est, quia multi sumus. *Et deprecabatur eum multum, ne se emitteret extra regionem. Erat autem ibi iuxta montes grex porcorum magnus pascens: & deprecabantur eum omnes dæmones, dicentes: Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. Et permisit eis statim Iesus, & egressi spiritus immũdi, ingressi sunt in porcos. Et ferebatur grex per præceps in mare. Erãt autem fermè bis mille, & suffocati

Lucæ 8.

Ibidem.

Ibidem. sunt in mari. †Porrò qui pascebãt porcos, fugerunt, & renunciauerunt in ciuitatem & in agros. Et egressi sunt ad uidendum quid esset quod acciderat, & ueniunt ad Iesum, & uident illum qui à dæmonio uexabatur, sedentem ac uestitum, & sanæ mentis qui habuerat legionem, & timuerunt. Et narrauerunt illis qui uiderant, qualiter accidisset ei qui dæmonium habuerat: & de porcis. Et rogare cœperunt eum, ut discederet de finibus ipsorum. Et cum ingressus esset nauim, rogabat illũ qui fuerat à dæ-

Lucæ 8. monio correptus, ut esset cum illo. †Iesus autem non permisit eum, sed ait illi: Abi in domum tuam ad tuos, & annuncia illis quanta tibi dominus fecerit, & misertus sit tui. Et abijt, & cœpit prædicare in decapoli, quanta sibi fecisset Iesus, & omnes mira-

Matth. 9. bantur. † Et cum traiecisset Iesus nauí rursus in ulteriorem ripam, cõuenit turba multa ad eum, & erat circa mare. Et ecce uenit quidam principum synagogæ, nomine Iairus, & cum uidisset eum, procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multum, dicens: Filiola mea in extremis est, oro ut uenias, & imponas illi manus, ut salua sit, & uiuet. Et abijt cum illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum. Et mulier quædam, quæ fuerat obnoxia profluuio sanguinis annos duodecim,

fuerat&q

fueratq; multa perpessa à cõpluribus medicis, & insumpserat omnia sua, neq; quicquam adiumenti senserat, sed magis in deterius uenerat: cum audisset de Iesu, uenit in turba à tergo, & tetigit uestimentum eius, dicebat enim: Si uel uestimenta eius tetigero, salua ero. Et cõfestim siccatus est fons sanguinis eius, & sensit corpore quòd sanata esset ab eo flagello. Et statim Iesus in semetipso cognoscẽs uirtutem ex sese prodisse, cõuersus in turba aiebat: Quis tetigit uestimenta mea? Et dicebant ei discipuli ipsius: Vides turbam undiq; premẽtem te, & dicis: Quis me tetigit? Et circumspiciebat, ut uideret eam quæ hoc fecerat. Mulier uero timens & tremens, sciens quod factum esset in se, uenit & accidit ei, dixitq; ei omnem ueritatem. Ille autem dixit ei: †Filia, fides tua te seruauit, uade cum pace, & esto sana à flagello tuo. Adhuc eo loquente, ueniunt à principe synagogæ qui dicerent: Filia tua mortua est, quid ultra uexas magistrum? Iesus autẽ protinus audito sermone qui dicebatur, ait principi synagogæ: Ne metuas, tantummodo crede. Et non permisit ut quisquam se sequeretur, præter Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi. † Et uenit in domum principis synagogæ, uidetq; tumultum ac flentes & eiulantes multum, & in-

Lucæ 7.

9. 8. Mat, Lu.

gressus, ait illis: Quid tumultuamini & plo-
Ibidem. ratis? * Puella non est mortua, sed dormit. Et irridebant eum. Ipse uero electis omnibus, assumit patrē & matrē puellæ, & eos qui cum ipso erant: & ingreditur eò, ubi puella erat iacēs, & apprehensa manu puellæ, ait illi: Talitha, cumi: quod est, si quis interpretetur: Puella, tibi dico, surge. Et confestim surrexit puella, & ambulabat. Erat enim annorum duodecim. Et obstupuerunt stupore magno. Et præcepit illis uehementer ne quisquam id sciret: & iussit ut daretur illi quod ederet.

CAPVT VI.

13. 14. Mat. Lu. Et * egressus est illinc, uenitq; in patriā suam, & sequuntur eum discipuli sui. Cumq; adesset sabbatum, cœpit in synagoga docere: multiq; audientes obstupuerūt, dicētes: Vnde huic hæc? & quæ est sapien-
13. 4. 6. M. L. Io. tia quę data est illi? & uirtutes tales per manus eius efficiuntur? * Nónne hic est faber ille, filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioſe, & Iuda, & Simonis? Nónne & sorores eius hic nobiscum sunt? Et offendebantur
Mat. Lu. per eum. * Dicebat autem illis Iesus: Non
Ibidem et est propheta cōtemptus, nisi in patria sua,
Ioan. 4. & inter cognatos, & in familia sua. Et non poterat ibi uirtutē ullam ædere, nisi quod paucos infirmos, impositis manibus, sanauit, ac mirabatur propter incredulitatem eorum:

eorum: * & obambulabat per uicos undi- 9. 13.
que circumiacentes docẽs. Et accersit duo Mat. Lu.
decim, cœpitq; eos emittere binos, ac da-
bat illis potestatem aduersus spiritus im-
mundos. * Et præcepit illis, ne quid tolle- Matt. 10.
rent in uiam nisi uirgam tantum: nõ peram, Lu. 9. 10
non panem, non in zona æs, sed calcearen-
tur sandaliis, & ne induerentur binis tuni-
cis. * Et dicebat eis: Vbicũq; introieritis 10. 10.
in domum, illic manete donec exeatis il- Mat. Lu.
linc. * Et quicunq; nõ receperint uos, neq; 11. 9.
audierint uos, exeuntes illinc, excutite pul Mat. Lu.
uerem qui est sub pedibus uestris, in testi-
monium illis. * Amen dico uobis, tolerabi 10 10.
lius erit Sodomis aut Gomorrhis in die iu Mat. Lu.
dicij, quàm ciuitati illi. * Et egressi prædi- 10 9.
cabant ut resipiscerent: et dæmonia multa Mat. Lu.
eijciebant, & ungebant oleo multos ægros 14. 9.
& sanabant. * Et audiuit rex Herodes (in- Mat. Lu.
notuerat enim nomen eius) dicebatq; : Io-
annes ille qui baptizabat resurrexit è mor-
tuis, & propterea uirtutes agũt in illo. Alij
dicebãt, Helias est: alij uero dicebant, Pro-
pheta est, uel tanquam unus ex prophetis.
Cum audisset autem Herodes, ait: Cui ego
præcidi caput, Ioannes iste est, ipse surre- 14. 3.
xit à mortuis. * Nam ipse Herodes missis Mat. Lu.
satellitibus manus iniecerat in Ioannem,
& uinxerat eum in carcere propter Hero-
diadem uxorem Philippi fratris sui, quia

duxerat eam uxorẽ. Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, uolebatq; occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuebat Ioannem, sciens eum uirum iustum ac sanctum, & obseruabat eum, auditoq; eo multa faciebat: & libenter eum
Matt. 14. audiebat. † Et cum dies opportunus accidisset, cũ Herodes in natalitijs suis cœnam faceret primatibus ac tribunis & primoribus Galilææ: cumq; introisset filia ipsius Herodiadis, ac saltasset, placuissetq; Herodi ac simul accumbentibus, rex ait puellæ: Pete à me quod uis, & dabo tibi. Et iurauit illi: Quicquid à me petieris, dabo tibi, usq; ad dimidium regni mei. At illa egressa dixit matri suæ, Quid petam? Illa uero dixit: Caput Ioannis Baptistæ. Et ingressa statim cum festinatione ad regem, petiuit, dicens: Volo ut protinus des mihi in lance caput Ioannis Baptistæ. Et dolore affectus rex, propter iusiurandũ, eosq; qui simul accumbebãt, noluit eam reijcere. Et cõfestim rex misso speculatore iussit inferri caput eius. At ille abijt, ac decollauit eũ in carcere, & attulit caput eius in lance, & dedit illud puellæ, & puella dedit illud matri suæ. Quo audito, discipuli eius uenerũt & sustulerũt cadauer eius, posueruntq; illud in mo
Luc. 9. numento. † Et congregantur apostoli ad Iesum,

sum, ac renunciauerunt ei omnia, & quæ 14.9.6.
egissent, quæq; docuissent. †Et ait illis: Ve M.L.10.
nite uos soli seorsim in desertũ locũ, & re-
quiescite pusillũ. Erant eñ qui uenirent &
abirẽt multi, ac ne cibũ quidẽ capere uaca-
bat. Et abijt in desertũ locũ nauigio seor-
sim. Et uiderũt eos abeũtes turbę, & agno-
uerũt eũ multi, & itinere pedestri ex omni
bus ciuitatibus cõcurrerũt illuc, & prę-
nerũt eos, conuenerũtq; ad illũ. †Et egres- Matt.9.
sus uidit turbam multã Iesus, & affectu mi-
sericordiæ tactus est erga eos, quia erãt ue
lut oues nõ habẽtes pastorẽ. Et cœpit illos 14.9.6.
docere multa. †Et cũ iam multũ diei præ- M.L.10.
teriisset, accesserũt ad illũ discipuli eius, di-
cẽtes: Desertus est locus, & iam multũ tem
poris effluxit, dimitte illos ut abeant in cir
cũiacentes uillas ac uicos, emantq; sibi pa
nes: nã q̃d edant non habent. At ille respon
dens, ait illis: Date illis uos q̃d edãt. Et di-
xerunt ei. Euntes emamus ducentis dena-
rijs panes, & demus illis q̃d edant? At ille
dicit eis: Quot panes habetis? ite et uidete.
Et cum coghouissent, dicũt: Quinq; & du
os pisces. Et præcepit illis ut accumbere fa
cerent omnes, distributis conuiuijs in uiri-
di gramine. Et discubuerunt diuisi in utri
daria centeni & quinquageni. Et cũ acce-
pisset quinq; panes ac duos pisces, sublatis
in cœlũ oculis, benedixit, ac fregit panes,

dedit q̃ discipulis suis, ut apponerent illis, & duos pisces diuisit omnibus. Et comederunt omnes, & saturati sunt, & sustulerunt fragmẽtorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus. Erant autẽ qui comederant
Matt. 14. circiter quinq; millia uirorum. * Et statim coegit discipulos suos conscendere nauim,
14. 5. 6. ut præcederent transmisso mari Bethsaidã,
Mat. Lu. dum ipse dimitteret turbã. * Et cum dimi-
Ioan. 6. sisset eos, abijt in montẽ ad orandum. † Et cũ uespera aduenisset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra, uiditq; eos laborantes in remigãdo. Erat enim uentus contrarius eis. Ac circa quartam uigiliam noctis uenit ad eos ambulans super mare, & uolebat præterire eos. At illi ut uiderunt eum ambulantẽ super mare, putauerunt spectrum esse, & exclamauerũt. Omnes enim uidebant eum, & cõturbati sunt. Et statim loquutus est cum eis, dixitq; eis: Cõfidite,
Matt. 14. ego sum, ne terreamini. * Et ascendit ad illos in nauim, & cõquieuit uentus, & uehementer supra modũ intra sese stupebant, & admirabantur. Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum. Et cum traiecissent uenerunt in terrã Genezaret, & applicuerunt in portum. Cumq; egressi essent de naui, continuo agnouerunt eum, ac percurrentes totã undiq; regionem illam, cœperunt in grabbatis eos, qui male habe-

habebant circunferre, cum audiſſent eum illic eſſe: & quocunq; introiſſet in uicos, aut in ciuitates, aut in uillas, in plateis ponebant infirmos, † & deprecabantur eum, ut uel fimbriam ueſtimẽti eius tangerẽt, & quotquot tangebant eum, ſalui fiebant. Ibidem.

CAPVT VII.

ET † conueniunt ad eum phariſæi, & qui dam de ſcribis qui uenerant Hieroſolymis, & cum uidiſſent quoſdã ex diſcipulis eius cõmunibus manibus, id eſt illotis, edere panes, incuſabãt. Nã phariſæi & omnes Iudæi, niſi crebro lauerint manus, non capiunt cibũ, tenẽtes inſtituta maiorũ: & à foro uenientes niſi loti fuerint, nõ comedunt. Et alia multa ſunt quę ſuſceperũt ſeruãda: nempe lotiones poculorũ, & urceorum, & æramentorũ, & lectorum. † Deinde interrogant eum phariſæi & ſcribæ: Quare diſcipuli tui non ambulãt iuxta ritum traditum à maioribus, ſed illotis manibus edunt panem? At ille reſpondens, dixit eis: Bene uaticinatus eſt Eſaias de uobis hypocritis, ſicut ſcriptum eſt: † Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorũ longe eſt à me. In uanum aũt me colũt, docentes doctrinas, præcepta hominũ. Nam omiſſo præcepto dei, tenetis conſtitutionem hominũ, ablutiones urceorum & poculorũ, aliaq; ſimilia his facitis multa. Et dicebat illis: Bene reijcitis Matt. 15. Ibidem. Eſa. 59.

præceptū dei, ut constitutionem uestram ser
Exo. 20. uetis. Moses enim dixit: † Honora patrem
Deut. 5. tuum & matrem tuam: * & qui maledixe-
*Leu. 20 rit patri uel matri, morte moriatur. Vos au-
tem dicitis: Si dixerit homo patri uel matri,
Corban, quod est, donum quodcunque ex
me, in tuum cedet commodum. Et præterea
non sinitis eum quicquam facere patri suo
aut matri suæ, & irritum facitis uerbum dei
per constitutionē uestram quam tradidistis.
Et similia huiusmodi multa facitis. Et cum
aduocasset ad se totā turbam, dicebat illis:
Audite me omnes & intelligite: Nihil est
extra hominē introiens in eum, quod possit
eum inquinare, sed quæ de homine proce-
dunt, illa sunt quæ inquinant hominem. Si
Matt. 15. quis habet aures ad audiendū, audiat. † Et
cum introisset in domum semotus à turba,
interrogabant eum discipuli eius de simili-
tudine. Et ait illis: Adeo & uos intelligētia
caretis? Nondū intelligitis, quòd omne fo-
ris introiens in hominem, non potest eum
inquinare, quia non intrat in eius cor, sed
in uentrem & in secessum exit, repurgans
omnes escas? Dicebat autem: Quod ab ho-
mine exit, illud inquinat hominē. Ab inte-
rioribus enim de corde hominū malæ cogi
tationes procedunt, adulteria, stupra, homi
cidia, furta, auaritiæ, fraudes, dolus, impu-
dicitia, malus oculus, cōuicia, superbia, stul-
titia,

titia. Omnia hæc mala ab internis procedunt, & inquinant hominem. Et inde surgens, abijt in confinia Tyri ac Sidonis, & ingressus domum neminem uoluit scire, nec potuit latere. † Mulier enim statim ut audi- Ibidem.
uit de eo, cuius filiola habebat spiritum immundum, uenit & accidit ad pedes eius. Erat enim mulier Græca Syrophœniſſa genere, & rogabat eum ut dæmoniũ eijceret de filia sua. Iesus autẽ dixit illi: Sine prius saturari filios. Non est enim honestum sumere panem filiorum, & proijcere catellis. At illa respondit, & dicit illi: Etiã domine, nam catelli quoq; comedunt sub mensa de micis filiorum. Et ait illi: Propter istum sermonem uade, exijt dæmonium à filia tua. Et cum abisset domum suam, reperit dæmonium exisse, & filiam iacentẽ super lectum.
†Et rursum egressus de finibus Tyri ac Si- Ibidem.
donis, uenit ad mare Galilææ per medios fines Decapolis, & adducũt ei surdum, impeditæq; linguæ, & deprecãtur eum, ut imponat illi manum. Et cum apprehendisset eum de turba seorsim, misit digitos suos in auriculas eius, & sputo emisso, tetigit linguam eius, ac suspiciens in cœlũ, ingemuit, & ait illi: Ephphatha, quod est aperire. Et statim apertæ sunt eius aures, & solutum est uinculum linguæ eius, ac loquebatur recte. † Ac præcepit illis ne cui dicerent. Mat. 9.

Sed quo magis ille eis præceperat, hoc po
tius amplius prædicabant, & supra modũ
Gen. 1. stupebãt, dicentes: Bene omnia fecit, & sur
Eccli 39. dos facit audire, & mutos loqui.

CAPVT VIII.

Mat. 15. IN diebus illis cum turba admodum mul
† ta esset, nec haberent quod manducarent,
accersitis ad se Iesus discipulis suis, ait il-
lis: Misericordia tangor erga turbam, quia
iam triduo manẽt apud me, nec habẽt quod
edant: & si dimisero eos ieiunos in domum
Esa. 60. suam, deficiẽt in uia. † Quidam enim ex eis
Tob. 31. ẽ longinquo uenerunt. Et responderunt ei
discipuli sui: Vnde istos quis poterit hic sa
tiare panibus in solitudine? Et interrogauit
eos: Quot panes habetis? Illi uero dixerũt:
Septem. Et præcepit turbæ discumbere su-
per terram. Et acceptis septem panibus,
cum gratias egisset, fregit, deditq; discipu-
lis suis ut apponerent: & apposuerunt tur-
bæ. Et habebant piscículos paucos, & cum
benedixisset, iussit apponi & hos. Comede
runt autem, & saturati sunt, ac sustulerunt
quæ superfuerant, fragmentorum septem
sportas. Erant autem qui comederãt fermẽ
quater mille. Et dimisit illos, & mox in-
16. 2. 6. gressus in nauim cum discipulis suis, uenit
Mat. 10. in partes Dalmanutha. † Et egressi sunt pha
risæi, cœperuntq; disputare cum illo, quæ-
rentes ab eo signum ẽ cœlo, tentantes eum.

Et

†Et cũ ingemuisset spiritu suo, dicit: Cur generatio hæc signum quærit? Amen dico uobis, si dabitur generationi huic signũ. Et relictis illis, ingressus rursus nauim, abijt traiecto lacu. Et obliti fuerant sumere panes, nec præter unũ panem habebãt secum in naui. †Ac præcepit illis, dicens: Videte, cauete à fermẽto pharisæorum, & à fermento Herodis. †Et disputabant inter sese, dicentes: Panes non habemus. Et eo cognito Iesus dicit illis: Quid disputatis quòd panes non habetis? Nondum animaduertitis nec intelligitis? †Adhuc obcæcatum habetis cor uestrũ? Oculos habentes, non cernitis: & aures habẽtes, non auditis, & nõ meministis? Cum quinque panes fregissem in hominũ quinq; millia, quot cophinos fragmentis plenos sustulistis? Dicunt ei: Duodecim. Cum autem septem in quatuor millia, quot sportas ex reliquijs fragmentorum tulistis? Illi uero dixerũt: Septem. Et dixit illis: Qui sit ut non intelligatis? †Et uenit Bethsaidam, & adducunt illi cæcũ, & obsecrant eum, ut illum tangeret. Et apprehẽsa manu cæci, eduxit illũ extra uicum, & cum expuisset in oculos illius, imposuissetq; illi manus, interrogauit eum, si quid uideret. Et recepto uisu, dicebat: Video homines, quoniam uelut arbores cerno ambulantes. Deinde rursum imposuit manus super

12.16.11. Mat. Lu. .16 12. Mat. Lu. Matt. 16. Psal. 113. Mat. 14. Luc. 9. Mar. 6. Ioan. 6.

oculos illius, & fecit ut uisum reciperet. Et restitutus est, ac denuo uidebat dilucide omnes. Et dimisit illum in domum suam, dicens: Neq; in uicum ingrediaris, neq; dixeris cuiquam in uico. † Et egressus est Iesus & discipuli illius in uicos Cæsareæ, quæ cognominatur Philippi, & in uia interrogauit discipulos suos, dicens illis: Quẽ me dicunt homines esse? Illi uero responderũt: Ioannem Baptistã, & alij Heliã, alij rursus unum de numero prophetarũ. Et ipse dicit illis: At uos quem me dicitis esse? † Respondens autẽ Petrus, dicit illi: Tu es ille Christus. Et interminatus est eis ne cui dicerent de se. † Et cœpit docere eos, q̃ oporteret filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, summisq; sacerdotibus ac scribis, & occidi, & post tres dies resurgere: & aperte sermonem loquebatur. * Et apprehendit illũ Petrus, cœpitq; increpare eum. At ille conuersus, & intuitus discipulos suos, increpauit Petrũ, dicens: Abi post me satana, quoniã nõ sapis q̃ dei sunt, sed quæ sunt hominũ. Et cũ ad se uocasset turbã unà cum discipulis suis, dixit illis: † Quicunq; uult sequi me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, ac sequatur me. * Nam quisquis uoluerit animã suã seruare, p̃det eam. Quisquis aũt perdiderit animam suam causa mea & Euãgelij, hic seruabit eam. Quid enim

16. 9. Mat. Lu.
16. 6. Mat. 16.
Matt. 16. & 17. 20. Luc. 9. Mar. 8. Matt. 16.
Ibidem. Lu. 9. 14. Luc. 9. Ioan. 12.

enim profuerit homini, si lucratus fuerit mũ
dum totum, & animæ suæ iacturam fecerit?
Aut quid daturus est homo, quo repẽset a-
nimam suam? † Quemcunq; enim puduerit Luc.9.
met ac meorũ sermonum in generatione hac
adultera & peccatrice, pudebit illius & fi
liũ hominis ubi uenerit in gloria patris sui
cum angelis sanctis. CAP. IX.

ET dicebat illis: Amen dico uobis: Sunt
quidam inter eos qui hic stant, qui non
gustabunt mortem, donec uiderint regnum 17. 9.
dei uenisse cum uirtute. † Ac post dies sex Mat. Lu.
assumit Iesus Petrũ & Iacobũ, et Ioannem,
& subducit eos in montem excelsum seor-
sum solos, & trãsformatus fuit coram illis,
& uestimẽta illius facta sunt splendida, can
dida ualde ueluti nix, quàm candida face-
re non potest fullo super terram. Et conspe-
ctus est illis Helias cum Mose, colloque-
banturq; cum Iesu. Et respondens Petrus,
dicit Iesu: Rabbi, bonum est nos hic esse,
& faciamus tabernacula tria, tibi unum, &
Mosi unum, & Heliæ unum. Non enim no-
uerat quid loqueretur: erant enim expaue-
facti. Et facta est nubes, quæ obumbrauit il
los. Et uenit uox è nube, dicens: † Hic est fi Mat.3.17
lius meus dilectus, ipsum audite. Et repen- Mar.1.
te cum circumspexissent, non amplius ui- Luc.3.9.
derunt quenquam, sed solum IESVM esse
secum. Porrò cum descenderent de monte,

præcepit illis, ne cui dicerent ea quæ uiderant, nisi cum filius hominis à mortuis resurrexisset. † Ac uerbum hoc tenuerunt apud sese, inter se disputantes, quid esset hoc q̃d dixerat, è mortuis resurgere: & interrogabant illum, dicentes: † Quid est quod scribæ dicunt, Heliam oportere uenire prius?

Luc. 9.

Mat. 17.

16. 17. 20 Matthæi.

Ille uero respondẽs, dixit illis: Helias quidem ubi uenerit prius, restituit omnia: † & quemadmodum scriptum est de filio hominis, ut multa patiatur, & contemnatur. Verum dico uobis Heliam uenisse, & fecerũt illi quæcunq; uoluerũt sicut scriptum erat de illo. † Et cum uenisset ad discipulos suos, uidit turbam multam circum illos, & scribas disputantes cum eis. Et protinus uniuersa turba cum uidisset eum, obstupuit, & accurrentes salutauerũt eum. Et interrogauit scribas: Quid disputatis inter uos? Et respondens unus è turba, dixit: Præceptor, adduxi filium meum ad te, habentem spiritũ mutum, & quandocunq; eum corripuerit, lacerat eum: atq; ille spumat, ac stridet dentibus suis, & arescit. Et dixit discipulis tuis ut eijcerent, & non potuerunt.

Mar. 8.

Luc. 18.

Matt. 17.

17. 9.

Mat. Lu.

Ibidem. At ille respondens ei, dicit: O natio incredula, quousq; apud uos ero? quousque patiar uos? Adducite illum ad me. Et adduxerunt illum ad eum. At uiso illo, cõtinuo spiritus discerpebat eum. Et prolapsus in ter-

ra

ra uoluebatur ſpumans, & interrogauit pa trem illius, quantũ temporis eſt, quòd hoc accidit ei? At ille dixit: A puero, & frequenter illum & in ignem abiecit, & in aquas, quo perderet eum. Age ſi quid potes, ſubueni nobis miſertus noſtri. Ieſus autẽ dixit ei: Illud ſi potes credere. Omnia poſſibilia credenti. Et confeſtim exclamans pater pueri cũ lachrymis, dixit: Credo domine, ſuccurre incredulitati meæ. Cum uidiſſet autem Ieſus quod turba ſimul accurreret, increpauit ſpiritũ immundum, dicens illi: Spiritus mute & ſurde, ego tibi impero, exi ab eo, & ne poſthac ingrediaris in illum. Et cum clamaſſet ſpiritus, multumq; diſcerpſiſſet eum, exiuit. Et factus eſt tanquã mortuus, adeo ut multi dicerent, Mortuus eſt. At Ieſus correpta manu illius, erexit eum, & ille ſurrexit. Et cum eſſet ingreſſus domum, diſcipuli illius interrogabãt eum ſeorſim: Cur nos nõ quiuimus eiicere illum? Et dixit illis: † Hoc genus nulla re poteſt exire, niſi per deprecationem & ieiunium. † Et illinc digreſſi, iter fecerunt per Galilæam, nec uolebat ut quiſquam ſciret: docebat enim diſcipulos, & dicebat illis: Filius hominis traditur in manus hominum, & occident eum, & occiſus tertio die reſurget. * At illi ignorabant quod dixerat, & timebant eum interrogare. Et ue-

Mat. 17. Ibidem. 16. 17. 20 Matthæi R. 8. 10. Luc. 17. 19. *Luc. 9.

nit Capernaum, & cum uenisset in domũ, interrogauit illos: Quid in itinere inter uos
Mat. 18. & 20. disputabatis? At illi siluerunt. † Nam inter se disputauerãt inter uiã quis esset maior. Et
Lu. 9. 22. Mar. 10. cum consedisset, accersiuit duodecim, & dicit illis: Si quis uult primus esse, is erit omnium postremus, & omniũ minister. Atq; arreptũ puerũ statuit in medio illorũ, & cũ
Matt. 18. Lu. 9. 10. Ioan. 13. Luc. 9. cepisset illũ in ulnas suas, dixit illis: † Quisquis unum ex talibus pueris receperit nomine meo, me recipit: & quicunq; me recipit, non me recipit, sed eum qui misit me. * Respondit autem ei Ioannes, dicens: Præceptor, uidimus quendam nomine tuo eijcere dęmonia, nec sequitur nos, et prohibuimus illum, propterea q; non sequitur nos. At Iesus ait: Ne prohibeatis illum. † Nullus ẽm
1. Cor. 12 est, qui si fecerit uirtutem per nomen meum, possit cito male loqui de me. Qui enim non
Mat. 10. est aduersus nos, pro nobis est. † Quisquis enim ad bibendum dederit uobis calicem aquæ nomine meo, q; Christi, amen di-
18. 17. co uobis, nequaq̃ perditurus est mercedem
Mat. Lu. suam. † Et quisquis offenderit unũ ex pusillis qui confidunt in me, melius foret illi, si
5. 18. circũdaretur saxum molare circa ceruicem
Matthæi. eius, & abijceretur in mare. † Et si tibi fuerit obstaculo manus tua, amputa illam. Bonum est tibi mutilum ad uitam ingredi, potius quàm duas manus habentem abire in gehen-

gehennã, in ignẽ inextinguibilẽ, ubi uermis illorũ nõ moritur, et ignis non extinguitur. Et si pes tuus fuerit tibi obstaculo, amputa illum. Bonũ est ut ingrediaris ad uitã claudus, potius q̃ duos pedes habens mittaris in gehennã, in ignem inextinguibilẽ, † ubi uermis illorũ non moritur, & ignis non extinguitur. Et si oculus tuus tibi obstaculo est, erue illum. Bonum est tibi ut luscus introeas in regnum dei, potius quàm ut duos oculos habens mittaris in gehennam ignis, ubi uermis eorũ non moritur, & ignis non extinguitur. Nã omnis homo igne salietur, & omnis uictima sale salietur. Bona res est sal, † cæterum si sal insulsus fuerit, per quid ipsum condietis? Habete in uobisipsis salẽ, & pacem habete inter uos inuicem.

Esa. 66. Ezec. 20. Mat. 5. Luc. 14.

CAPVT X.

ET † cum inde surrexisset, uenit in fines Iudææ per regionem quæ est ultra Iordanem, & conueniunt rursum turbæ ad illum, & sicut consueuerat, rursum docebat eas. Et adeuntes pharisæi, interrogabant illum: Licét ne uiro uxorem repudiare? tentantes illum. At ille respondens, dixit illis: Quid uobis præcepit Moses? At illi dixerunt: † Moses permisit libellum repudij scribere, ac dimittere. Et respondens Iesus, dixit illis: Ad duritiam cordis uestri scripsit uobis præceptum illud: cæterum ab

Matt. 19. Deut. 24. Mat. 3. & 19.

initio creationis masculum & fœminam fe-
Gene. 1. cit illos deus. † Propter hoc relinquet ho-
Ephe. 5. mo patrem suum & matrem, & adhærebit
1. Cor. 6. uxori suæ, & fient duo caro una. Itaq; non
iam sunt duo, sed una caro. Quod igitur de-
Mat. 5. us copulauit, homo non separet. † Et in do-
& 19. mo rursum discipuli illius eadem de re inter-
Luc. 16. rogauerunt illum. Et dicit illis: † Quicunq;
repudiauerit uxorẽ suam, & duxerit aliã,
adulterium committit aduersus illam. Et si
mulier repudiauerit uirum suum, & nupse-
Matt. 19. rit alteri, adulterium committit. † Et attule-
Luc. 18. runt ad illum pueros ut tangeret illos: disci-
puli uero increpabant eos qui adducebãt.
Cum uidisset autem Iesus, indignatus est,
Ibidem. & dixit illis: † Sinite pueros uenire ad me,
ne prohibete illos, talium est enim regnum
dei. Amen dico uobis: Quicunq; non acce-
perit regnum dei tanquam puer, haudqua-
quam ingredietur in illud. Et cum cepisset
illos in ulnas, impositis manibus super il-
Ibidem. los, benedixit eis. † Et cum exiret in uiam,
accurrit quidam, ac genua flexit illi, & in-
terrogabat eum: Præceptor bone quid fa-
ciam, ut uitam æternam possideam? Iesus
autem dixit illi: Cur me dicis bonum? Ne-
mo bonus, nisi unus, nempe deus. Præ-
Exo. 20. cepta nosti: † Ne committas adulterium:
ne occidas: ne fureris: ne falsum testimo-
nium dicas, ne fraudes: honora patrẽ tuum

&

& matrem. At ille respondẽs, dixit illi: Pręceptor, hæc omnia seruaui ab adolescentia 19. 18.
mea. † Iesus autem intuitus illum, dilexit Mat. Lu.
eum, & dixit illi: Vnum tibi deest, abi, quæcunq; habes uende, & da pauperibus, et habebis thesaurũ in cœlo, & ueni sequere me, Ibidem.
sublata in humeros cruce. At ille molestia affectus propter sermonem, discedebat mœrens, habebat enim possessiones multas. Et cum circumspexisset Iesus, dicit discipulis suis: Quàm difficulter hi qui pecunias habent, in regnũ dei intrabunt. Discipuli uero obstupuerunt super uerbis illius. At Iesus rursum respondens, dicit illis: Filij, quàm difficile est eos qui fiduciam habent in pecunijs, regnũ dei ingredi. Facilius est camelum per foramen acus ingredi, q̃ diuitem in regnum dei ingredi. Illi uero supra modum admirati sunt dicẽtes intra sese: Et quis potest esse saluus? Intuitus autem Iesus illos, dicit: Apud homines impossibile, sed non apud deũ: nam omnia possibilia sunt apud deum. † Et cœpit Petrus dicere illi: Ecce Ibidem.
nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Respondens autem Iesus, dixit: Amen dico uobis: † Nullus est qui reliquit domũ aut Ibidem.
fratres, aut sorores, aut patrẽ, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros mea causa et Euãgelij, quin recipiat centupla, nunc in tempore hoc, domus, & fratres, & soro-

res, & matres, & liberos, & agros cum per
19. 13. sequutionibus, ac in sæculo uenturo uitam
Mat. Lu. æternã. † Multi aũt primi, erunt postremi:
Mat. 16. & postremi, primi. * Erant aũt in uia ascen
17. & 20 dentes Hierosolymam: & prȩcedebat illos
Mar. 8. 9 Iesus, erantq; pauefacti, & sequentes time-
Luc. 17. bant. Et assumptis Iesus rursum duodecim,
& 18. cœpit illis dicere quæ sibi euentura essent:
Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius
hominis tradetur principibus sacerdotum,
& scribis, & condemnabunt eum ad mor-
tem, & tradent illum gentibus, & illudent
illi, & flagellabunt eum, & inspuent in il-
lum, & occident eum, et tertia die resurget.
Mat. 20. †Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes
filij Zebedæi, dicentes: Præceptor, uolu-
mus, ut quicquid petierimus, facias nobis.
Ille uero dixit eis: Quid me uultis facere uo
bis? Illi uero dixerũt ei: Da nobis, ut unus
tibi à dextris, & alter tibi à sinistris sedea-
mus in gloria tua. Iesus autem dixit illis:
Nescitis quid petatis, potestis bibere pocu
lum quod ego bibo? & baptismate quo ego
baptizor, baptizari? At illi dixerunt ei: Pos
sumus. Iesus autem dixit illis: Poculum qui
dem quod ego bibo, bibetis: & baptismate
quo ego baptizor baptizabimini: cæterum
sedere mihi à dextris ac sinistris, nõ est meũ
dare, sed ijs continget quibus paratum est.
Ibidem, †Et cum audissent decem, cœperunt indi-
gnarĩ

gnari de Iacobo & Ioanne. Iesus autẽ cum
uocasset eos ad se, dicit illis: † Scitis quòd Luc.22.
qui uidentur imperare gentibus, dominium Matt.20.
exercent aduersus illas. Et qui magnates
sunt inter eas, potestatem exercent in illas.
Verum non sic erit inter uos, sed quicunq;
uoluerit ex uobis fieri magnus inter uos, e-
rit minister uester. Et quicunq; uoluerit ex
uobis esse primus, erit omniũ seruus. Nam Ibidem.
& filius hominis non uenit ut sibi ministra- Ioan.10.
retur, sed ut ipse ministraret, ac daret animã & 15.
suã redemptionẽ p multis. Et ueniunt Hieri Matt.20.
cho: † cũq; egrederetur ab urbe Hiericho, Luc.18.
ac discipuli illius, & turba copiosa, filius
Timæi Bartimæus cæcus sedebat iuxta
uiam mendicans, & cum audisset quod Ie-
sus Nazarenus esset, cœpit clamare & dice
re: Fili Dauid Iesu, miserere mei. Et increpa
bant illũ multi ut taceret. At ille multo ma
gis clamabat: Fili Dauid, miserere mei. Et
stetit Iesus ac iussit illum uocari. Et uocant
cæcum, dicentes illi: Bono animo esto, sur-
ge, uocat te. Ille uero abiecto pallio suo, sur
rexit, & uenit ad Iesum. Et respondens, di-
cit illi Iesus: Quid uis faciam tibi? Cæcus
autẽ dixit ei: Rabboni, ut uisum recipiam.
Iesus autẽ dixit illi: † Abi, fides tua saluum Matt.20.
te reddidit. Ac protinus recepit uisum, &
sequebatur Iesum in uia.

CAPVT XI.

21. 19. Mat. Lu. ET cum appropinquant Hierosolymis ad Bethphage & Bethaniam iuxta montem oliuarū, emittit duos è discipulis suis, & dicit illis: Abite in uicum qui cōtra uos est, & statim ingredientes in illum inuenietis pullum alligatum, supra quem nullus hominum sedit, soluite eum & adducite. Et si quis uobis dixerit: Cur facitis hoc? dicite quod dominus eo opus habet, & continuo
Ibidem, illum mittet huc. †Abierunt autem, & inuenerunt pullum alligatum iuxta ianuam foris in biuio, & soluunt illum. Et nonnulli eorum qui illic stabant dicebant illis: Quid facitis soluentes pullum? At illi dixerunt eis quemadmodum præceperat Iesus, & sinebant illos. Et adduxerunt pullum ad Iesum, & iniecerunt illi uestimenta sua, se-
Ibidem. ditq; super illū. † Multi uero uestimēta sua sternebant in uiam. Alij uero frondes inci debant ex arboribus, & sternebāt in uiam. Et qui præcedebant, quiq; sequebantur cla
Ioan.12. mabāt, dicentes: Hos anna, benedictus qui uenit in nomine domini. Benedictum quod uenit regnum in nomine domini patris nostri Dauid, hos anna in altissimis. Et ingressus est Hierosolymam dominus & in templum. Et cum circumspexisset omnia, iamq; tempus esset uespertinum, egressus est Be-
Matt. 21. thaniā cum duodecim. Et postero die cum
Luc. 13. exissent Bethania, esurijt. † Cumq; uidisset

arbo

arborem fici procul habentem folia, uenie-
bat si uidelicet inuenturus esset aliquid in
illa. Et cum uenisset ad illam, nihil inuenit
nisi folia. Non enim erat tempus ficorum.
Et respondẽs Iesus, dixit ficui: Ne posthac
ex te in æternum quisquam fructum edat.
Et audiebãt discipuli illius, ueniunt & Hie 21.19.2.
rosolymam. †Et ingressus Iesus in templũ, Mar. L.I
cœpit eijcere eos qui uendebant & eme-
bant in templo, & mensas argentariorum,
& sellas uendentium columbas subuertit:
& non permisit ut quisquã deportaret uas
per templum, & docebat, dicens illis: Nón
ne scriptum est: †Domus mea domus pre- Esa.56.
cationis uocabitur omnibus gentibus? uos Hiere. 7.
autem fecistis eam speluncam latronum. Matt.21.
*Et audierunt scribæ principes & sacerdo Luc.19.
tum, & quærebant quomodo illum essent & 20. &
perdituri. Timebant enim eum, q̃d tota tur- 22.
ba admirabatur doctrinam illius. *Et cum Ioan.7. 8
uespera iam esset, egressus est Iesus è ciuita *Mat.21
te, & mane prætereuntes, uiderunt ficum
exaruisse radicitus: & recordatus Petrus,
dicit illi: Rabbi, ecce ficus illa quam exe-
cratus es, exaruit. Et respondens Iesus, di-
cit illis: Cõfidite deo. †Amen dico uobis, Matt.17.
quod quicunq; dixerit monti huic: Tolla- & 21.
ris ac mittaris in mare: & non hæsitauerit Luc.17.
in corde suo, sed crediderit fore quæ dixe-
rit, erit illi quicquid dixerit. * Propterea

Matt. 21. dico uobis, quæcunq; orantes petitis, cre-
Io. 14. 16 dite quod accipitis, & erunt uobis. *Et cũ
Matt. 6. steteritis orantes, remittite si quid habetis
& 18. aduersus aliquem, ut & pater uester qui in
Luc. 17. cœlis est remittat uobis delicta uestra.
Et ueniunt rursum Hierosolymam, & cum
ambularet in templo, ueniunt ad illum prin
21. 20. cipes sacerdotum & scribæ & seniores,
Mat. Lu. & dicunt illi: † Qua autoritate hæc fa-
cis? & quis tibi dedit autoritatem istam, ut
ista facias? Iesus autem respondens, dixit il
lis: Quæram à uobis & ipse quiddam, &
respondete mihi, & dicã uobis qua autori-
tate hæc faciam. Baptismus Ioannis utrum
è cœlo erat, an ex hominibus? Respondete
mihi. Et cogitabant apud se, dicentes: Si di
xerimus è cœlo, dicet: Cur igitur non cre-
didistis illi? At si dixissent ex hominibus,
timebant populum. Omnes enim habebant
Ioannem quod uere propheta fuisset. Et re-
spondentes, dicunt Iesu: Nescimus. Et Ie-
sus respondens, dicit illis: Nec ego dicam
uobis qua authoritate hæc faciam.

CAPVT XII.

Matt. 21
Luc. 20.
Esa. 5. † ET cœpit illis per parabolas loqui. Vi-
neam plantauit homo, & circũdederat
sepem, & foderat lacum, & ædificauerat
turrim, & elocauerat eam agricolis, & pe-
regre profectus est, & misit ad agricolas,

cum opportunũ esset, seruum, ut ab agricolis acciperet de fructu uineæ. At illi arreptum illum cæciderũt, ac remiserũt uacuũ. Et rursum misit ad illos alium seruũ, & illi coniectis in eum saxis cõminuerunt illi caput, & remiserunt cõtumelijs affectum. Et rursum alium misit, & illum occiderunt multosq; alios: hos quidem cædẽtes, illos uero occidentes. Itaq; cum unum adhuc haberet filium suum dilectum, misit etiam illum ad illos postremũ, dicens: Reuerebuntur filiũ meum. Illi uero agricolæ dicebant inter sese: Hic est hæres, uenite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Et arreptum illum occiderunt, & eiecerunt è uinea. Quid igitur facturus est dominus uineæ? ueniet & perdet agricolas, & dabit uineã alijs. An ne hanc quidẽ scripturã legistis? *Lapidẽ quem reprobauerũt hi qui ædificabant, hic factus est caput anguli: à domino factũ est hoc, & est admirabile in oculis nostris. *Et quærebant eum cõprehendere, et metuebãt turbã, sciebãt enim quod aduersus ipsos parabolã dixisset. Et relicto illo abierũt, *ac mittũt ad illum quosdam è pharisæis & Herodianis, ut eum captarent sermone. Illi uero cum uenissent, dicũt ei: Præceptor, scimus quod uerax es, & non curas quenquam: non enim respicis personam hominum, sed cum ueritate uiam

Psal. 117. Act. 4. 12. 20. Mat Lu. 22. 20. Mat Lu.

dei doces. Licet censum Cæsari dare, an non? demus, an nõ demus? Ille uero sciens illorum simulationem, dixit illis: Quid me tentatis? Afferte mihi denariũ, ut uideam. Illi uero attulerunt. Et dicit eis: Cuius est imago hæc & inscriptio? Illi uero dixerũt ei: Cæsaris. Et respõdens Iesus, dixit illis:
22. 20. * Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: &
Mat. Lu. quæ dei sunt, deo. Et admirati sunt de eo.
Rom. 13. Et ueniunt Sadducæi ad illum, * qui dicũt
Mat. Lu. non esse resurrectionem, interrogauerunt q̃
Ibidem. eum, dicentes: Præceptor, Moses scripsit
Act. 23. nobis, si cuius frater moriatur, ac relinquat
Deut. 25. uxorem, & liberos non relinquat, ut accipiat frater eius uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Septem fratres fuerunt, ac primus accepit uxorem, is q̃ moriens, non reliquit semen: & secundus accepit illã, ac mortuus est, & nec ipse reliquit semen, & tertius similiter: & acceperũt eam septem, nec reliquerunt semen. Postrema uero omnium mortua est & uxor. In resurrectione igitur, cum resurrexerint cuius illorũ erit uxor? Nam septẽ habuerũt eam uxorẽ. Et respõdẽs Iesus, dixit eis: An nõ propterea erratis, quod non sciatis scripturas, neque uirtutẽ dei? Cum enim à mortuis resurrexerint, neq̃ cõtrahunt matrimonium, neq̃ nuptum dãtur, sed sunt uelut angeli qui in cœlis sunt. Cæterum de mortuis quod resuscitantur,

tantur, nõ legistis in libro Mosi, quomodo
in rubo loquutus sit illi deus, dicẽs: † Ego Exod. 3.
ille deus Abraham, & deus Isaac, & deus Act. 7.
Iacob. Non est deus mortuorum, sed deus
uiuentiũ. Vos igitur multũ erratis. † Et cũ Matt. 22.
accessisset quidam è scribis, & audisset eos
simul disputantes, uideretq; q̃ bene respon
disset eis, interrogauit illum: Quod est pri-
mum omnium præceptorũ? Iesus autem re-
spondit illi: Primum omniũ præceptũ est:
† Audi Israel, dominus deus noster domi- Deut. 6.
nus unus est. * Et diliges dominũ deũ tuũ Luc. 10.
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &
ex tota mente tua, & ex totis uiribus tuis,
Hoc est primũ pręceptũ. Et secundũ simile
hoc est, † Diliges proximũ tuũ ut teipsum. Leuit. 18
Maius his aliud præceptum non est. † Et Matt. 22.
dixit illi scriba: Bene præceptor cum ue-
ritate dixisti, quòd unus sit deus, & nõ sit
alius præter illum: quodq; diligere eum ex
toto corde, & ex tota intelligẽtia, & ex to-
ta anima, & ex totis uiribus: ac diligere
proximũ ut seipsum: plus sit quàm uniuer-
sa holocautomata & uictimæ. At Iesus cũ
uideret q̃ cordate respondisset, dixit illi: 22. 20.
Haud longe abes à regno dei. † Et nemo Mat. Lu.
post illa audebat illum interrogare. Et re-
spondens Iesus, dicebat, docens in templo:
† Quomodo dicũt scribæ Christũ esse filiũ Ibidem.
Dauid? nam ipse Dauid dixit afflatus spi-

Psal. 109. ritu sancto: †Dixit dominus domino meo; Sede à dextris mihi, donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo Dauid uocat eum dominum, & unde filius eius est? Et plæraque turba audiebat illum libenter. Et dicebat illis in doctrina
Matt. 23. sua: † Cauete à scribis qui amant stolati
Lu. 11. 20 obambulare, & amãt salutationes in foris, primasq; sellas in cõgregationibus, & primos accubitus in cœnis, qui deuorant domos uiduarum, & sub prætextu longas faciunt preces, isti accipient grauiorem dam-
Lucæ 21. nationem. †Et cũ sederet Iesus ex aduerso gazophylacij, spectabat quomodo turba mitteret æs in gazophylacium. Et multi diuites mittebãt multa. Et uenit quædam uidua pauper, misitq; minuta duo, quod est quadrans. Vocatis q; ad se discipulis suis, dicit illis: Amen dico uobis, quod uidua hæc pauper plus misit quàm omnes qui miserunt in gazophylaciũ. Nam omnes ex eo quod ipsis supererat, miserunt: at hæc è penuria sua omnia quæcunq; habebat misit, totam substantiam suam.

CAPVT XIII.

Mat. 24. Et †T cũ exiret è templo, dicit illi quidã
Lu. 19. 21 è discipulis illius: Præceptor, uide quales lapides, & quales substructiones. Et Iesus respondens, ait illi: Vides has magnas substructiones? Non relinquetur lapis su-

per

per lapidem, qui non diruatur. † Et cum sederet in mõte oliuarum è regione templi, interrogabant illum secreto Petrus, & Iacobus, & Ioãnes, & Andreas: Dic nobis, quando hæc erũt? & quod signũ est, quando hæc omnia sint cõsummanda? At Iesus respondens illis, cœpit dicere: † Videte ne quis uos fallat. Multi enim uenient in nomine meo, dicẽtes: Ego sum Christus: multos decipient. Cum autẽ audieritis bella & rumores bellorũ, ne turbemini, oportet enim fieri, at nondum finis. Insurget enim gens aduersus gentem, & regnũ aduersus regnum. Et erunt terræmotus in singulis locis & erunt fames ac turbationes. Initia dolorum hæc. † Sed cauete uos uobis. Tradent enim uos in cõcilia & synagogas, cædemini, & sub præsidibus ac regibus ducemini propter me in testimoniũ illis. * Et apud omnes gentes oportet prius prædicari Euangeliũ. † Cum autem duxerint uos tradentes, ne præcogitetis quid dicturi sitis, neque meditemini: sed quicquid datum fuerit uobis in illa hora, hoc loquamini. Non enim estis uos qui loquimini, sed spiritus sanctus. Traditurus est autẽ frater fratrem in mortẽ, & pater filiũ, & insurgent filij aduersus parẽtes, ac morte afficiẽt eos. Et eritis odio habiti ab omnibus propter nomen meum. Sed qui perseuerauerit usq;

Ibidem. Matt. 14. Lucæ 21. 1. Cor. 3. Ephes. 5. Matt. 10. Lu. 12. 21 Io. 15. 16. * Ma. 24 Matt. 10. Lucæ 11.

Mat. 24. ad finem, hic saluus erit. †Porrò cum uide-
Luc. 21. ritis abominationem desolationis, de qua
Dan. 9. dictum est à Daniele propheta, stantem ubi
Mat. 24. non oportet, qui legerit intelligat: * tunc
Luc. 21. qui fuerint in Iudæa, fugiãt ad montes. Qui
uero fuerit in tecto, ne descẽdat in domum,
nec ingrediatur ut quicquã tollat è domo
sua. Et qui fuerit in agro, ne reuertatur ad
ea quæ reliquit à tergo, ad tollendũ pallii
Ibidem. suum. †Væ autem prægnantibus & lactã-
Matt. 24. tibus in illis diebus. *Sed orate, ne fiat fu-
ga uestra hyeme. Erunt enim dies illi tales
afflictio, qualis non fuit à primordio rerum
conditarum, quas condidit deus usque ad
Ibidem. hoc tempus, nec futura est. † Et nisi domi-
nus abbreuiasset dies, haudquaquam salua
24. 17. fuisset uniuersa caro. Sed propter electos,
Mat. Lu. quos elegit, abbreuiauit dies. † Ac tum si
quis uobis dixerit: Ecce hic Christus, ecce
Mat. 24. illic: ne credatis. †Exorientur pseudochri-
sti, & pseudoprophetæ, & ædent signa ac
prodigia ad decipiendum si fieri possit, etiã
electos. Vos autem cauete, ecce prædi-
Ibidem. xi uobis omnia. † Cæterum in illis diebus
post afflictionem illam sol obtenebrabitur,
& luna non dabit splendorem suum, & stel-
24. 21 læ cœli decident, & uirtutes quæ in cœlis
Mat. Lu. sunt concutientur. †Et tunc uidebũt filium
Ioel. 2. hominis uenientem in nubibus cum potesta-
te multa & gloria: & tunc mittet angelos
suos,

suos, & aggregabit electos suos à quatuor
uentis, à summo terræ usq; ad summũ cœli.
†A ficu uero discite similitudinem, cum ra Ibidem.
mus eius iam tener fuerit, produxeritq; fo-
lia, scitis quod prope sit æstas. Sic & uos
cum hæc uideritis fieri, scitote quod prope
sit in foribus. Amen dico uobis, quod non
prę teribit generatio hęc, donec omnia hæc
facta fuerint. †Cœlũ & terra præteribunt, Ibidem.
sed uerba mea non præteribunt. *Cæterum *mat. 24.
de die illo ac tempore nemo nouit, nec an-
geli quidem qui in cœlo sunt, nec ipse fi- 24. 12. 21
lius, sed solus pater. † Cauete, uigilate, & Mat. Lu.
orate, nescitis enim quando tempus sit. *Si *Lu. 19.
cut homo qui peregre agit, relicta domo
sua, deditq; seruis suis potestatem, ac suum
cuiq; opus, & ianitori mandauit ut uigila-
ret. † Vigilate igitur, nescitis enim quando Mat. 24.
dominus domus uenturus sit, sero an medio & 25. &
noctis, an in gallicinio, an diluculo: ne si ue Luc. 21.
nerit repente, offendat uos dormientes. Cæ
terum quæ dico uobis, omnibus dico, ui-
gilate.

CAPVT XIIII. 26. 22.

ET†Rat autem pascha, & azymorum dies Mat. Lu.
futuri post biduũ. *Et quærebant sum- Ibidẽ, &
mi sacerdotes & scribę, quomodo eum per Ioan. 11.
dolum comprehensum occiderent. Dice-
bant autem: Non in die festo, ne tumultus
fiat populi. † Et cum esset Bethaniæ in do-

Matt. 26 mo Simonis leprosi, accumbente eo, uenit
* Lucæ 7. mulier habens alabastrum unguenti nardi
Ioan. 11. pistícæ pretiosæ: & comminuto alabastro,
26. 12. effudit illi in caput. * Erant autem quidam
Matt. 10. qui indignarentur apud sese, ac dicerent:
Ad quid perditio hæc unguenti? nam poterat hoc uendi pluris quàm trecentis denarijs, ac dari pauperibus. Et infremuerunt aduersus illã. At Iesus dixit: Sinite illam, cur illi molesti estis? bonum opus operata est erga me. Semper enim pauperes habetis uobiscum, & quãdocunq; uolueritis potestis illis benefacere, me uero nõ semper habetis: quod potuit, hæc fecit: præuenit ut ungeret meũ corpus ad sepulturam. Amen dico uobis, ubicunque prædicatum fuerit Euangelium hoc in totum mundũ, etiã hoc
26. 22. quod fecit hæc, dicetur in memoriã ipsius.
Mat. Lu. † Et Iudas Iscariotes, unus è duodecim, abijt ad summos sacerdotes, ut proderet eũ illis. Quo audito illi gauisi sunt, & polliciti sunt ei pecuniã se daturos. Et quærebat quomodo opportune illum traderet. Ac primo die azymorum, cum pascha immolarent, dicunt illi discipuli sui: Vbi uis ut abeamus & paremus ut edas pascha? Et emittit duos è discipulis suis, & dicit illis: † Ite in ciuitatẽ & occurret uobis homo hydriã fictilem aquæ plenã baiulans, sequimini illũ, & quocũq; ingressus fuerit
Ibidem.

dicite

dicite patrifamilias: Magister dicit, ubi est diuersoriũ, ubi pascha cum discipulis meis edam? Et ille uobis ostendet triclinium magnum, stratum, paratum, illic parate nobis. Et exierũt discipuli eius, & uenerũt in ciuitatem, & repererunt quemadmodũ dixerat illis, parauerũtq; pascha. Et cum uespera iam esset, uenit cum duodecim. Et cum 26.22.23
accumberẽt, ederentq;, dixit Iesus: † Amen M.L. Io.
dico uobis, unus ex uobis proditurus est
me, qui edit mecum. † At illi cœperũt esse Mat. 26.
mœsti, ac dicere illi singulatim: Num ego?
Et alius: Num ego? † Ille uero respondẽs, Luc. 22.
dixit illis: Vnus è duodecim qui intingit
mecum in catinũ. Filius quidẽ hominis uadit sicut scriptũ est de illo, sed uæ homini illi per quẽ filius hominis proditur: † Bonũ Mat. 26.
erat illi si natus non fuisset homo ille. * Et Mat. Lu.
edẽtibus illis, sumpto Iesus pane, cũ benedixisset, fregit & dedit illis, ac dixit: Sumite, Ibidem.
comedite, hoc est corpus meũ. † Et accepto Ibidem.
poculo, cũ gratias egisset, dedit illis. Et bi- 1. Cor. 11
berunt ex eo omnes. Et dixit illis, Hic est
sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunditur. † Amen dico uobis, posthac Mat. 26.
non bibã de fructu uitis usq; ad diem illũ,
cum illud bibero nouũ in regno dei. Et cũ
hymnũ dixissent, exierũt in montẽ oliuarũ. 26. 18.
Et dicit illis Iesus: † Oẽs offendiculũ patie Matt. Io.
mini propter me in nocte hac; quia scriptũ

Zac. 13. est: †Percutiam pastorem, & dispergẽtur
oues. Sed posteaquam resurrexero, præce-
Mat. 26. dam uos in Galilæã. Petrus autẽ dixit illi:
Ioan. 13. † Etiamsi omnes offendiculũ passi fuerint,
Luc. 22. at non ego. Et dicit illi Iesus: Amen dico ti
bi, quod hodie in nocte hac prius quàm bis
Mat. 26. gallus cecinerit, ter abnegabis me. † At il-
le uehemẽtius dicebat: Imò si me oportue-
rit commori tibi, nõ te abnegabo. Similiter
Mat. 26. autem & omnes dicebãt. †Et ueniũt in lo-
cum, cuius nomen Gethsemani. Et dicit di-
Ibidem. scipulis suis: †Sedete hic, donec digressus
26. 12. orauero. Et assumit Petrũ, & Iacobũ, & Io
Mat. 10. annem secũ, cœpitq; expauescere & angi.
26. 22. *Et dicit illis: Dolore afficitur anima mea
Mat. Lu. usq; ad mortẽ, manete hic & uigilate. † Et
progressus paululũ, prostratus est in terrã,
& orauit ut si possibile esset, transiret à se
26. 6. hora, & dicebat: Abba pater, omnia possi-
Mat. 10. bilia sunt tibi, aufer poculũ à me hoc: †ue-
runtamen nõ quid ego uelim, sed quid tu.
Mat. 26. *Et uenit, & offendit eos dormientes, di-
citq; Petro: Simon dormis? nõ potuisti unã
horam uigilare? Vigilate & orate, ne ue-
Ioan. 6. niatis in tentationem. † Spiritus quidem
Mat. 26. promptus, at caro infirma. * Et rursum di-
gressus orabat, & eundẽ dixit sermonẽ. Et
reuersus offendit illos rursum dormientes:
erant enim oculi eorum grauati, neq; scie-
bant quid illi responderẽt. Et uenit tertio,
dicitq;

dicitq; illis: Dormite posthac & requiescite. Sufficit. * Venit hora, ecce traditur filius hominis in manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce qui prodit me appropinquat. *Et continuo adhuc eo loquente, accedit Iudas, qui erat unus è duodecim, & cum illo turba multa cũ gladijs & fustibus à summis sacerdotibus & scribis, & senioribus. *Dederat autem is qui prodebat eum, cõmune signum, illis, dicẽs: Quemcunq; osculatus fuero, is est, comprehendite illum, & abducite caute. Et cũ uenisset, protinus accedit ad illũ, dicitq; ei: Rabbi, rabbi: ac deosculatus est eum. Illi uero iniecerunt in illum manus suas, et comprehenderunt eum. * Vnus autem quispiam astantium educto gladio percussit seruum summi sacerdotis, & amputauit eius auriculã. Et respõdens Iesus, dixit illis: Tanq; ad latronem existis cum gladijs ac fustibus ad comprehendendum me, *quotidie eram apud uos in templo docẽs, & non cõprehendistis me: *sed ista fiunt ut impleãtur scripturæ. Et relicto illo, omnes fugerunt. Et unusquispiam adolescentulus sequebatur illũ circumamictus sindone super nudum, & comprehenderũt illum adolescẽtuli. Ille uero relicta sindone nudus effugit ab illis. * Et abduxerunt Iesum ad summum sacerdotem, & conueniũt cum illo omnes summi sacerdotes, & senio-

Ibidem. 26.22.18 M.L. Io. Matt. 26 26.22.18 M.L. Io. M.L.Ib. Ioan.18. Matt. 26 Luc.22. 26.22.18 M.L.I.

Ibidem. res, & scribæ. Et Petrus eminus sequebatur illum, donec uenisset in atrium summi sacerdotis, & erat sedens unà cum ministris,
Mat. 26. & calefiebat, ad lumẽ. ✱Summi uero sacerdotes & totum concilium quærebãt aduersus Iesum testimoniũ, ut morti traderẽt eũ: nec inueniebãt. Nã multi falsum testimoniũ dixerant aduersus illum, nec erant satis ido
Ibidem. nea testimonia. ✱Et quidam assurgebãt & falsum testimonium ferebant aduersus illũ, dicentes: Nos audiuimus eum dicentem: Ego diruam templũ hoc quod est manibus factum, et tribus diebus aliud sine manibus factum extruam. Et ne sic quidem satis idonea erant testimonia illorũ. Et surgens summus sacerdos in medium, interrogabat Iesum dicẽs: Non respondes quicquã? Quid
26. 22. isti aduersum te dicũt testimonia? At ille ta
Mat. Lu. cebat, neq; quicquam respondebat. ✱Rursum summus sacerdos interrogauit, & di-
26. 22. 6. cit illi: Tu es ille Christus filius benedicti?
Mat. L. I Iesus autem dixit: Ego sum: ✱ & uidebitis filium hominis sedẽtem à dextris uirtutis,
M. L. Ib. & uenientem in nubibus cœli. ✱ Summus aũt sacerdos dilaceratis uestib. suis dixit:
Ibidem. ✱ Quid præterea opus habemus testibus? Audistis blasphemiã. Quid uobis uidetur? Illi uero omnes condemnauerunt eum esse
M. L. Ib. reum mortis. ✱Et cœperũt quidã conspue-
Ioan. 18. re in eum, & obuelare faciem illius, & colaphis

laphis eum cædere, & dicere illi: Diuina.
Ac ministri alapas illi impingebant. † Et Ibidem.
cum esset Petrus in atrio inferius, uenit una
ancillarum summi sacerdotis, cumq; uidis-
set Petrum calefacientẽ se, intuita illum, di-
cit: Et tu cum Nazareno Iesu fuisti? At ille
negauit, dicens: Non noui, neq; scio quid
dicas. † Et exiuit foras in uestibulũ, & gal Mat. 26.
lus cecinit. Et ancilla cum uidisset eum rur
sum, cœpit dicere his qui adstabãt: Hic ex 26.22.18
illis est. At ille rursum negabat. † Ac pau- M L. Io.
lò post iterum qui adstabãt dicebãt Petro:
Vere ex illis es, nam & Galilæus es, & lo-
quela tua conuenit At ille cœpit execrari
ac deierare: Non noui hominem istum de
quo dicitis. Et iterum gallus cecinit. † Re M.L. Ib.
cordatusq; est Petrus uerbi quod dixerat
illi Iesus: Priusquam gallus cecinerit bis,
abnegabis me ter, cœpitq; flere.

CAPVT XV.

ET † confestim diluculo concilio inito, Mat. 27.
summi sacerdotes cũ senioribus & scri 27.23. 18
bis ac toto consessu, † uinctum Iesum abdu M.L. Io.
xerunt, tradiderunt q; Pilato. * Et interro 27. 18.
gauit eum Pilatus: Tu es ille rex Iudæorũ? Mat. Io.
At ille respondens, dixit illi: Tu dicis. Et
accusabant eũ summi sacerdotes de multis.
Pilatus autem rursus interrogauit illum, di
cens: Nõ respondes quicq; ? ecce q; multa
aduersus te testantur ? Iesus autem deinde

27.23.18 nihil respondit, adeo ut admiraretur Pila-
Mat.L.I. tus. †Cæterũ in festo dimittebat illis unum
Matt.27. uinctũ, quencunq; postulassent. * Erat aũt
qui dicebatur Barabbas, qui cum seditio-
27. 18. nis authoribus fuerat uinctus, qui per sedi-
Mat. 10. tionem cædem patrauerãt. †Et cum accla-
massetturba, cœpit flagitare ut faceret quẽ
admodum semper fecerat ipsis. Pilatus aũt
respondit eis, dicens: Vultis dimittam uo-
Matt.27. bis regem illum Iudęorum? †Sciebat enim
quod propter inuidiam tradidissent illum
Ibidem. summi sacerdotes. †Summi uero sacerdo-
tes concitauerũt turbam, ut potius Barab-
Mat.Lu. bam dimitteret ipsis. †Pilatus autẽ respon
Ibidem. dens rursum, ait illis: Quid igitur uultis fa
ciam ei, quem dicitis regem Iudæorum? At
illi rursum clamauerunt: Crucifige istũ. Pi
latus autem dicebat illis: Quid enim mali
27.23.19 fecit? At illi uehementius clamauerũt: Cru
Mat. L.I cifige eum. †Pilatus uero uolens turbæ fa-
27. 19. cere satis, dimisit illis Barabbam, & tradi-
Matt. 10. dit Iesum flagellatũ, ut crucifigeretur. * Mi
lites autem abduxerunt eum intrô in atriũ,
quod est prætoriũ, & conuocant totam co-
hortem: & induunt illũ purpura, & circũ-
ponunt ei contextam spinis coronã, & cœ
Ibidem. perũt salutare illum: †Aue rex Iudæorum.
Et uerberabant illius caput arundine, &
inspuebãt in illum, & positis genibus ado-
rabant illum. Et cum illusissent ei, exuerũt

eum

eum purpura, & induerunt illum uestibus
propriis, & educunt eum ut crucifigerent 27. 25.
eum. †Et coegerunt prætereuntē quendam Mat Lu.
Simonē Cyrenēsem, qui ueniebat ex agro,
patrem Alexandri & Rufi, ut tolleret cru- 27 19.
cem eius. †Et ducunt eum in Golgotha lo- Mat. 10.
cum, quod est, si interpreteris, Caluariæ lo-
cus. † Et dederunt illi bibere myrrhatum Mat. 27.
uinum, sed ille non sumpsit. † Cumq; cru- 27. 19.
cifixissent eum, partiti sunt uestimenta eius, Mat. 10.
mittentes sortem super illa, quis quid tol-
leret. Erat autē hora tertia, & crucifixerūt 27 23 18.
eum. † Et erat inscriptio causæ illius inscri Mat. L. L.
pta: Rex Iudæorum. Et cum eo crucifigunt
duos latrones, unum à dextris, & alterum
à sinistris eius. † Et impleta est scriptura, Esa 53.
quæ dicit: Et cum iniquis deputatus est. Luc 22.
*Et qui prætereūt conuiciabātur illi, mo- *Mat. 27
uentes capita sua, ac dicentes: Væ qui de-
moliris templū, et in tribus diebus extruis, 27. 25.
serua teipsum, & descende de cruce. †Simi Mat. Lu.
liter & summi sacerdotes illudentes inter
se cum scribis, dicebant: Alios seruauit,
seipsum seruare nō potest. Christus ille rex
Israel descendat nūc de cruce, ut uideamus
& credamus. †Et qui crucifixi fuerāt cum Ibidem.
illo, probra iaciebant in eum. Cum uero fa Ibidem.
cta esset hora sexta, tenebræ ortę sunt super
totam terram, usq; ad horā nonam †Et ho- Mar. 27.
ra nona clamauit Iesus uoce magna, dicēs:

Eloi, eloi lamasabachthani: q̃d est, si quis interpretetur: Deus meus, deus meus, cur me deseruisti? Et quidam adstantium cum audissent, dicebant: Ecce Heliam uocat.†
Mat. 27. Accurrit autem quidam, & impleta spon-
Luc. 23. gia aceto, impositaq; harũdini, porrexit illi
Ioan. 19. potum, dicens: †Sinite, uideamus an uentu
27. 23 rus sit Helias ad deponendum eum. Iesus
Mat. Lu. autẽ emissa uoce magna, expirauit.† Et ue-
lum templi scissum est in duas partes à sum
Ibidem. mo usq; ad imum. †Cum uidisset autẽ Cen
turio qui adstabat ex aduerso illi, quod sic emisso clamore expirasset, dixit: Vere ho-
Ibidem. mo hic filius erat dei.†Erant autem & mu
lieres è longinquo spectantes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi parui, & Iose mater, & Salome: quæ etiam cum esset in Galilæa, sequutæ fuerãt illum, & ministrauerant ei: aliæq; cõplures, quæ
27. 22. 19 simul ascenderant cum eo Hierosolymam.
M. L. Io. †Et cum iam uenisset uespera, quoniã erat
parasceue, quæ præcedit sabbatũ, uenit Io
seph, ortus ex ciuitate Arimathæa, hone-
stus senator, qui & ipse erat expectans re-
gnum dei: & sumpta audacia, ingressus est
ad Pilatum, & petijt ab eo corpus Iesu. Pi-
latus autem admiratus est si iam mortuus
esset: ac accersito ad se Centurione, interro
gauit illum, an iamdudum mortuus fuisset.
Et re cognita ex Centurione, donauit cor-

pus

pus ipſi Ioſeph. †Et is mercatus ſindonem, depoſitũ eum inuoluit ſindoni, depoſuitq; in monumento, quod erat exciſum è petra. Et aduoluit lapidem ad oſtium monumẽti. †At Maria Magdalene & Maria Ioſe ſpectabant ubi poneretur. Ibidem. Mat. 27.

CAPVT XVI.

†T cum præteriſſet ſabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, ut uenirent & ungerent eum. † Et ſummo diluculo diei primi ſabbatorũ ueniunt ad monumentum, exorto ſole, dicebantq; inter ſeſe: Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Et cum reſpexiſſent, uidẽt lapidem eſſe reuolutum, nam erat magnus ualde. Et ingreſſæ in monumentum, uiderunt adoleſcentem ſedentem à dextris, amictum ſtola candida, & expauerunt. †At ille dicit eis: Ne expaueſcatis, Ieſum quæritis Nazarenum, qui fuit crucifixus, ſurrexit, non eſt hic: ecce locus ubi poſuerant illum. Sed abite, dicite diſcipulis eius, & Petro, quod ille præcedit uos in Galilæam, illic eum uidebitis, ſicut dixit uobis. † Et abeuntes, cito fugerunt à monumento. Habebat enim illas tremor & ſtupor, neque cuiquam quicquam dicebant, timebant enim. Cum ſurrexiſſet autem Ieſus mane primo die ſabbati, apparuit primum Mariæ Magdalene, de qua eiecerat

Matt. 28. 28. 24 Mat. Lu. Ioan. 20 28. 24. Mat. Lu. Ibidem.

septem dæmonia. Illa profecta renunciauit his qui cum illo fuerant, lugentibus ac flentibus. Et illi cum audissent quòd uiueret, ac
Luc.24. uisus esset ab illa, non crediderunt. † Post hæc autem duobus ex ipsis ambulantibus, apparuit in alia forma, euntibus rus. Et illi abierunt, ac renunciauerunt reliquis, nec his illi crediderũt. Postea discumbentibus illis undecim apparuit, & exprobrauit illis incredulitatẽ suam, & cordis duritiem, ꝙ his qui ipsum uidissent resuscitatũ, non
Matt.28. credidissent. Et dicebat eis: †Ite in mundũ uniuersum, & prædicate Euangelium omni creaturæ: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur. Porrò signa eos qui crediderunt, hæc subsequentur. Per nomen meum dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si quid letale biberint,
24 1. non nocebit eis. Super ægrotos manus im-
Lu. Act. ponent, & bene habebunt. † Itaq; dominus quidem postquam loquutus fuisset eis, receptus est in cœlum, & cõsedit à dextris dei. Illi uero egressi, prædicauerunt ubiq; domino cooperante, & sermonem confirmante per signa subsequentia.

Euangelij secundum
Marcum finis.

per D. Hieronymum.

LVcas medicus Antiochẽsis, ut eius scripta indicant, Græci sermonis non ignarus fuit, sectator apostoli Pauli, et omnis peregrinationis eius comes, scripsit Euangelium: de quo idẽ Paulus: Misimus, inquit, cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias. Et ad Colossenses: Salutat uos Lucas medicus chariſſimus. Et ad Timotheum: Lucas est mecum solus. Aliud quoque edidit uolumen egregium, quod titulo (Praxeis apostolon) prænotatur, cuius historia usque ad biennium Romæ commorantis Pauli peruenit, id est, usq; ad 4. Neronis annum. Ex quo intelligimus, in eadem urbe librum esse compositum. Igitur Periodus Pauli & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, ut individuus comes Apostoli, inter cæteras eius res, hoc solum ignorauerit? Sed & Tertullianus uicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Asia Spudastin apostoli Pauli, conuictum apud Ioannem, quòd author esset libri, & cõfessum se hoc Pauli amore feciſſe, & ob id excidiſſe. Quidam suspicantur, quotiescunq; in Epistolis suis Paulus dicit, iuxta Euangelium meum, de Lucæ significare uolumine; & Lucam non solum

ab apostolo Paulo didicisse Euangelium, qui cum domino in carne non fuerat, sed à cęteris apostolis, quod ipse quoq; in principio sui uoluminis declarat, dicens: Sicut tradiderunt nobis qui à principio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt sermonis. Igitur Euangelium sicut audierat scripsit. Acta uero apostolorũ sicut uiderat composuit. Vixit octoginta & quatuor annos, uxorẽ non habens. Sepultus est Constantinopoli, ad quam urbem uicesimo Constantij anno ossa eius cum reliquijs Andreæ apostoli translata sunt de Achaia.

EVANGELIVM SECUNDUM LUCAM.

QVONIAM complures aggressi sunt contexere narrationem earum quę inter nos certissimæ fidei sunt, rerum: sicuti tradiderunt nobis hi qui ab initio suis oculis uiderant, ac pars aliqua fuerant eorum quæ narrabant: uisum est & mihi, ut cunctis ab initio exacta diligentia peruestigatis, deinceps tibi scriberem optime Theophile, quo agnoscas eorum, de quibus edoctus fueras, certitudinem.

CA-

CAPVT I.

EFRat in diebus Herodis regis Iudææ sa 1. Par. 24
cerdos quidam nomine Zacharias, de uice Abia, et uxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabet. Erant autem iusti ambo coram deo, uersantes in omnibus præceptis & iustificationibus domini irreprehensibiles: nec erat illis proles, eo quod esset Elizabet sterilis, & ambo prouectæ iam essent ætatis. Factum est autem, cum is sacerdotio fungeretur in ordine uicis suæ coram deo, secundum consuetudinem functionis sacerdotalis, sors illi obuenit, ut odores incenderet, ingressus in templum domini: & omnis multitudo populi precabatur foris tempore thymiamatis. Apparuit autem illi angelus domini, stans à dextris altaris, in quo thymiamata solent adoleri. Et Zacharias turbatus est eo uiso, ac timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua. Vxorq; tua Elizabet pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudium tibi & exultatio, & multi super eius natiuitate gaudebũt. Erit enim magnus corã domino, & uinum siceramq; non bibet. Et spiritu sancto replebitur iam inde ab utero matris suæ, multosq; filiorum Israel conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse præ-

cedet ante illum cum spiritu & uirtute Heliæ, ut conuertat corda patrum in filios, & inobedientes ad prudentiam iustorum, ut paret domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad angelum: Quo argumento istud cognoscam? Ego enim sum senex, & uxor mea prouectæ ætatis est. Ac respon-
Gen. 18. dens angelus, dixit ei: † Ego sum Gabriel,
Iudic. 13. qui adstiti in conspectu dei, missus q̃ sum ut loquar ad te, & hæc tibi læta nunciem. Et ecce futurum est, ut sis tacitus, nec fari possis ad eum usq̃ diem, quo hæc fiant, eo q̃ non credidisti uerbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Et erat populus expectans Zachariam, & mirabantur quod moraretur in templo. Egressus autem non poterat loqui illis. Et cognouerunt quod uisionem uidisset in templo. Et ipse innuebat illis, permansitq̃ mutus. Et accidit ut impleti sunt dies officij eius, abijt in domũ suam. Post hos autẽ dies concepit Elizabet uxor eius, & occultabat se mensibus quinq̃, dicens: Sic fecit mihi dominus in diebus quibus me respexit, ut auferret probrũ meum
Mat. 1. inter homines. † In mense aũt sexto missus est angelus Gabriel à deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad uirginem desponsam uiro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, ac nomen uirginis Maria. Et ingressus angelus ad eam, dixit: Aue gratiosa,

tiosa, dominus tecum, † benedicta tu inter mulieres. Illa uero cum uidisset, turbata est super oratione eius, & cogitabat qualis esset illa salutatio, & ait angelus ei: Ne timeas Maria, nacta es enim gratiam apud deum. † Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum. Is erit magnus, & filius altissimi uocabitur: & dabit illi dominus deus sedem Dauid patris ipsius, † regnabitq; super domum Iacob in æternũ, & regni eius nõ erit finis. Dixit autem Maria ad angelũ: Quomodo erit istud, quandoquidẽ uirum non cognosco? Et respondẽs angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. † Quapropter & quod nascetur sanctũ uocabitur filius dei. Atque ecce Elizabet cognata tua, & ipsa cõcepit filiũ in senectute sua: & hic mẽsis est sextus illi, quæ dicebatur sterilis: quia nõ erit impossibile apud deum omne uerbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Ac discessit ab illa angelus. Exurgens autem Maria in diebus his, abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, ac salutauit Elizabet. Et factum est, ut audiuit salutationem Mariæ Elizabet, salijt infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto Elizabet, exclamauitq; uoce ma-

Iudic. 13. Matt. 1. Esa. 7. Mich. 4. Dan. 7. Esa. 9.

gna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me? Ecce enim ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit præ gaudio infans in utero meo. Et beata quæ credidit, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt ei à domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in deo seruatore meo. Quia respexit ad humilitatẽ ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes: Quia fecit mihi magnifica qui potens est, & sanctũ nomen eius: Et misericordia eius in progeniem & progeniem, timentibus ipsum. Præstitit robur per brachiũ suũ, dispersit superbos cogitatione cordis ipsorũ. Detraxit potentes de sedibus, & euexit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, ut me
Gen. 22. mor esset misericordiæ: † Sicut locutus est ad patres nostros, nimirum Abrahamo & semini eius in æum. Mansit autem Maria cum illa circiter mẽsibus tribus, & reuersa est in domũ suam. Elizabetæ uero impletũ est tempus pariendi, & peperit filiũ. Et audierunt uicini & cognati eius, quòd magnifice dominus misericordia sua usus esset erga illam, & gratulabantur ei. Et factum est in die octauo, uenerunt ad circũcidendum puerum,

puerum, & uocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed uocabitur Ioānes. Et dixerunt ad illam: Nemo est in cognatione tua qui uocetur isto nomine. Innuebant autem patri eius, quid uellet uocari eum. Is q̄ postulatis tabellis scripsit, dicēs: Ioānes est nomen eius. Et admirati sunt uniuersi. Apertum est autē os eius ilico, & lingua eius, & loquebatur laudans deum. Et peruasit timor omnes uicinos eorū, & per omnem montanam regionem Iudææ diuulgabantur omnia uerba hæc, & posuerunt omnes qui audierāt in corde suo, dicentes: Quid nam puer hic erit? Et manus domini erat cum illo: & Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto, prophetauit q̄, dicens: Laudādus dominus deus Israel, quia uisitauit & fecit redemptionē populo suo. Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui: Sicut locutus est per os sanctorū, qui à sæculo fuerunt, prophetarū suorū: Fore ut seruaremur ab inimicis nostris, & de manu omniū qui oderunt nos: Vt uteretur misericordia erga patres nostros, ac memor esset testamenti sui sancti. † Præstaret q̄ iusiurandū quod iurauit ad Abraham patrem nostrū: ac daret nobis, ut sine timore de manu inimicorum nostrorū liberati, seruiremus ipsi. Cum sanctitate & iustitia Gen. 22.

coram ipso, cunctis diebus uitæ nostræ. Et tu puer propheta altissimi uocaberis, præibis enim ante faciem domini, ad parandum uias eius. Ad dandã scientiã salutis populo ipsius, per remissionem peccatorũ eius. Per uiscera misericordiæ dei nostri, quibus uisitauit nos oriens ex alto: Vt illucescere his qui in tenebris & umbra mortis sedebant, ad dirigendos pedes nostros in uiam
2. Reg. 2. pacis. † Puer aũt crescebat & corroborabatur spiritu, & erat in desertis donec ueniret dies, quo ostendendus erat apud Israelitas.

CAPVT II.

4 FActum est autem in diebus illis: Exijt decretum à Cæsare Augusto, ut censeretur totus orbis. Hæc descriptio prima facta est præside Syriæ Cyrenio. Et ibant omnes ut profiterentur, in suam quisque ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa, de ciuitate Nazareth in Iudæam, in ciuitatem Dauid, quæ uocatur Bethleem, eo quod esset de domo & familia Dauid, ut profiteretur cum Maria desponsa sibi uxore, quæ
Matt. 1. Ioan. 2. erat prægnans † Accidit autem cum essent ibi, completi sunt dies pariendi. Et peperit filium suum primogenitum, ac fascijs eum inuoluit, reclinauitq; eum in præsepi, quod non esset eis locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem uigilantes, & excubantes excubias nocte super gregem suum.

suum. Et ecce angelus domini adstitit illis, & claritas domini circunfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Ne timeatis. Ecce enim annũcio uobis gaudium magnum, quod futurũ est toti populo, quia natus est uobis hodie seruator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Et hoc uobis signum. Inuenietis infantem fascijs inuolutum, positum in præsepi. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudãtium deum, & dicentium: Gloria in altissimis deo, ac in terra pax, in hominibus bona uoluntas. Et factũ est, ut discesserunt ab eis angeli in cœlum, & homines pastores loquebãtur inter sese: Transeamus iam Bethleem usq; & uideamus hoc quod audiuimus accidisse, quod dominus aperuit nobis. Et uenerunt festinantes, & inuenerũt Mariam & Ioseph, & infantem positũ in præsepi. Cum uidissent autem, diuulgauerunt de uerbo quod dictũ erat ipsis de puero hoc. Et oẽs qui audierunt, mirati sunt de his quę dicta erant à pastoribus ad ipsos. Porrò Maria cõseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificãtes ac laudantes deũ super omnibus quæ audierãt et uiderãt, ita ut dictũ fuerat ipsis. Et postquã consummati sunt dies octo, ut circuncideretur puer, uocatum est nomen eius Iesus,

quod uocatũ erat ab angelo prius q̃ in ute
† Leuit. 12. ro conciperetur. † Et postea q̃ completi fu-
isſent dies purgationis eorum ſecundum le-
gem Moſi, adduxerunt eum Hieroſolyma,
ut ſiſterent eum domino: ſicut ſcriptum eſt
Exo. 13. in lege domini: † Omne maſculinum adape
& 34. riens uuluam, ſanctum domino uocabitur:
Num. 8. et ut darent hoſtiã ſecundũ quod dictum eſt
in lege domini, par turturum, aut duos pul
los columbarũ. Et ecce homo erat Hieroſo
lymis, cui nomen Simeon, & homo iſte iu-
ſtus ac pius, expectans conſolationem Iſ-
rael, & ſpiritus ſanctus erat ſuper eum. Et
reſponſum acceperat à ſpiritu ſancto, non
uiſurum ſe mortem, niſi prius uideret Chri
ſtum domini. Et uenit per ſpiritum in tem-
plum. Et cum inducerẽt puerũ Ieſum paren
tes, ut facerent ſecundũ conſuetudinẽ legis
pro eo, ipſe quoque accepit eum in ulnas
ſuas, & laudauit deum, ac dixit: Nunc di-
mittis ſeruũ tuum domine ſecundũ uerbum
tuum in pace: Quia uiderũt oculi mei ſalu
tare tuum, quod paraſti ante faciem omniũ
populorum: Lumen ad reuelationem gen-
tium, & gloriam plebis tuæ Iſrael. Et erat
pater & mater eius mirantes ſuper his quæ
dicebantur de illo. Et benedixit illis Sime-
Zach. 14 on, & dixit ad Mariam matrem eius: † Ec-
ce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurre-
ctionem multorum in Iſrael, & in ſignũ cui

contradicitur. Quin & tuã ipsius animam penetrabit gladius, ut reteganturex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser: hæc processerat in multã ætatẽ, & uixerat cum uiro annis septem à uirginitate sua. Et hæc uidua annorum fermè octogintaquatuor, quæ non discedebat de templo, ieiunijs ac deprecationibus seruiens nocte ac die. Et hæc eadẽ hora superueniens, uicissim confitebatur domino, et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionẽ Hierosolymis. Et ut perfecerunt omnia secundũ legem domini, reuersi sunt in Galilæã in ciuitatẽ suam Nazareth. Puer aũt succrescebat corroborabaturq; spiritu, & implebatur sapientia, & gratia dei erat super illũ. Et ibãt parentes eius quotannis Hierosolymam, in die festo paschæ. Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymã, secundũ consuetudinẽ diei festi, consummatisq; diebus cum redirent illi, remansit puer Iesus Hierosolymis, & non cognouerũt parentes eius. Cæterũ rati illũ esse in comitatu, uenerunt itinere diei, & requirebant eum inter cognatos & inter notos. Et cum non inuenissent eum, reuersi sunt Hierosolymã quærẽtes eũ. Et accidit post triduũ, inuenerunt illũ in templo sedentem in medio doctorũ, audientẽ illos, & interrogan-

Matt 7. tem eos. † Stupebãt autem omnes qui eum
Marc. 1. audiebant, super intelligentia & responsis
eius: & uiso eo, admirati sunt. Et dixit ma-
ter eius ad illum: Fili, cur feciſti nobis sic?
Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod quærebatis me? an nesciebatis, quòd in his quæ
Luc. 18. patris mei sunt, oportet me esse? † Et illi nõ
intellexerunt sermonem quem loquutus est
ipsis. Et descendit cum eis, uenitq; Naza-
2. Reg. 2. reth, eratq; subditus illis. † Mater aũt eius
conseruabat omnia uerba hęc in corde suo.
Et Iesus proficiebat sapientia & ætate, &
gratia apud deum atq; homines.

CAPVT III.

ANno autem decimoquinto imperij Tiberij Cæsaris, Pontio Pilato præside Iudææ, tetrarcha uero Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilenes tetrarcha, sub pontificibus Anna & Caipha, factũ est uerbũ domini super Ioan-
Mat. 3. nem Zachariæ filium in deserto. † Et uenit
Ioan. 3. in omnem regionem finitimam Iordani, prędicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ prophetæ, dicentis:
Esa. 40. † Vox clamantis in deserto, parate uiam do
3. 1. 1 mini, rectas facite semitas eius. Omnis ual-
Mat. R. I. lis implebitur, & omnis mons et collis red-

detur

detur humilis. Et fient quæ obliqua sunt, directa: & asperę uertentur in uias planas: & uidebit omnis caro salutare dei. †Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant ut baptizarentur ab ipso: Progenies uiperarũ, quis submonstrauit uobis, ut fugeretis à uentura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ: & ne cœperitis dicere intra uosipsos: Patrem habemus Abrahamum. Dico enim uobis, potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahamo. Iam uero & securis ad radicem arborum posita est. †Omnis ergo arbor non faciens fructum bonũ, exciditur, & in ignem conijcitur. Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem, dicit illis: Qui habet duas tunicas, impertiat non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Venerunt autem & publicani ut baptizarentur, & dixerũt ad illum: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Ne quid amplius quàm quod constitutũ est uobis exigatis. Interrogabant autem eum & milites, dicẽtes: Et nos quid faciemus? Et ait illis: Ne quem concutiatis, ne quem calumniemini: & contenti estote stipendijs uestris. Expectante autem populo, & cogitãtibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, num ipse esset ille Christus: respondit Ioannes, dicens uniuersis: †Ego quidem aqua ba-

Matth. 3.

Mat. 3. 7.

3. 1. 1.

Mat. R. 1.

ptizo uos, sed ueniet fortior mè, cuius non
sum dignus soluere corrigiam calceamen-
torum, ipse uos baptizabit spiritu sancto et
Matth. 3. igni: * cuius uentilabrum in manu ipsius,
& purgabit aream suam, & cõgregabit tri
ticum in horreum suum, paleas autem com-
buret igni inextinguibili. Multa quidem
14. 6. & alia exhortans, euangelizabat populo.
Matt. R. †Herodes autem tetrarcha, cum corripere-
tur ab illo de Herodiade uxore fratris sui,
deq; omnibus malis quę faciebat Herodes,
3. 1. adiecit & hoc super omnia, & inclusit Io-
Mat. Io. annem in carcerem. † Factũ est autem cum
Mat. 1. 9. baptizaretur omnis populus, ut & Iesu ba-
ptizato & orante, apertum sit cœlum, ac
descendit spiritus sanctus corporali specie
3. 7. 1. 9. quasi columba in ipsum, & uox de cœlo fa
Matt. R. cta est, quæ diceret: † Tu es filius ille meus
Luc. 9. dilectus, in te complacitũ est mihi. Et ipse
Iesus incipiebat esse fermè annorum trigin-
Matth. 1. ta, ut putabatur, filius Ioseph, † qui fuit fi-
lius Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Leui,
qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Io-
seph, qui fuit Matatthiæ, qui fuit Amos,
qui fuit Naum, qui fuit Hesli, qui fuit Nag
ge, qui fuit Maath, qui fuit Matathiæ, qui
fuit Semei, qui fuit Iosech, qui fuit Iuda, qui
fuit Ioanna, qui fuit Rhesa, qui fuit Zoro-
babel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui
fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam,

qui

qui fuit Helmadam, qui fuit Her, qui fuit Ieſo, qui fuit Heliezer, qui fuit Ioram, qui fuit Mattha, qui fuit Leui, qui fuit Symeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioſeph, qui fuit Ionam, qui fuit Heliachim, qui fuit Meleam, qui fuit Menã, qui fuit Mathatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Ieſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naaſſon, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Eſrom, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Tharræ, qui fuit Nachor, qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalec, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathuſala, qui fuit Enoch, qui fuit Iareth, qui fuit Malalehel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, q̃ fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

CAPVT IIII.

I*Eſus autem plenus ſpiritu ſancto, regreſſus eſt à Iordane, & actus eſt per ſpiritum in deſertum ac diebus quadraginta tentabatur à diabolo, * nihilq̃ comedit in diebus illis: & conſummatis illis, deinde eſuriit. Dixit autem illi diabolus: Si filius es dei, dic lapidi huic ut panis fiat. Et reſpondit ad illum Ieſus, dicens: Scriptum eſt: 4. 1. Matt. R. Matt. 4.

Deute. 8. *Non pane ſolo uiuet homo, ſed omni uerbo dei. Et ſubduxit illum diabolus in montem excelſum, & oſtendit illi omnia regna orbis terræ in puncto temporis, & ait illi diabolus: Tibi dabo poteſtatem hanc uniuerſam, & gloriam illorum, quia mihi tradita ſunt, & cuicunq; uolo do illam: tu ergo ſi adoraueris prouolutus coram me, erunt tua omnia. Et reſpondens Ieſus, dixit illi: Abi poſt me ſatana. Scriptum eſt enim:

Deute. 6. *Adorabis dominum deum tuum, & illum ſolum coles. Et duxit illum Hieroſolymã, ſtatuit q; eum ſuper pinnam templi, & dixit illi: Si filius dei es, mitte teipſum hinc deor

Pſal. 90. ſum: * Scriptũ eſt enim, quod angelis ſuis mandauit de te, ut ſeruent te, & in manibus tollent te, ne offendas ad lapidem pedem tuum. Et reſpondens Ieſus, ait illi: Dictum

Deute. 6. eſt: *Non tentabis dominum deum tuum. Et conſummata omni tentatione, diabolus

4. 1. receſſit ab illo uſq; ad tempus. Et reuerſus

Mat. mar eſt Ieſus uirtute ſpiritus in Galilæam: * &

fama exijt per uniuerſam regionem de illo.

23. 6. Et ipſe docebat in ſynagogis eorũ, & glo-

Matt. R. rificabatur ab omnibus. * Et uenit Nazareth, ubi erat nutritus, & intrauit ſecundũ conſuetudinem ſuam die ſabbatorum in ſynagogam, & ſurrexit ut legeret. Et traditus eſt illi liber Eſaiæ prophetæ, & ut explicuit librum, inuenit locum ubi ſcriptum

erat:

erat: †Spiritus domini super me, propterea Esa. 61.
quod unxit me, ad euangelizandum paupe
ribus misit me, ut sanem contritos corde,
ut prædicem captiuis remissionem, & cæ-
cis uisum: ut emittam cõfractos per remis-
sionem, ut prædicem annum domini acce-
ptum. Et complicato libro reddidit mini-
stro, ac resedit. Et omnium in synagoga o-
culi erant defixi in eum. Cœpit autem dice-
re ad illos: Hodie impleta est hæc scriptura
in auribus uestris. Et omnes testimoniũ illi
dabant, & mirabantur super gratia sermo-
num qui procedebant ex ore ipsius, dice- 13.6.6.
bantq; †Nónne hic est filius Ioseph? Et ait Mat.R.I.
illis: Omnino dicetis mihi hanc similitudi-
nem: Medice, cura teipsum Quæcunq; au
diuimus facta in Capernaum, fac & hic in
patria tua. Ait autem: Amen dico uobis: 13.6.4.
†Nemo ꝓpheta acceptus est in patria sua. Mat.R.I.
*Sed in ueritate dico uobis, multæ uiduæ 3.Reg.17
erant in diebus Heliæ in Israel, quãdo clau
sum est cœlum annis tribus & mensibus
sex, cũ facta esset fames magna per omnem
terram, & ad nullam illarum missus est He-
lias, nisi in Sarephtha Sidonis ad mulierem
uiduam. † Et multi leprosi erant in Israel 4.Reg.5.
sub Heliseo propheta, & nemo eorum mun
datus est, nisi Naaman Syrus. Et repleti
sunt omnes in synagoga ira, hæc audien-
tes. Et insurrexerunt, eiecerunt̃q; illum é

ciuitate, & duxerũt illum usq; ad supercilium mõtis, super quem ciuitas illorũ erat
1. 2. ædificata, ut præcipitarent eum. Ipse autẽ
Marc.lo. transiens, per mediũ illorũ ibat. † Et descen
7. 2. 1. dit Capernaum ciuitatem Galilææ, ibiq;
M.L.R. docebat illos sabbatis. † Et stupebant super doctrina eius, quia cum potestate con
Marci 1. iunctus erat sermo ipsius. † Et in synagoga erat homo habens spiritũ dæmonis immundi, & exclamauit uoce magna, dicẽs: Eia quid tibi nobiscum est Iesu Nazarene? Venisti ad perdendũ nos? Scio te qui sis, sanctus ille dei. Et increpauit illum Iesus, dicens: Obmutesce & exi ab eo. Et cum proiecisset illum dæmoniũ in mediũ, exijt ab illo, nihilq; illi nocuit. Et factus est pauor super omnes, & colloquebantur inter sese, dicentes: Quis sermo hic est? quia cum authoritate ac potestate imperat immundis spiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fa-
8. 1. ma de illo in omnẽ locum undiq; finitimæ
Mat. R. regionis. † Cum surrexisset autem Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis: Socrus autẽ Simonis tenebatur febri magna, & rogauerũt illũ pro ea: & adstans supra illam, increpauit febrem, & febris dimisit illam: statimq; surgens, ministrabat illis.
Marci 1. † Cum autem sol occideret, omnes qui habebant infirmos morbis uarijs: ducebãt illos ad eũ, at ille singulis manus imponens,

sa-

sanabat eos. † Exibant autem & dæmonia Mar.3.
à multis, clamãtia ac dicentia: Tu es Chri
stus ille filius dei. Et increpans non sinebat
ea loqui, q̃ sciebant ipsum esse Christum.
† Facto autem die egressus ibat in desertum Mar. 1.
locum, & turbæ quærebant eum, & uene-
runt usq̃ ad ipsum, & detinebant illum, ne
discederet ab eis. Quibus ille ait: Et alijs ci
uitatibus oportet me euangelizare regnum
dei: nam in hoc missus sum. Et prædicabat
in synagogis Galilææ.

CAPVT V.

F † Actum est autem, cum turba immineret Mar.4.
ei, ut audiret uerbum dei, & ipse stabat
iuxta stagnum Genezareth, & uidit duas
naues stãtes ad stagnum, piscatores autem
descenderant ex illis, & abluebant retia. In
gressus autem in unam nauim, quæ erat Si-
monis, rogauit eum, ut à terra abduceret pu
sillum: & sedens docebat de naui turbas. †
Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonẽ: Ibidem.
Duc in altũ, & laxate retia uestra in captu-
ram. Et respondens Simon, dixit illi: Præce
ptor, per totã noctem laborantes, nihil cepi
mus, tamen tuo iussu laxabo rete. Et cũ hoc
feciſſent, concluserũt piscium multitudinem
copiosam. Rũpebatur aũt rete eorum. Et an
nuerant socijs qui erãt in altera naui, ut ue
nirent & adiuuarent ipsos: & uenerũt, atq̃
impleuerunt ambas naues, ita ut mergerẽ-

tur. Quod cum uideret Simon Petrus, accidit ad genua Iesu, dicens: Discede à me domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo fuerant, super captu piscium quem ceperãt: similiter autem Iacobum & Ioannem filios
4. 5. Zebedæi, qui erant socij Simoni. Et ait ad
Mat. R. Simonem Iesus: † Ne metuas, posthac homines capies. Et subductis in terram nauí-
8. 1. bus, relictis omnibus sequuti sunt eum. †
Mat. R. Et accidit, cum esset in quadam ciuitate, & ecce uir plenus lepra, cumq; uidisset Iesum, prostratus in faciem, rogauit eum, dicens: Domine, si uis, potes me mundare. Et protensa manu tetigit eum, dicens: Volo, mundus esto. Et confestim lepra discessit ab illo. Et ipse præcepit illi, ne cuiquam diceret:
Leuit. 13. sed uade, inquit, † ostende teipsum sacerdoti, & offer pro emundatione tuí, quemad-
4. 3. 6. modum præcepit Moses in testimonium il-
M. R. Io. lis. † Peruagabatur autem magis rumor de illo, & conueniebant turbæ multæ, ut audi
14. 6. rent & sanarentur ab ipso ab infirmitatibus
Mat. R. suis. † Ipse aũt agebat in secessu in desertis, & orabat. Et factũ est quodam die, & ipse docebat, erantq; pharisæi sedentes, ac legis doctores, qui uenerant ex omni castello Ga
9. 2. 5. lilææ & Iudææ & Hierusalem, & uirtus
M. R. Io. domini aderat ad sanandum eos. † Et ecce uiri portãtes in lecto hominem, qui erat paralyticus,

ralyticus, & quęrebant eum inferre, & po
nere ante illum. † Et non inuenientes qua Mar. 2.
parte illum inferrent præ turba, aſcenderũt
ſuper tectũ, ac per tegulas demiſerunt eum 9. 2.
cum lectulo in medium ante Ieſum. † Quo- Matt. R.
rum fidem ut uidit, dixit illi: Homo, remit-
tantur tibi peccata tua. Et cœperunt cogi-
tare ſcribæ & phariſæi, dicentes: Quis eſt
is qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt
remittere peccata, niſi ſolus deus? Vt co-
gnouit autem Ieſus cogitationes eorum, re
ſpondens dixit ad illos: Quid cogitatis in
cordibus ueſtris? Vtrum eſt facilius dicere,
Remittantur tibi peccata: an dicere, Surge
& ambula? Vt autem ſciatis quod filius ho
minis habet poteſtatem in terra remittendi 9. 2. 5.
peccata, ait paralytico: † Tibi dico, ſurge, Ma. R. I.
tolle lectulum tuum, & uade in domum tu-
am. Isq; confeſtim ſurgens coram illis, tol-
lebat in quo iacuerat, abijtq; in domũ ſuã,
glorificãs deũ, & ſtupor corripuit omnes,
& glorificabant deum, & repleti ſunt timo
re, dicentes: Vidimus incredibilia hodie. † 9. 2.
Et poſt hæc exijt ac uidit publicanum, no- Mat. R.
mine Leui, ſedentem ad teloniũ, & ait illi:
Sequere me. Atque is relictis omnibus, ſur
gens, ſequutus eſt eum. † Et fecit ei conui- Ibidem.
uium magnũ Leui in domo ſua, & erat tur-
ba multa publicanorũ & aliorũ, qui cum il
lis accũbebant. Et murmurabant ſcribæ &

pharisæi aduersus discipulos eius, dicentes: Quare cum publicanis & peccatoribus editis & bibitis? Et respondens Iesus,
Ibidem. dixit ad illos: † Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã.
Ibidem. At illi dixerunt ad eum: † Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & pharisæorum, tui uero edũt & bibunt? Quibus ipse ait: Num potestis facere ut filij thalami, dum cum illis est sponsus, ieiunent? Venient autẽ dies, & cum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem
Mar. 2. & similitudinem ad illos: † Nemo immissuram noui uestimenti immittit in uestimẽtum uetus, alioquin & nouum rumpit, & ueteri non conuenit immissura ex nouo. Et nemo mittit uinum nouum in utres ueteres, alioqui rumpet uinum nouum utres, & ipsum effundetur, & utres peribunt: Sed uinũ mustum in utres nouos mittendũ est, & utraq; conseruãtur. Et nemo qui biberit uetus, statim uult nouum, dicit enim: Vetus melius est.

CAPVT VI.

12. 2. Mat. Mar. † Accidit autem, ut in sabbato secundoprimo transiret per sata, ac uellebant discipuli eius spicas, edebantq;, confricantes manibus. Quidam autem pharisæorũ dicebant

cebant illis : Quid facitis, quod non licet facere in sabbatis ? Et respondens Iesus ad eos dixit: † Ne hoc quidem legistis, quod fecit Dauid, cum esuriisset ipse & qui cum illo erāt, quomodo intrauit in domum dei, & panes propositionis sumpsit, editq́, ac dedit etiam his qui secum erant, quos non licet edere, nisi tantū sacerdotibus ? Et dicebat illis : † Dominus est filius hominis etiam sabbati. Factum est autem & in alio sabbato, ut intraret in synagogam ac doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. Obseruabant aūt eum scribæ ac pharisæi, an in sabbato sanaturus esset, ut inuenirēt unde accusarent eum. Ipse uero sciebat cogitationes eorum, & ait homini qui habebat manum aridam : Surge & sta in medio. Ille uero surgens stetit. Ait igitur ad illos Iesus : † Interrogabo uos: utrum licet sabbatis benefacere, an malefacere: animā seruare an perdere? Et circumspectis omnibus illis, dixit homini, extende manum tuam. Ille autem fecit, & restituta est manus eius sana sicut altera. Ipsi autem repleti sunt amentia, & colloquebantur inter sese, quid nam facerent Iesu. * Factum est autem in illis diebus exijt in montem ad orandū, eratq́ pernoctans in depre- catione dei. Et cū dies factus esset, † uocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex

1. Reg. 21

12. 3. Mat. R.

Matt. 12.

14. 6. Matt. R.

10. 3. Mat. R. Act. 1.

ipsis, quos & Apostolos nominauit, Simonem, quem & nominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomęum: Matthæum & Thomam: Iacobum Alphæi filium, & Simonem qui uocatur Zelotes: & Iudam Iacobi, & Iudã Iscariothem, qui idem fuit proditor. Et descendens cum illis, stetit in loco campestri turbaq; discipulorum eius,
Mar.3. † & multitudo copiosa plebis ex omni Iudæa & Hierusalem, & à maritima Tyro & Sidone, qui uenerãt ut audirent eum, & sanarentur à morbis suis, & qui uexabantur à spiritibus immundis, & sanabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia uirtus ab illo exibat, & sanabat omnes. †
Matth.5. Et ipse attollens oculos suos in discipulos,
Ibidem. dicebat: *Beati pauperes, quia uestrum est
Eccle.31. regnum dei. †Beati qui esuritis nunc, quia
Ibidem. saturabimini. Beati qui fletis nunc, quia ri-
Ibidem. debitis. *Beati eritis, cum uos oderint homines, & separauerint uos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen uestrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete in illo die & exultate, ecce em̃ merces uestra multa est in cœlis. Secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum. † Verun-
Amos 6. tamen uæ uobis diuitibus, qui habetis consolationem uestram. Væ uobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ uobis qui ridetis nunc,

nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ uobis cum laudauerint uos omnes homines. Secundũ hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum. Sed uobis dico qui auditis: * Diligite inimicos uestros, benefacite Matth. 5.
ijs qui uos oderunt. Benedicite maledicentibus uobis, & orate pro calumniantibus uos. * Percutienti te in maxillam, præbe et Ibidem.
alteram: & ab eo qui aufert tibi pallium, etiam tunicã noli prohibere. Omni autem exigenti abs te, tribue, & ab eo qui aufert quæ tua sunt ne reposcas. * Et prout uultis ut facient uobis homines, uos quoq; face Tob. 4.
cite illis similiter. * Et si diligitis eos qui Matt. 7.
uos diligunt, quæ uobis est gratia? Nam et peccatores eos à quibus diliguntur, diligunt. Et si benefeceritis his qui uobis bene faciunt, quæ uobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his, à quibus speratis uos recepturos, quæ gratia est uobis? Nam & peccatores peccatoribus dant mutuum, ut recipiãt paria. Quinimô diligite inimicos uestros, & benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes, & erit merces uestra multa, & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est erga ingratos ac malos: Estote ergo misericordes, sicut & pater uester misericors est. 4
* Nolite iudicare, & non iudicabimini. Matt. 7.
Nolite condemnare, & non condemnabi-

mini. Remittite, & remittetur uobis. Date & dabitur uobis. Mensuram bonã & con
7. 4. fertam, & concussam atq; exundantem da-
Matt. R. bunt in sinum uestrum. * Eadẽ quippe men sura qua metimini, metiẽtur alij uobis. Di-
Matt. 15. cebat autem illis similitudinem: * Nũquid potest cæcus cæcum ducere? nónne ambo
Matt. 16. in foueam cadunt? * Non est discipulus su-
R. 13. 15. pra magistrum suum: perfectus autem om-
Matt. 7. nis erit, sicut magister ipsius. † Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem aũt quæ in oculo proprio est, non animad uertis? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, sine, eijciam festucam quæ in o culo tuo est, ipse in oculo tuo trahẽ non uidens? Hypocrita, eijce primum trabem ex oculo tuo, & tunc perspicies, ut eijcias fe-
Matt. 7. stucam, quæ est in oculo fratris tui. * Non est enim arbor bona, quæ facit fructum ma lum, neq; arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquæq; enim arbor ex fructu suo cognoscitur. * Neq; eẽ è spinis colligunt
Ibidem. ficus, neq; è rubo uindemiãt uuã. † Bonus
Matt. 12. homo ex bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo ex malo thesauro cordis sui profert malũ. Ex abundantia eẽ
Matt. 7. cordis loquitur os eius. * Quid aũt uocatis me dñe, dñe, & non facitis quæ dico?
Ibidem. Quisquis uenit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendã uobis cui simi-

lis

lis sit Similis est homini ædificanti domũ, qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petrã: inundatione autẽ facta, illisum est flumen domui illi, & nõ potuit eam mouere. Fundata enim erat super petram. Qui autem audiuit & nõ fecit, similis est homini qui ædificauit domũ suã super terrã absque fundamento, in quam illisus est fluuius, & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

CAP. VII.

CVm autem consummasset omnia uerba sua, audiente populo, *intrauit Capernaum. Centurionis autem cuiusdam seruus male habens, agebat animam, qui illi erat charus. Cum audisset autem de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum ut ueniret & seruaret seruũ suum. At illi cum uenissent ad Iesum, rogabant eum studiose, dicentes: Dignus est ut hoc illi præstes: diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus autem ibat cum illis. Et cum iam nõ longe abesset à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens ei: † Domine, noli uexari, non enim sum dignus ut sub tectũ meum intres: Quapropter nec meipsum sum dignũ arbitratus ut uenirem ad te, sed dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, uade, ac uadit: et alteri, ueni, ac uenit:

8. 4. Matt. 10.

Matth. 8.

& seruo meo, Fac hoc, ac facit. Auditis autem his, Iesus miratus est eum, & conuersus, sequenti se turbæ dixit: Dico uobis, ne
Ibidem. in Israel quidem tantam fidem inueni. * Et reuersi qui missi fuerant in domum, repererunt seruum qui languerat, sanum. Et factum est deinceps, ibat in ciuitatem, quæ
+ uocatur Nain, & ibant cum eo discipuli eius multi, turbaq; copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius unicus matri suæ, & hæc uidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum uidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, tetigitq; loculum. Porrò qui portabant substiterunt, & ait: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor, & glorificabant deum, dicentes: Propheta magnus surrexit inter nos, & deus uisitauit plebem suam. Et exijt hic rumor in uniuersam Iudęam de eo, & omnem finitimam regionem. Et nunciauerunt Ioanni discipuli
Matt. 11. ipsius de his oĩbus. † Et cõuocauit duos de discipulis suis Ioãnes, misitq; ad Iesum, dicẽs: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Cum autem uenissent ad eum uiri, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es ille qui uenturus erat, an

alium

alium expectamus? In eadem autem hora multos sanauit à morbis, ac plagis, & spiritibus malis, & cęcis multis donauit uisum. Et respondens, dixit illis: † Euntes renunciate Ioanni quæ uidistis & audistis, quod cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, † pauperibus annunciatur Euangelium: & beatus est qui cunq; non fuerit offensus per me. Et cum discessissent nuncij Ioannis, cœpit de Ioãne dicere ad turbas: Quid existis in desertum ut uideretis? harundinem uento agitari? Sed quid existis uisuri? hominẽ mollibus uestimentis indutum? Ecce qui uestitu splendido uestiũtur, et in delicijs agũt, in aulis regum sunt. Sed quid existis ad uidendum? Prophetam? Vtiq; dico uobis, & pluſquam prophetam. † Hic est de quo scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui prępparabit uiam tuã ante te. † Dico enim uobis: Maior inter natos mulierum propheta Ioanne Baptista nemo est: attamen qui minor est in regno dei, maior est illo. † Et omnis populus audiens, & publicani iustificauerunt deum, baptizati baptismo Ioannis. Pharisæi aũt & legisperiti consiliũ dei spreuerũt aduersus semetipsos, non baptizati ab eo. Ait autem dominus: † Cui ergo similes dicam homines generationis huius, & cui similes sunt? Similes sunt

Ibidem.

Esa. 61.

11. 3. Mat. Mar.

11. 1. Mat. Mar.

Mar. 1.

Mat. 11.

pueris ſedentibus in foro, & acclamãtibus inter ſe, ac dicentibus: Cantauimus uobis tibijs, & non ſaltaſtis: cecinimus uobis lugubria, & non ploraſtis. Venit enim Ioannes Baptiſta, neq; edens panẽ, neq; bibens
Ibidem. uinum, & dicitis: Dæmoniũ habet. † Venit filius hominis edens ac bibens, & dicitis: Ecce homo edax & uinipotor, amicus pu-
26.14.12 blicanorũ ac peccatorum. Et iuſtificata eſt
† M.R.Io. ſapientia à filijs ſuis omnibus. † Rogabat aũt illum quidã è phariſæis, ut caperet cibũ cum ipſo. Et ingreſſus domum phariſæi, ac
Ibidem. cubuit. † Et ecce mulier quæ fuerat in ciuitate peccatrix, ut cognouit q̃ accubuiſſet in domo phariſæi, attulit alabaſtrũ unguenti, ſtãs q̃ ad pedes eius à tergo flens, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui extergebat, & deoſculabatur pedes eius, & unguento ungebat. Videns aũt phariſæus qui uocauerat eum, ait intra ſe, dicẽs: Hic ſi eſſet propheta, ſciret utiq; quæ & qualis eſt mulier quæ tangit ipſum, quia peccatrix eſt. Et reſpondens Ieſus, dixit ad illum: Simon, habeo quiddam quod tibi dicam. At ille ait: Magiſter dic: Duo debitores erant cuidam creditori, unus debebat denarios quingentos, & alter quinquaginta. Cum autem illi non eſſent ſoluendo, condonauit utriſq; : horum igitur dic uter eum plus diliget? Reſpondẽs Simon, dixit: Exiſtimo

ſtimo q̃ is cui plus condonauit. At ille dixit ei: Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hãc mulierem? Intraui in domum tuam, aquã pedibus meis non dediſti: hæc aũt lachrymis rigauit pedes meos, & capillis capitis ſui exterſit. Oſculũ mihi non dediſti: hęc aũt ex quo intraui, non ceſſauit deoſculari pedes meos. Oleo caput meum non unxiſti, hæc aũt unguento unxit pedes meos: propter quod dico tibi: Remittãtur peccata eius multa, quoniam dilexit multũ. Cui aũt minus remittitur, is minus diligit. Dixit aũt ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui ſimul accumbebant, dicere intra ſe: Quis eſt hic, qui etiã peccata remittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te ſaluã fecit, uade cum pace.

CAP. VIII.

ET factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per ſingulas ciuitates et caſtella, prędicans & annuncians regnum dei, & duodecim cum illo, ſimulq̃ mulieres aliquæ, quæ erant ſanatæ à ſpiritibus malis, & infirmitatibus: † Maria quæ uocatur Magdalene, de qua ſeptem dæmonia exierant, & Ioanna uxor Chuſę procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multæ, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. Cum autem turba plurima conueniret, & è ſingulis ciuitatibus properarent ad eum, dixit per ſimili- Luc. 24.

13. 4. tudinem: † Exijt qui sementem faciebat, ad
Matt. R. seminandum semen suum: & inter seminan
dum, aliud cecidit circa uiam, & conculca
tum est, & uolucres cœli comederũt illud.
Et aliud cecidit super petram, & enatum
aruit, quia non habebat humorem. Et aliud
cecidit inter spinas, & simul enatæ spinæ,
suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in ter-
ram bonam, & enatum fecit fructum centu
plum. Hæc dicens, clamabat: Qui habet au
res ad audiendum, audiat. Interrogabant
13. 4. 12. autem eum discipuli eius, dicentes, quæ es-
Mat. R. I. set ista parabola. At ille dixit: † Vobis da-
Esa. 6. tum esse nosse mysteria regni dei, cæteris au
Act. 28. tem per parabolas, * ut uidentes non uide-
Matt. 13. ant, & audientes non intelligant. † Est autẽ
Mar. 4. hæc parabola: Semen est sermo dei: qui au
tem iuxta uiam, hi sunt qui audiunt, deinde
uenit diabolus, & tollit sermonem de cor-
de eorum, ne credentes seruentur. Nam qui
super petram, ij sunt qui cum audierint,
cum gaudio suscipiunt sermonem: & hi ra-
dices non habent, qui ad tempus credunt,
& in tempore tentationis recedunt. Quod
autem in spinas cecidit, hi sunt qui audie-
runt, & à solicitudinibus & diuitijs ac uo-
luptatibus uitæ euntes suffocãtur, nec refe-
runt fructum. Quod autem in bonam ter-
ram, hi sunt qui in corde honesto ac bono
audientes sermonem, retinent, & fructum
affe-

afferunt per patientiam. † Nemo uero cum lucernam accenderit, operit eam uaſe, aut ſubter lectum ponit, ſed ſuper candelabrum ponit, ut intrantes uideant lumen. † Non eſt enim occultum, quod non manifeſtũ ſit futurum: nec abſconditum, quod non ſit cognoſcendum, & in propatulum uenturum. † Videte ergo quomodo audiatis: Quiſquis enim habet, dabitur illi: & quicunque non habet, etiam quod putat ſe habere auferetur ab illo. * Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba, & nunciatum eſt illi, dictumq; Mater tua & fratres tui ſtant foris, uolentes te uidere. Qui reſpondens, dixit ad eos: Mater mea & fratres mei hi ſunt, qui ſermonem dei audiunt, ac faciunt illum. † Factum eſt autem quodam die, & ipſe aſcendit in nauim ac diſcipuli eius, & ait ad illos: Traijciamus in ulteriorem ripam ſtagni, ac ſoluerunt. Cæterum nauigantibus illis, obdormiuit: & ingruit procella uenti in ſtagnum, & complebantur, ac periclitabantur. Accedentes aũt ſuſcitauerunt eum, dicentes: Præceptor, præceptor, perimus. At ille experrectus, increpauit uentum ac tempeſtatem aquæ, & ceſſauerunt, factaq; eſt tranquillitas. Dixit autem illis: Vbi eſt fides ueſtra? Timentes autem mirati ſunt inter ſeſe, dicentes: Quis putas hic eſt? quia

5. 4. 11. Ma. R. L.
Mat. 10.
Mar. 4.
Matt. 13. & 25. R. 4. L. 19.
Mar. 12.
Mar. 3.
8. 4.
Matt. R.
Ibidem.

uentis quoq; & aquæ imperat, & obediũt ei? Et nauigauerunt ad regionem Gadarenorũ, quæ est contra Galilæam. Et cum de naui egressus esset ad terrã, occurrit illi uir quidã è ciuitate, qui habebat dæmoniũ iam temporibus multis: & uestimento non induebatur, neq; in domo manebat, sed in monumentis. Is ut uidit Iesum, & exclamasset, procidit ante illum, ac uoce magna dixit: Quid mihi rei tecum est Iesu fili dei altissi-
Mat. 8. mi? Obsecro te, ne me torqueas. Præcipie-
Mar. 5. bat enim spiritui immundo, ut exiret ab homine. Frequenter enim corripuerat illũ, & uinciebatur catenis, & compedibus custodiebatur, & ruptis uinculis agebatur à dæmonio in deserta. Interrogauit autem illum
Ibidem. Iesus, dicens: † Quod tibi nomen est? At ille dixit: Legio, quia intrauerunt dæmonia
8. 5. multa in eum. Et rogauerunt illum, ne im-
Mat. R. peraret ipsis, ut in abyssum irent. † Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte, & rogabant eum ut permitteret ipsis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos, & impetu abijt grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. Porrò ut uiderũt quod acciderat ij qui pascebant, fugerũt, rumoremq; nunciauerunt in ciuitatẽ ac uillas. Exierunt autem ut uiderent quod factũ erat, & uenerũt ad Iesum,

& inuenerunt hominem sedentem, à quo dæmonia exierant, uestitũ ac sana mente ad pedes Iesu, & timuerũt. Nunciauerunt autem illis etiam qui uiderant, quomodo sanus factus esset is qui agitabatur à dæmonio. Et rogauerunt illum omnis multitudo Gadarenorũ, ut discederet ab ipsis, quia magno timore tenebantur. † Ipse autem conscensa Marc. 5.
naui reuersus est. Rogauerat enim illum uir à quo dæmonia exierant, ut cum eo esset, sed ablegauit eum Iesus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quæcunq; tibi fecerit deus. Et abijt per totã ciuitatem, prædicãs quæcunq; sibi fecisset Iesus. Factum est autem cum rediret Iesus, excepit illum turba: 9. 5.
nam omnes expectabant eum. † Et ecce ue- Matt. 8.
nit uir, cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat, accidit q; ad pedes Iesu, rogans eum ut intraret in domũ suam: quoniã unica filia erat ei ferè annorũ duodecim, & hæc moriebatur. Verum inter eundũ turbæ coartabant eum. Et mulier quæ erat obnoxia profluuio sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos impenderat omnem substantiam, nec ab ullo potuerat curari, accessit retro, & tetigit fimbriam uestimenti eius, & confestim sistebatur fluxus sanguinis eius. Et ait Iesus: Quis est qui me tetigit? Negãtibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præceptor,

turbæ te cõstringunt & adflictãt, & dicis: Quis me tetigit? Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis. Nam ego noui uirtutẽ à me exisse. Videns autem mulier quod nõ latuisset, tremens uenit ac procidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigisset eum indicauit ei
9. 5. coram toto populo, & quemadmodũ con-
Mat. R. festim sanata fuisset. At ipse dixit ei: † Confide filia, fides tua te seruauit, uade cum pace. Adhuc illo loquẽte, uenit quidam à domo principis synagogæ, dicens ei: Mortua est filia tua, noli uexare magistrum. Iesus autem audito hoc uerbo, respondit patri puellæ: Noli timere, crede tantũ, & salua erit.
Ibidem. † Et cum uenisset in domũ, non permisit intrare secum quenquã, nisi Petrum & Iacobum, & Ioannẽ, ac patrem & matrẽ puellæ. Flebant autem omnes & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere, non est mortua puella, sed dormit. Et deridebãt eum, scientes ꝙ mortua esset. Ipse autem eiectis foras omnibus, apprehensa manu eius, clamauit, dicens: Puella surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo. Ac iussit illi dari cibũ. Et stupuerũt parentes eius. At ille præcepit eis ne cui dicerẽt q̃d factũ erat.

CAPVT IX.

10. 5. 6.
Matt. R. † Conuocatis autem Iesus duodecim, dedit illis potestatem & authoritatem super omnia dæmonia, & ut morbos sanarẽt.

Et

Et misit illos ut prædicarent regnum dei, et
sanarẽt infirmos. Et ait ad illos. † Ne quid Mat.10.
tuleritis in uiam, neq; uirgam, neq; peram, Mar.6.
neq; panem, neq; pecuniam, neq; binas tu- Luc.10.
nicas habeatis. Et in quancunq; domum in
traueritis, illic manete, atq; illinc exeatis.
† Et quicũq; non receperint uos, exeuntes Ibidem.
de ciuitate illa, etiam puluerem è pedibus
uestris excutite, in testimonium aduersus 6. 13.
illos. † Egressi autem circumibant per ca- R. Acto.
stella, euangelizantes & curantes ubique. 14. 6.
† Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia Matt. R.
quæ fiebant ab eo, & hæsitabat, * eo quod * Mar. 6
diceretur à quibusdam, quod Ioannes surre
xisset à mortuis: à quibusdam uero, quod
Helias apparuisset: ab alijs autẽ, quod pro-
pheta quispiam ex antiquis surrexisset. Et
ait Herodes: Ioannem ego decollaui: quis
est autem iste, de quo ego talia audio? Et
quærebat uidere eum. † Et reuersi apostoli, Ibidem.
narrauerunt illi quæcunq; fecerant. † Et Matt. 14.
assumptis illis, secessit seorsum in locum de Marc. 6.
sertum ciuitatis, quæ uocatur Bethsaida. Ioan. 6.
Quod cum cognouissent turbæ, secutæ sunt
illum: & excepit eos, & loquebatur illis
de regno dei: & eos qui curatione indige-
bant, sanabat. † Dies autem cœperat decli Ibidem.
nare, & accedentes duodecim, dixerunt il-
li: Dimitte turbas, ut euntes in castella uil-
las q; uicinas diuertant, & inueniant escas.

quia hic in loco deserto sumus. Ait autẽ ad illos: Vos date illis quod edant. At illi dixerũt: Non sunt nobis plures quàm quinq; panes, & duo pisces, nisi nos eamus & emamus in omnem hunc populum escas. Erant autẽ ferè uiri quinquies mille. Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere, in singulo quoq; discubitu quinquagenos: atq; ita fecerunt, & fecerunt omnes discumbere. Acceptis autem quinq; panibus & duobus piscibus, sublatis in cœlum oculis, benedixit illis & fregit, distribuitq; discipulis ut apponerent turbæ. Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis fragmentorum co-
Mat. 16. phini duodecim. † Et factum est, cum solus
Mar. 8. esset orans, erant cum illo & discipuli, interrogauitq; illos, dicens: Quem me dicunt esse turbæ? At illi responderũt, & dixerũt: Ioannem Baptistam, alij autem Heliam, alij uero quod propheta quispiam de antiquis
Ibidẽ, & surrexit. Dixit autem illis: † Vos autem
Ioan. 6. quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Christum dei. At ille cõminatus illis, præcepit, ne cui dicerent hoc, di-
Matt. 16. 19. et 20. cens: † Oportet filium hominis multa pati,
Mar. 8. 9 & reprobari à senioribus, & principibus
& 10. sacerdotum & scribis, & occidi, & tertia
L. 17. 18. die resurgere. Dicebat autem ad omnes: *
*Mat. 16 Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum,

ipsum, & tollat crucem suam quotidie, & se Mar. 8.
quatur me. Qui enim uoluerit animam suam
saluam facere, perdet illam. Qui uero perdi
derit animam suam propter me, is saluam fa
ciet illam. Quid enim proficit homo, si lu-
cretur uniuersum mundum, se autem ipsum 10. 9. 12.
perdat, aut iacturã sui ipsius faciat? † Nam M. R. L.
quem mei meorumq; sermonũ puduerit, hu
ius & filium hominis pudebit, cum uenerit
in maiestate sua et patris sanctorumq; ange
lorum. † Dico autem uobis uere: sunt qui- Mat. 16.
dam hic stantes, qui non gustabũt mortem, Mar. 9.
donec uideant regnũ dei. Factum est autem
post hæc uerba ferè diebus octo, & assum-
psit Petrũ & Ioannem, & Iacobũ, & ascen
dit in montem ut oraret. Et facta est dum o-
raret species uultus eius alia, & uestitus
eius candidus ac refulgens. Et ecce duo ui
ri loquebantur cum illo, qui erant Moses
& Helias: qui uisi in maiestate dicebant ex
cessum eius, quem completurus erat Hiero
solymis. Petrus uero & qui cum illo erant
grauati erant somno. Experrecti autem ui-
derunt maiestatem eius, & duos uiros qui
stabant cum illo. Et factum est cum discede
rent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Præce-
ptor, bonum est nos hic esse, & faciamus
tria tabernacula, unum tibi, & unum Mo-
si, & unum Heliæ: nescies quid diceret.
Hæc autem illo loquẽte, facta est nubes, &

obumbrauit eos, timuerunt autem intrantibus illis in nubem. Et uox facta est de nube
Matt. 3. dicens: †Hic est filius meus dilectus, ipsum
17. audite. Et dum fieret uox, inuentus est Iesus
Ma. 1. 9. solus: & ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt
Luc. 3. in illis diebus quicquam ex his quæ uide-
2. Pet. 1. rant. * Factum est autem in sequenti die de-
Matt. 17. scendentibus illis de monte, occurrit illi tur
Mar. 9. ba multa. Et ecce uir de turba exclamauit, dicēs: Magister, obsecro te, respice ad filiū meum, quia unicus est mihi: & ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat, & discerpit eum cum spuma, & uix discedit ab eo dilanians eū, & rogaui discipulos tuos, ut eijcerent illū, & non potuerunt. Respondens autem Iesus, dixit: O natio infidelis & peruersa, usq; quo ero apud uos, ac patiar uos? Adduc huc filium tuum. Cum adhuc autem accederet, laniauit illum dæmonium, & dissipauit. Increpauit autem Iesus
1. 2. 4. spiritum immundum, & sanauit puerum, &
Marc. L. reddidit illum patri suo. †Stupebant autem
Matt. 16. omnes super magnificentia dei. † Sed omni
29. & 20. bus mirantibus super omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite uos in
R. 3. 9. 10 auribus uestris sermones istos. † Filius ēm hominis, futurum est ut tradatur in manus
Marc. 8. hominū. †At illi ignorabant uerbum istud, & erat absconditum ab illis, ut non intelligerent illud. Et timebant eum interrogare

de

de hoc uerbo. † Intrauit autem cogitatio in 18.9.22.
ter eos, quis eorum maior esset. At Iesus ui M.R. L.
dens cogitationem cordis illorum, appre-
hendit puerum, & statuit illum iuxta se, & 10.18.9.
ait illis: † Qui cūq; receperit puerum hunc Matt. R.
nomine meo, me recipit. Et quicunque me L.10.1.13
receperit, recipit eum qui me misit. *Nam 20.9.22.
qui minor est inter omnes uos, hic erit ma- M.R. L.
gnus. † Respondens autem Ioannes, dixit: Mar.9.
Præceptor, uidimus quendam sub nomine
tuo eijcientē dæmonia, & prohibuimus eū
quia non sequitur nobiscū. Et ait ad illum
Iesus: Nolite prohibere. Qui enim non est
aduersum nos, pro nobis est. Factum est au
tem dum complerentur dies assumptionis
eius, & ipsa faciem suam obfirmauerat, ut
iret Hierosolymā, & misit nūcios ante con
spectum suum: & euntes intrauerunt in ci-
uitatem Samaritanorum, ut pararent illi. Et
non receperunt eum, quia facies eius erat
euntis Hierosolymā. Cum uidissent autem
discipuli eius, Iacobus & Ioannes, dixerūt:
† Domine, uis dicamus ut ignis descendat 4. Reg.1.
de cœlo, & consumat illos, quemadmodum
& Helias fecit? Conuersus aūt Iesus, increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus
estis uos. * Filius enim hominis non uenit Matt.18.
ad perdendum animas hominum, sed ad ser
uandum. Et abierunt in aliud castellum. †
Factum est autem, ambulātibus illis in uia, Mar.8.

dixit quidam ad illum: Sequar te quocũq; ieris. Dixit illi Iesus: Vulpes cauernas habent, & uolucres cœli nidos: filius autem hominis nõ habet ubi caput suum reclinet. Ait aũt ad alterum: Sequere me. Ille autẽ dixit: Dñe, permitte mihi ut prius abeam, ac sepeliã patrem meũ. Dixit aũt ei Iesus: Sine ut mortui sepeliant mortuos suos: tu uero
Matt. 8. uade & annuncia regnũ dei. † Et ait alius: Sequar te domine, sed permitte mihi prius ut dicã uale his qui sunt domi meę. Ait ad illum Iesus: Nemo qui manu sua admota aratro, respexerit à tergo, aptus est regno dei.

CAPVT X.

POst hæc autem designauit dominus & alios septuaginta, misitq; illos binos ante faciem suã in omnem ciuitatem & locũ, quò erat ipse uenturus: dicebat ergo illis:
Mat. 9. † Messis quidem multa, sed operarij pauci. Rogate ergo dominum messis, ut extrudat
Mat. 10. operarios in messem suã. † Ite, ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos. * Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta: & neminem per uiam salutaueritis.
Matt. 10. † In quamcunq; domum intraueritis, pri-
Marc. 6. mum dicite: Pax huic domui: & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax
Ibidem. uestra: sin minus, ad uos reuertetur. † In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ dantur ab illis. Dignus est enim operarius

perarius mercede sua. Nolite transire de do mo in domum. Et in quamcunq; ciuitatem intraueritis & susceperint uos, edite quæ apponuntur uobis, & sanate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquauit in uos regnum dei. † In quamcunq; autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint uos, exeuntes in plateas eius, dicite: Etiam puluerem qui adhæsit nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos: tamen hoc scitote, q; appropinquauit in uos regnum dei. Dico uobis, q; Sodomis in die illo remissius erit q̄ illi ciuitati. † Væ tibi Chorozain, uæ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere sedentes, scelerum suorum egissent pœnitentiam, uerumtamen Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio quàm uobis. Et tu Capernaū, quæ usq; ad cœlū elata es, usq; ad infernum deprimeris. † Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. * Reuersi sunt autem septuaginta cū gaudio, dicentes: Dñe, etiam dæmonia subijciuntur nobis per nomen tuum. Ait aūt illis: Videbā satanā sicut fulgur de cœlo cadentē. Ecce do uobis potestatē calcandi super serpentes & scorpiones, et sup omnē uirtutē inimici, & nihil uobis nocebit. Veruntñ in hoc nolite gaudere,

Matt. 10.
Ibidem.
Mar. 6.
Luc. 9.
Mat. 11.
Matt. 10.
Io. 13. 14.
Marc. 6.

quod spiritus uobis subijciuntur, sed gaudete ꝙ nomina uestra scripta sunt in cœlis.
In eadem hora exultauit spiritu Iesus, & di
Matt. 11. xit: † Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ, ꝙ abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: etiã
11. 8. pater quoniã sic complacitum est coram te.
Mat. Io. † Omnia mihi tradita sunt à patre meo, & nemo scit quis sit filius, nisi pater: & quis sit pater, nisi filius, & cui uoluerit filius ape
Matt. 13. rire. † Et conuersus ad discipulos seorsim, dixit: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis. Dico enim uobis, quod multi prophetæ & reges uoluerunt uidere quę uos uidetis,
22. 12. & non uiderunt: & audire quæ auditis, &
Mat. Mar. non audierunt. † Et ecce quidam legisperitus surrexit, tentans illum, & dicens: Magister quid faciendo uitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respondens,
Deut. 6. dixit: † Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex to
Leuit. 19 tis uiribus tuis, & ex tota mente tua: † &
Rom. 13. proximum tuum sicut teipsum. Dixitq; illi:
Iaco. 2. Recte respondisti: hoc fac, & uiues. Ille autem uolens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Respondens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Hierosolymis in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliaue

runt

runt eum uestibus: ac uulneribus inflictis, abierunt, semimortuo relicto. Accidit autē, ut sacerdos quidam descēderet eadem uia, uisoq; illo præterijt. Similiter & Leuita, cum iret iuxta locum, cum accessisset, ac uidisset eum, præterijt. Samaritanus autē quidam iter faciens, uenit ad eum: & uiso eo, misericordia motus est, & accedēs obligauit uulnera eius, infundens oleū ac uinum: & imponens illum in suum iumentum, duxit in diuersorium, & curam eius egit. Et postero die egrediens, deprōptos duos denarios dedit hospiti, & ait ei: Curam illius habe, & quotcunq; præterea insumpseris, ego cum rediero reddam tibi. Quis ergo horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui exercuit misericordiam in illum. Ait igitur illi Iesus: Vade, & tu fac similiter. Factum est autē dum irent, ut ipse intraret in quoddam oppidulum, ac mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam, & huic erat soror, nomine Maria, quæ etiam assidens ad pedes Iesu, audiebat sermonem illius. Martha autē distrahebatur circa frequens ministerium, quæ assistens, ait: Domine non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me ut sola ministrem? dic ergo illi ut me adiuuet. Et respondens dixit illi Iesus: Martha, Martha solicita es, & tu-

multaris circa multa. Atqui unum est necessarium. Maria bonam partem delegit, quæ non auferetur ab ea.

CAPVT XI.

Matt. 6. ET *factum est cum oraret quodam in loco, ut cessauit, dixit quidam ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut & Ioannes docuit discipulos suos. Et ait illis: Cũ oratis, dicite: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum: adueniat regnũ tuum: fiat uoluntas tua quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra. Panem nostrũ quotidianũ da nobis quotidie: & remitte nobis peccata nostra, siquidem & nos remittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos à malo. Et ait ad illos: Quis uestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, da mihi mutuo tres panes, quoniam amicus meus uenit de uia ad me, & non habeo quod apponam illi Et ille intus respondens, dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere & dare tibi. Dico uobis, etiam si non daturus sit illi surgẽs eo quod amicus eius
7. 16. sit, propter improbitatem tamen eius sur-
Matt. 10. get, ac dabit illi quotquot habet opus. *Et ego dico uobis; Petite & dabitur uobis:

quæri-

quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit inuenit: & pulsanti aperietur. †Quis autem ex uobis pater, à quo si filius petierit panem, num lapidem dabit illi? Aut si piscem, num pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum, num porriget illi scorpium? Si ergo uos cum sitis mali, nostis bona dona dare filijs uestris: quanto magis pater uester cœlestis dabit spiritum sanctum poscentibus se. †Et erat eijciens dæmonium, & illud erat mutum, cúmque eiecisset dæmonium, loquutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ. †Quidam autem ex eis dixerunt: Per Beelzebul principem dæmoniorum eijcit dæmonia. †Et alij tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo. Ipse autem cum sciret cogitationes eorum, dixit eis: †Omne regnum aduersus seipsum diuisum, desolatur, & domus super domum cadit. Quod si satanas quoque aduersus seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis, per Beelzebul eijcere me dæmonia. Quod si ego Beelzebul præsidio eijcio dæmonia, filij uestri cuius præsidio eijciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Porrò si digito dei eijcio dæmonia, profecto peruenit ad uos regnum dei. Cum fortis armatus custodit atrium suũ, in pace sunt ea quę possidet: Vbi

Matt. 7.

Ma. 9. 12

12. 13.

Mat. mar

Matt. 12.

12. 3.

Ma. mar.

uero fortior eo superueniēs uicerit eū, uniuersa arma eius aufert in quibus confidebat, & spolia eius distribuit. Qui nō est mecum contra me est: & qui non colligit me-
Matt. 12. cum, dispergit. *Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arentia, quærens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam unde exiui. Et cum uenerit, inuenit eam scopis mundatam atq; ornatam: tunc uadit & assumit septem alios spiritus secum nocētiores ipso, & ingressi habitant ibi: & fiunt extrema hominis illius peiora primis. Factū est autem cum hæc diceret, extollēs uocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus uēter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimò, beati qui audiunt sermonem
12. S. dei, & custodiunt illū. Turbis autem con-
Matt. R. densantibus se, cœpit dicere: * Natio hæc
Ionæ 3. mala est, signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Nam sicut fuit Ionas signū Niniuitis, ita erit & fi
3. Reg. 10 lius hominis nationi isti. Regina Austri sur-
2. Par. 9. get in iudicio cum uiris nationis huius, & condemnabit illos: quia uenit à finibus terræ, ut audiret sapientiam Solomonis, & ec-
Ionæ 3. ce plus quàm Solomon hoc in loco. * Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum natione hac, & condemnabunt illam: quia ad pœnitentiam adducti sunt prædicatione Ionæ:

&

& ecce plus quàm Iona hoc in loco. *Ne- 5. 4. 8.
mo lucernã accendit, & in abscondito po- M. R. L.
nit, neq; subter modium, sed super candela-
brum, ut qui ingrediuntur lumen uideant.
*Lucerna corporis est oculus. Cum igitur Matt. 6.
oculus tuus fuerit simplex, totum quoque
corpus tuum lucidum erit. Quod si malus
fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.
Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ
sint. Si ergo corpus tuũ totum lucidũ fue-
rit, non habens aliquam partẽ tenebrosam,
sic erit lucidum totum, ut cum lucerna ful-
gore illuminat te. Et cum loqueretur, roga-
uit illum quidam pharisæus ut prandere t
apud se. Iesus autem ingressus accubuit.
Pharisæus autem cum uidisset admiratus
est, quod non prius lauisset ante prandium.
Et ait dominus ad illum: *Nunc uos pha- Matt. 23.
risæi exteriora poculi catini q; mundatis: et
quod intus est uestri, plenum est rapina &
malitia. Stulti, nónne qui fecit quod foris
est, etiam id quod intus est fecit? Veruntа-
men quod superest, date eleemosynam, &
ecce omnia munda sunt uobis. * Sed uæ uo Ibidem.
bis pharisæis, quia decimatis mentham &
rutam, & quoduis olus, & præteritis iudi
cium & charitatem dei. Imò hæc oportuit 23. 12. 20.
facere, & illa nõ omittere. *Væ uobis pha M. R. L.
risæis, quia diligitis primas cathedras in
synagogis, & salutationes in foro. * Væ Matt. 23.

uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia estis ut monumenta quæ non apparent, & homines ambulantes super ea nesciunt. Respondens autem quidam ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens, etiã nos affi-
Ibidem. cis cõtumelia. At ille ait: * Et uobis legis-
peritis uæ, qa oneratis homines oneribus,
Ibidem. quæ portare non possunt: & ipsi uno digi-
to uestro non attingitis sarcinas. * Væ uo-
bis, quia ædificatis monumenta prophetarum, patres autem uestri occiderunt illos: profectò testamini, quod comprobatis facta patrum uestrorũ: quoniam illi quidem eos occiderũt, uos autem ædificatis eorum
Ibidem. sepulchra. * Propterea & sapientia dei dixit: Mittam ad illos prophetas & Apostolos, & ex illis occident, & persequentur, ut requiratur sanguis omnium prophetarum, qui effunditur à constitutione mundi,
Gen. 4. à natione ista, * à sanguine Abel usq; ad
2. Pa. 24. sanguinem Zachariæ, qui perijt inter alta-
re & ædem: profecto dico uobis, require-
Matt. 23. tur ab hac natione. * Væ uobis legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis: & eos qui introibant, uetuistis. Cum autem hæc ad illos diceret, cœperunt legisperiti & pharisæi grauiter insistere, & captiose interrogare eum de multis, insidiantes ei: & quærentes aliquid uenari ex ore eius, quo accusarent eum.

CA-

CAPVT XII.

CVm autem conuenissẽt innumera turbę multitudo, adeò, ut se inuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos: Primũ * cauete uobis ipsis à fermento pharisæorum, quod est hypocrisis. † Nihil enim opertum est, quod non reuelabitur: neq; absconditũ, quod non scietur. * Quo niam quæ in tenebris dixistis, in lumine audientur: & quod in aurem loquuti estis in conclauibus, prædicabitur in tectis. Dico autem uobis amicis meis: * Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent quod amplius faciant. Ostendam autem uobis quem timeatis. Timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem conijciendi in gehennam: certe dico uobis, hunc timete. Nónne quinq; passerculi ueneunt minutis assibus duobus? & unus ex illis non est in obliuione corã deo: quin & pili capitis uestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis. Dico autem uobis: omnis quicunq; confessus fuerit me corã hominibus, & filius hominis confitebitur illũ corã angelis dei. * Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis dei. * Et quisquis loquitur dictum in filium hominis remittetur illi; ei uero qui in spiritum

16. 8. Ma. mar.
10. 4. 7. M. R. L.
Matt. 10.
Ibidem.
10. 8. 9. M. R. L.
12. 3. Ma. mar.

10.13.21. sanctum cõuicium dixerit, non remittetur,
Ma.R.L *Cum autem adduxerint uos ad synagogas & ad magistratus ac potestates, nolite soliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis: spiritus enim sanctus docebit uos in eadem hora quid oporteat uos dicere. Ait autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo, ut diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorẽ super uos? Dixitq; ad illos: Videte & cauete ab auaritia, quia non in abundantia cuiusquam uita eius est ex his quæ possidet. Dixit autem similitudinẽ ad alios, dicens: Hominis cuiusdã diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, dicẽs: Quid faciam, quod non habeam quo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: Destruã horrea mea, & maiora extruam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi bona mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona reposita in annos multos, requiesce, comede, bibe, gaude. Dixit autem illi deus: Stulte, hac nocte animã tuã repetunt abs te. Quæ uero parasti, cui cedent? Sic qui recondit sibi, nec est erga deum di-
Matth. 6 ues. Dixitq; ad discipulos suos: * Ideo dico uobis, nolite solliciti esse animæ uestræ quid edatis, neq; corpori quid induamini. Anima plus est quàm esca, & corpus plus est

est quàm indumentũ: Cõsiderate coruos, quia nõ seminant neq; metunt, quibus non est penuarium, neq; horreũ, & deus pascit illos. Quanto magis uos præstatis uolucribus? Quis autẽ uestrum solicitudine sua potest adijcere ad staturam suam cubitum unum? Si ergo ne id quidem quod minimũ est potestis, quid de cæteris soliciti estis? * Considerate lilia quomodo crescũt: non laborãt neq; nent: dico autẽ uobis, nec Solomon in omni gloria sua uestiebatur sicut unum ex istis. Si autem gramen quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, deus sic uestit, quanto magis uos uestiet, ò parum fidentes? Et uos nolite quærere quid esuri sitis, aut quid bibituri, & nolite in sublime tolli. Hæc enim omnia gentes mũdi quærũt: pater autẽ uester scit quod istis indigeatis. Quin potius quærite regnum dei, & hæc omnia adijcientur uobis. * Noli timere pusille grex, quia complacitum est patri uestro dare uobis regnũ. * Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. † Parate uobis sacculos qui nõ ueterascunt, thesaurũ non deficientem in cœlis, quò fur non accedit, neq; tinea corrumpit. * Vbi enim thesaurus uester est, ibi & cor uestrũ erit. † Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ accensæ, & uos similes hominibus expectantibus dominũ suũ, quan-

Matt. 6.

Lucæ 12.

Ibidem.

Matth. 6

Ibidem.

Ephes. 6.

1. Pet. 1.

do reuertatur á nuptijs : ut cum uenerit ac
Mat. 24. pulsauerit, cõfestim aperiant ei. * Beati ser
ui illi, quos cum uenerit dominus, inuene-
rit uigilãtes: amen dico uobis, quod præ-
cinget se, & faciet illos discũbere: & tran-
siens ministrabit illis. Et si uenerit in secun
da uigilia, et si in tertia uigilia uenerit, atq;
ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc autẽ
scitote, quod si sciisset paterfamilias qua ho
14. 13. ra fur uenturus fuisset, uigilasset utiq;, nec
Ma. mar. passus fuisset perfodi domum suã. * Et uos
igitur estote parati, quia qua hora non pu-
tatis, filius hominis ueniet. Ait autẽ ei Pe-
trus : Domine, ad nos dicis istã parabolã,
an etiam ad omnes? Dixit autem dominus:
Mat, 24. * Quisnam est fidelis dispensator ac pru-
dens, quem constituet dominus super famu
litium suum, ut det illis in tempore demen-
sum cibum? Beatus ille seruus, quem cum
uenerit dominus, inuenerit ita facientem:
uere dico uobis, quod omnibus quæ possi-
det, præficiet illum. Quod si dixerit seruus
ille in corde suo, differt dominus meus re-
ditum, cœperitq; percutere seruos & ancil
las, & edere bibereq; & inebriari, ueniet
dominus serui illius in die quo non sperat,
& hora qua nescit, & dissecabit eum, par-
temq; eius cum infidis ponet. Ille autẽ ser-
uus qui cognouit uoluntatem domini sui,
& non se præparauit, nec fecit secundũ uo

luntа-

luntatem eius, plagis uapulabit multis: qui autem non cognouit & fecit digna plagis, uapulabit paucis. Porrò cuicunq; multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendauerũt multũ, plus petent ab eo, Ignem ueni missurus in terrã, & quid uolo si iam accensus est? Sed baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor donec perficiatur? *Putatis quod pacẽ uenerim mis- Matt. 10.
surus in terram? Non, dico uobis, imò sepa Mich. 7.
rationem. Erunt enim ex hoc quinq; in domo una diuisi, tres aduersus duos, & duo contra tres: diuidetur pater aduersus filiũ, & filius aduersus patrem: mater aduersus filiam, & filia aduersus matrem: socrus aduersus nurum suam, & nurus aduersus socrum suam. *Dicebat autem & ad turbas: Matt. 16.
Cum uideritis nubem orientem ab Occasu, statim dicitis, imber uenit, & ita fit: & cum Austrum flantem, dicitis q̃ æstus erit, & fit. Hypocritæ, faciem cœli & terræ nostis probare, hoc aũt tempus qui fit ut non probetis? Cur autem & ex uobisipsis non Matth. 5.
iudicatis quod iustum est? *Cum enim uadis cum aduersario tuo ad magistratum in uia, da operam ut libereris ab illo, ne fortè pertrahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, et exactor conijciat te in carcerẽ. *Dico tibi, non exibis inde, donec ultimũ Ibidem.
etiam minutum reddas.

CAPVT XIII.

ADerant autẽ quidam eodem in tempore
nunciantes illi de Galilæis, quorũ san-
guinem Pilatus miſcuerat cum ſacrificijs
Act.5. ipſorũ. Et reſpõdens Ieſus, dixit illis: *Pu-
tatis q̃ hi Galilæi præ cũctis Galilæis pec
catores fuerint, quia talia paſſi ſunt? Nõ,
Ezech.18 dico uobis, * imò niſi reſipueritis, omnes
Eccl.17. ſimiliter peribitis. Aut illi decem & octo,
ſupra quos cecidit turris in Siloa, & occi-
dit eos, putatis q̃ debitores fuerint ultra
cunctos homines habitãtes Hieroſolymis?
Non, dico uobis, imò niſi reſipueritis, om-
nes ſimiliter peribitis. Dicebat & hanc ſi-
Matt.21. militudinem: * Arborẽ fici habebat quidã
plantatã in uinea ſua, & uenit quærens fru
ctum in illa, & non inuenit: dixit autem ad
cultorẽ uineæ: Ecce anni tres ſunt, ex quo
uenio quærens fructum in ficu hac, & non
inuenio: ſuccide illam, ad quid uel terrã oc
cupat? At ille reſpondens, dixit illi: Domi
ne, ſine illam & hoc anno, donec fodero
circũ illam, & miſero ſtercus, & ſiquidem
fecerit fructũ: ſin minus, in poſterum ſucci-
des eam. Docebat autẽ in una ſynagogarũ
ſabbatis: & ecce mulier quæ habebat ſpiri
tum infirmitatis annis decẽ & octo, erat q̃
contracta, nec omnino poterat erigere ca-
put: quam cum uideret Ieſus, uocauit eam
ad ſe, & ait illi: Mulier, liberata es ab infir-

mitate

mitate tua. Et impoſuit illi manus, & conſeſtim erecta eſt, & glorificabat deum. Reſpondens autem princeps ſynagogæ, indignans q̃ ſabbato ſanaſſet Ieſus, dicebat turbæ: Sex dies ſunt in quibus oportet operari, in his ergo uenite, ut ſanemini, & non in die ſabbati. Reſpondẽs autem ad illũ dñs, dixit: Hypocrita, unuſquiſq; ueſtrũ ſabbato nónne ſoluit bouem ſuum, aut aſinum à præſepi, & ducit aquatum? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit ſatanas ecce decem & octo annis, non oportuit ſolui à uinculo iſto die ſabbati? Et cum hæc diceret, erubeſcebant omnes aduerſarij eius: & omnis populus gaudebat ſuper uniuerſis, quæ cum gloria fiebant ab eo. *Dicebat ergo: Cui ſimile eſt regnum dei, & cui ſimile faciã illud? Simile eſt grano ſinapis, quod acceptum homo miſit in hortum ſuum, & creuit, & euaſit in arborem magnam, & uolucres cœli nidulabantur in ramis eius. * Et iterum dixit: Cui ſimile faciam regnum dei? Simile eſt fermento, quod acceptũ mulier, abſcondit in farinæ fata tria, donec fermentetur totum. * Et ibat per ciuitates & caſtella docens, & iter faciens Hieroſolymam. Ait autem illi quidam: Domine, an pauci ſunt qui ſalutem conſequuntur? Ille uero dixit ad illos: * Contendite intrare per anguſtam portam, quia multi, dico uo-

Luc. 14.

13. 4.

Matt. R.

Matt. 13.

9. 6.

Matt. R.

Matt. 7.

Matt. 25. bis, quærẽt intrare, & non poterunt. †Cũ autem surrexerit paterfamilias, & clauserit ostium, & cœperitis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine, domine, aperi nobis. Et respondens, dicet uobis: Nescio uos unde sitis. Tunc incipietis dicere: Edimus coram te & bibimus, & in plateis
6. 6. nostris docuisti. Et dicet, dico uobis: Ne-
Psal. ma. scio uos unde sitis. † Discedite à me omnes qui patratis iniquitatem. Ibi erit fletus &
Matth. 8. stridor dentium, † cum uideritis Abraham & Isaac & Iacob, & omnes prophetas in regno dei, uos autem expelli foras. Et uenient ab Oriente & Occidente, & Aqui-
19. 10. lone & Austro, & accumbent in regno dei.
Mat. mar †Et ecce sunt postremi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt postremi. Eodem die accesserunt quidam pharisæorum, dicentes illi: Exi, & uade hinc, quia Herodes uult te occidere. Et ait illis: Ite & dicite uulpi illi: Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor. Verũtamen oportet me hodie & cras & perendie ambulare: quia fieri non potest, ut propheta pereat alibi quàm Hiero-
Matt. 23. solymis. †Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te: quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis, & noluistis? Ecce relinquitur uo-

bis

bis domus uestra deserta. Dico aũt uobis, q̃ non uidebitis me, donec uenerit tempus cũ dicetis: Benedictus qui uenit in nomine domini.

CAP. XIIII.

ET accidit ut introiret in domum cuiusdam principis pharisęorum sabbato, ad capiendum cibũ, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens Iesus, dixit ad legisperitos & pharisæos, dicens: ✶Num licet sabbato sanare? At illi tacuerunt. Ipse uero apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit: ✶Cuius uestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi, dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendẽs quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne accumbas in primo loco, ne quando honoratior te sit inuitatus ab illo, & ueniens is qui te & illum uocauit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore extremum locum tenere. Quin potius cum uocatus fueris, uade accũbe in nouissimo loco, ut cum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius: tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. ✶Quia omnis qui se extollit deijcietur; & qui se deijcit,

13. 3. 16. M.R.L.

Luc. 13.

23. 18. Mat. Lu.

extolletur. Dicebat autem & ei qui se inuitauerat: Cum facis prandium aut cœnam, noli uocare amicos tuos neq; fratres tuos, neq; cognatos tuos, neq; uicinos diuites, ne quando & ipsi te uicissim inuitent, ac rependatur tibi beneficium. * Imò cum facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris, quia non possunt rependere tibi: rependetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hæc cum audisset quidam de simul accumbentibus, dixit illi: Beatus qui comedit panem in regno dei. At ipse dixit ei: Homo quidam apparauerat cœnam magnam, & uocauit multos, misitq; seruum suum hora cœnæ, ut diceret inuitatis: Venite, quia iam parata sunt oñia. Et cœperũt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse mihi est exire & uidere illam: rogo te, habe me excusatũ. Et alter dixit: Iuga boum emi quinq;, & eo ad probandum illa: rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum uenire. Ac reuersus seruus, renũciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi cito in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, claudos q; & cæcos introduc huc. Et ait seruus: Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in uias & sepes, & compelle intrare,

Tob. 4.

Matt. 22.

trare, ut impleatur domus mea. Dico enim uobis, quod nemo uirorum illorum qui uocati sunt, gustabit cœnam meam. Ibant autem turbæ multæ cum eo, & conuersus dixit ad illos: † Si quis uenit ad me, nec odit patrem suum ac matrem, & uxorem & filios, & fratres, & sorores, præterea autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. † Et quisquis non baiulat crucem suam, et uenit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim est ex uobis, qui uolit turrim ædificare, quin prius sedens computet sumptus, an habeat quibus opus est ad perficiendum, ne postquam posuerit fundamentum, nec potuerit perficere, omnes qui uiderint incipiant illudere ei, dicentes: Hic homo cœpit ædificare, nec potuit consummare? Aut quis rex proficiscēs, ut committat prælium aduersus alterū regem, nónne sedēs prius cogitat an possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum uiginti millibus uenit contra se? alioqui adhuc illo longe agente legatione missa, petit ea quæ pacis sunt. † Sic ergo omnis ex uobis, qui nō renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. † Bonus est sal, si uero sal infatuatus fuerit, per quod condietur? Neq; in terram, neq; in sterquilinium utilis est, foras proijciunt illum. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

Matt. 10.

Ibidem, & 16.

R. S. L. 9

Mar. 10. 5. 9.

Matt. R

P

EVANGELIVM
CAPVT XV.

9. 2. 3.
M.R. L.

†Accedebant autem ad eum omnes publicani & peccatores, ut audirẽt illum, & murmurabant pharisæi ac scribæ, dicentes: Hic peccatores recipit, ac cibum capit cum illis. Dicebat autem ad illos parabolam hanc, dicens: †Quis ex uobis est homo qui habet centum oues, & si perdiderit unam ex illis, nónne relinquit nonaginta nouem in deserto, & uadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, ueniens q̃ domum, conuocat amicos & uicinos, dicens illis: Gaudete mecum, quia inueni ouẽ meã quæ perierat. Dico uobis, q̃ ita gaudiũ erit in cœlo super uno peccatore resipiscente, magis quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, non accendit lucernam, & uerrit domum, quæritq̃ diligenter, donec inueniat? Et cum inuenerit, conuocat amicas ac uicinas, dicens: Gaudete mecum, quia inueni drachmam, quam perdideram. Ita dico uobis, gaudium erit coram angelis dei super uno peccatore resipiscente. Ait autem: Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior illorum patri: Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ ad me redit. Et diuisit

Matt 18.

uiſit illis ſubſtantiã. Ac poſt dies non multos, cum omnia contraxiſſet adoleſcentior filius, peregre profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam uiuendo luxurioſe. Et poſtquã omnia conſumpſiſſet, facta eſt fames ualida in regione illa. Et ipſe cœpit egere, & abijt, & adhæſit uni ciuiũ regionis illius: atq; is miſit illum in uillam ſuam, ut paſceret porcos, & cupiebat implere uentrem ſuum de ſiliquis quibus porci ueſcebantur, neq; quiſquam illi dabat. In ſe autem reuerſus, dixit: Quàm multi mercenarij patris mei abundant panibus, ego uero fame pereo. Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cœlum & coram te: iam non ſum dignus uocari filius tuus, fac me ſicut unũ de mercenarijs tuis. Et ſurgens, uenit ad patrẽ ſuum. Cum autem adhuc longe abeſſet, uidit illũ pater ipſius, & miſericordia motus eſt, & accurrens ruit in collũ eius, & oſculatus eſt eum. Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in cœlum & coram te, neq; poſthac ſum dignus uocari filius tuus. Dixit autẽ pater ad ſeruos ſuos: Proferte ſtolam primã, & induite illum, & date annulũ in manum eius, & calceamẽta in pedes, & adducite uitulũ illũ ſaginatũ, atq; mactate, ſumptisq; epulis lætemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt. Et cœ-

perunt lætari. Erat autem filius eius senior in agro: & cum ueniret, & appropinquasset domui, audiuit concentum & choros, & uocauit unum de seruis suis, & interrogauit quid essent illa. At is dixit illi: Frater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulum illum saginatum, q incolumem illum recepe rit. Indignatus est autem, nec uolebat introire. Pater ergo illius egressus rogabat illum. At ille respondens, dixit patri: Ecce tot annis seruio tibi, nec unquam præceptū tuum transgressus sum, nec unquam dedisti mihi hœdū, ut cum amicis meis lætarer, sed post quam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam tuam cum meretricibus, uenit, occidisti illi uitulū illum saginatum. At ille dixit ei: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Lætari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perieratq, & inuentus est.

CAPVT XVI.

Dicebat autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat dispensatorem, & hic delatus est apud illū, ut qui dissiparet bona ipsius. Et uocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem dispensationis tuæ, non enim poteris posthac dispensare. Ait autem dispēsator intra se: Quid faciā, quia dominus meus

meus aufert à me dispensationem? Fodere non ualeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero à dispensatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantũ debes domino meo? At ille dixit: Centum batos olei. Dixitq; illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito, & scribe quinquaginta. Deinde alteri dixit: Tu uero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe cautionẽ tuam & scribe octoginta. Et laudauit dominus dispensatorem iniquum, quod prudenter fecisset. Quia filij huius sæculi prudentiores sunt filijs lucis in natione sua. Et ego uobis dico: Facite uobis amicos ex mammona iniusto, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, & in multo fidelis est: & qui in minimo iniquus est, is & in multo iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod uerum est, quis credet uobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est quis dabit uobis? Nemo seruus potest duo bus dominis seruire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis deo seruire & mammonæ. Audiebant autem hæc omnia & pharisæi, qui erant auari, & deridebãt illum. Et ait illis: Vos estis Mat. 6.

qui iustificatis uosipsos coram hominibus, deus autem nouit corda uestra. Quia quod hominibus excelsum est, abominandum est
Matt. 11. coram deo. † Lex & prophetæ usq; ad Ioannem, ab eo tempore regnum dei annunciatur, & quiuis in illud uim facit. † Faci-
Matt. 5. 5. 19. 10. lius est autem cœlum & terrā præterire, q̄ Matt. R. legis unum apicem cadere. * Quisquis dimittit uxorem suam, & alteram ducit, adulterium cōmittit: & qui dimissam à uiro ducit, adulteriū committit. Homo quidā erat diues, qui induebatur purpura & byssо, & epulabatur quotidie splendide. Erat autem quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius hulcerosus, cupiens saturari de micis quę cadebant de mensa diuitis. Sed & canes ueniebant, ac lingebant hulcera eius. Accidit autem ut moreretur mendicus, & deportaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est aūt & diues, ac sepultus est, atq; in tartaro sublatis oculis suis, cum esset in tormentis, uidet Abraham eminus, & Lazarū in sinu eius: & ipse clamans, dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremū digiti sui in aquā, ac refrigeret linguā meam, quia crucior in flāma hac. Dixit aūt Abraham: Fili recordare q̄ receperis bona tua in uita tua, & Lazarus similiter mala, nunc autē hic solatio fruitur, tu uero cruciaris.

Et

Et super hæc omnia inter nos & uos hiatus ingens firmatus est, ut ij qui uolũt hinc transire ad uos, non possint, neq; istinc huc transcendere. Ait autem: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinq; fratres, ut testificetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum cruciatus. Ait illi Abraham: Habent Mosen & prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non pater Abrahã, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, resipiscent. Ait autem illi. Si Mosen & prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent.

CAPVT XVII. 18. 9.

Ait autem ad discipulos: † Fieri non potest, quin ueniant offendicula: uæ tamen illi per quem ueniunt: expedit illi, si mola asinaria ponatur circa collum eius, & proiectus fuerit in mare, potius quàm ut offendiculo sit uni de pusillis istis. † Cauete uobis. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnituerit, remitte illi. † Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, remittes illi. Et dixerunt apostoli domino: Adauge nobis fidem. † Dixit autem dominus: Si haberetis fidem sicut granum sinapis, dixissetis huic arbori sycamino: Eradicare, & transplantare in mare, & obedisset uobis. Quis autem uestrum ha-

Mat. R. 6. 18. 11. Matt. R. Matt. 18. M. 17. 21

bens seruum arantem aut pascentem, qui regresso ab agro dicat: Statim trãsi & accumbe: ac non potius dicit illi: Para quod cœnem, & præcinge te, ac ministra mihi donec edero & bibero, & post hæc edito & bibito tu? Num gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperata fuerant? Non puto. Sic & uos, cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite: Serui inutiles sumus, q̃d debuimus facere, fecimus. Et factum est dum iret Hierosolymam, & ipse transibat per mediam Samariã & Galilæam. Et cum ingrederetur quendam uicum, occurrerunt ei decem uiri leprosi, qui steterunt procul, intentaq; uoce dixerunt: Iesu præceptor, miserere nostri. Quos ut uidit, dixit illis: Ite, ostendite uos sacerdotibus. Et factum est, ut inter eundum mundati sint. Vnus autem ex illis, ut uidit quod mundatus esset, regressus est, cum uoce magna glorificans deum, & procidit in faciem ad pedes eius, gratias agens ei: & hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus, dixit: Nõnne decem mundati sunt? Nouem autem illi ubi? Non sunt reperti qui redierint, ut darent gloriam deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, uade, fides tua te seruauit. Interrogatus autem à pharisæis, quando uentu
24. 13. rum esset regnum dei: respondit eis, & di-
Mat. R. xit: † Non uenlet regnum dei cum obserua

tione,

tione, neq; dicent: Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum dei intra uos est. Et ait ad discipulos: Venient dies, quando desiderabitis uidere unum dierum filij hominis, nec uidebitis. †Et dicent uobis: Ecce hic, Ibidem.
ecce illic. Nolite ire, neq; sectemini. † Nam Mat. 24.
sicut fulgur coruscans è regione quæ sub cœlo est, in alteram quæ sub cœlo est fulget, ita erit filius hominis in die suo. † Sed Matt. 16.
prius oportet illum multa pati, & reproba 17. & 20.
ri à natione hac. †Et sicut accidit in diebus Mar. 8.
Noe, ita erit & in diebus filij hominis. Ede 9. & 10.
bant, bibebant, uxores ducebant, & daban Luc. 18.
tur nuptum ad eum usq; diem, quo intrauit
Noe in arcam, & uenit diluuium, & perdi- 24 7.
dit omnnes. † Consimiliter etiam sicut acci Mat. Ge.
dit in diebus Lot: Edebant, bibebant, eme- Gen. 19.
bant, uendebaut, plantabant, ædificabant:
cæterũ quo die exijt Lot è Sodomis, pluit
igni & sulphure de cœlo, & omnes perdidit. Secundum hæc erit dies, quo filius hominis reuelatur. In illo die qui fuerit in tecto, & uasa eius in domo, ne descendat ad tollendum illa: & qui in agro, similiter non
redeat ad relicta. † Memores autem estote Ibidem.
uxoris Lot. * Quicunq; quæsierit animam Mat. 10.
suam seruare, perdet illã: & quicunq; per- & 16.
diderit illã, uitam illi parabit. Dico uobis: Mar. 8.
*In illa nocte erunt duo in lecto uno, unus Luc. 9.
assumetur, & alter relinquetur. Duæ erunt

molentes simul, una assumetur, & altera re-
linquetur. Et respondentes, dicunt illi: Vbi
Matt. 24. domine? Qui dixit illis: † Vbicunq; fuerit
corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

CAPVT XVIII.

Eccli 18. 1. Thes. 5. Dicebat autem & parabolam ad illos, huc spectantem, q̃ oporteret semper orare, nec defatigari, dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui deum non timebat, nec hominem reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduersario meo. Et nolebat aliquandiu. Post hæc autem dixit intra se: Quanquã deum non timeo, nec hominẽ reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc uidua, uindicabo illam, ne tandem ueniens suggillet me. Ait autem dominus: Audite quid iudex iniquus dicat, Deus autem non faciet uindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, etiam cum patiens fuerit super illis? Dico uobis, q̃ faciet uindictam illorum cito. Veruntamen filius hominis cum uenerit, an reperturus est fidem in terra? Dixit autem & ad quosdam qui in se confidebant, quod essent iusti, & aspernabãtur cæteros, parabolam istam: Duo homines ascendebant in templũ, ut precarentur: unus phariseus, & alter publicanus. Phariseus stans, hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi,

quòd

†quòd non sim sicut cęteri homines, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus: ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Et publicanus procul stans, nec oculos uolebat ad cœlum attollere, sed percutiebat pectus suum, dicēs: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico uobis, descendit hic iustificatus in domum suam magis quàm ille. † Quia omnis qui se extollit, humiliabitur: & qui se humiliat, extolletur. * Afferebant autem ad eum & infantes, ut eos tangeret. Quod cum uiderent discipuli, increpabant illos. Iesus autem cum illos ad se uocasset, dixit: Sinite pueros uenire ad me, & nolite uetare eos: talium est enim regnum dei. * Amen dico uobis, quicunq; non acceperit regnum dei ueluti puer, non intrabit in illud. † Et interrogauit eum quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciendum mihi, ut consequar uitam æternam? Dixit autem ei Iesus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi solus deus. Præcepta nosti: † Non committes adulterium: non occides: non facies furtum: non falsum testimonium dices: honora patrē tuum, & matrem tuam. At ille ait: Hæc omnia seruaui à iuuentute mea. † Quo audito Iesus, ait ei: Adhuc unum tibi deest: Omnia quæcunque habes uende, & distribue pauperibus, &

Eccli 7.
23. 14. Mat. Lu.
19. 10. Matt. R.
Ibidem.
Ibidem.
Exo. 20.
19. 19. Matt. R.

habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me. † His ille auditis, mœrore affectus
Ibidem. est, quia diues erat ualde. Videns autẽ Iesus illum mœrore affectũ, dixit: Quàm difficile qui pecunias habent, in regnum dei intrabunt. Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum dei. Et dixerunt qui audierant: Et quis potest saluus fieri? At ille ait: Quæ impossibilia sunt apd homines, possibilia sunt apud deum. Ait autem Petrus: Ecce nos reliquimus omnia, & secuuti sumus te. Qui
Matt.19. dixit eis: † Amen dico uobis, nemo est qui
Mar. 10. reliquit domum aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut liberos propter regnum dei, qui non recepturus sit multo plura in hoc tempore, & in sæculo uenturo uitam
Matt.16. æternam. † Assumpsit autem Iesus duode-
& 20. cim, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam, &
Mar.10. consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & contumelijs afficietur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum, ac die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat uerbũ istud absconditum ab eis, nec intelligebant quæ dicebantur. †
Matt.20. Accidit autem cum appropinquaret Hieri
Mar.10. cho, cæcus quidã sedebat iuxta uiam, mendicans: & cum audiret turbam prætereun-

tem,

tem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autẽ ei quòd Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit, dicens: Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui præibant, increpabant eum ut taceret Ipse uero multo magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei. Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum, dicens: Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Domine, ut uisum recipiam. Et Iesus dixit ei: Recipito uisum. Fides tua te saluum reddidit. Et confestim uisum recepit, ac sequebatur illũ, glorificans deum. Et omnis plebs ut uidit, dedit laudem deo.

CAPVT XIX.

ET ingressus, perambulabat Hiericho. Et ecce uir nomine Zachæus, atq; is princeps erat publicanorũ, & idem erat diues, & quærebat uidere Iesum quis esset, nec poterat præ turba, quod statura pusillus esset. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, ut uideret eum: nam illac erat transiturus. Et cum uenisset ad locum, suspiciens Iesus uidit illum, dixitq; ad eum: Zachæe festinans descende, quia hodie domi tuæ oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Cumq; uiderent omnes, murmurabant, dicentes, quod ingressus esset apud hominem peccatorem diuersaturus. Stans autẽ Zachæus,

dixit ad dominum: Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Hodie salus domui huic contigit, eo quod & ipsa filia sit Abrahæ: † Venit enim filius hominis quærere & seruare quod perierat. Hæc illis audientibus, adijciens dixit parabolam, eo q̃ esset prope Hierosolymam, quod̃q̃ existimarent fore, ut confestim regnum dei manifestaretur. Dixit ergo: † Homo quidam genere clarus profectus est in regionem longinquam, ut acciperet sibi regnũ, ac reuerteretur. Vocatis autẽ decem seruis suis, † dedit eis decem minas, & ait ad illos: Negotiemini donec ueniam. Ciues autem eius oderãt eum, miserunt̃q̃ legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factũ est ut rediret accepto regno, iussit̃q̃ uocari illos seruos ad se, quibus dederat pecuniã, ut sciret quantum quisq̃ negotiatus esset. Venit autem primus, dicens: Domine, mina tua decẽ minas acquisiuit. Et ait illi: Euge bone serue, quia in minimo fuisti fidelis, habeto potestatem super decem ciuitates. Et alter uenit dicens: Domine, mina tua confecit quinq̃ minas. Et huic ait: Et tu præfectus esto quinq̃ ciuitatibus. Et alius uenit, dicens: Domine, ecce mina tua quam habui repositã in sudario; timui enim te, q̃ homo austerus

Matt. 15.
Matt. 25.
Marc. 13.
Matt. 25

austerus sis, tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Dicit ei: De ore tuo te iudicabo serue male: sciebas q̃ ego homo austerus sim, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui: & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego ueniens cum usuris utiq̃ exegissem illã? Et adstantibus dixit: Auferte ab illo minã, & date illi qui decem minas habet. Et dixerũt ei: Domine, habet decẽ minas. † Dico enim uobis, q̃ omni habẽti dabitur: ab eo autem qui non habet, etiam quod habet auferetur. Quin inimicos meos illos, qui noluerũt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. † Et his dictis, ibat pergẽs ascendere Hierosolymã. Et factum est cum appropinquasset ad Betphage & Bethaniã iuxta montem qui uocatur oliuarũ, misit duos discipulos suos, dicens: Ite in castellum quod è regione est: in quod introeuntes, inuenietis pullum alligatum, in quo nemo unquam hominũ sedit, soluite illum & adducite. Et si quis uos interrogauerit: Quare soluitis? Sic dicetis ei: Quia dominus eo opus habet. Abierunt autem qui missi erant, & inuenerunt sicut dixerat illis. Soluentibus autem illis pullũ, dixerunt domini eius ad illos: Quare soluitis pullũ? At illi dixerunt: Quia dominus eo habet opus. Et duxerunt illum ad Iesum. Et iectis uestimentis suis

M. 13. 25. Mar. 4. Luc. 8.

Mat. 25. Marc. 11.

21.11.12. super pullũ impoſuerũt Ieſum. †Eunte au-
Mat. R.I tem illo, ſubſternebant ueſtimẽta ſua in uia.
Et cum appropinquaret iam ad deſcenſum
montis oliuarum, cœperunt omnis multitu
do diſcipulorum gaudentes laudare deum
uoce magna ſuper omnibus quas uiderant
uirtutibus, dicentes: Benedictus qui uenit
rex in nomine domini: pax in cœlo, & glo
ria in altiſſimis. Et quidam phariſæorum è
turba dixerunt ad illum: Magiſter, increpa
diſcipulos tuos. Quibus ipſe ait: Dico uo-
bis, ꝙ ſi hi tacuerint, mox lapides clama-
Abac.2. bunt. †Et ut appropinquauit, uidens ciui-
tatem fleuit ſuper illa, dicens: Si cognouiſ-
ſes & tu, & quidem in iſto die tuo, quæ ad
pacem tuam pertinent, curares. Nunc aũt
abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia ueniẽt
dies in te, & circundabũt te inimici tui ual
lo, & cingent te, et coanguſtabũt te undiq;,
24.12.21. & ſolo æquabunt te, & filios tuos qui in te
M.R.L. ſunt. † Et non relinquent in te lapidem ſu-
21. 11. 2. per lapidem, eo ꝙ non cognoueris tempus
Mat.R.I. uiſitationis tuæ. †Et ingreſſus in templum
cœpit eijcere uendentes in illo & ementes,
Eſa.56. dicens illis: †Scriptum eſt: Domus mea do
Hier.7. mus precationis eſt, uos autẽ feciſtis illam
21. 11. ſpeluncã latronum. Et docebat quotidie in
Mat. R. templo. * Principes autem ſacerdotum, &
L.20.22. ſcribæ quærebant illum perdere, & primo-
Io.7.8. res plebis, nec inueniebant quid facerent:

totus

totus enim populus pendebat ab ore eius, cum audiret illum.

CAPVT XX.

ET ✱factum est in uno dierũ illorum, docente illo populum in templo & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum & scribæ cum senioribus, & aiunt illi, dicentes: Dic nobis, Qua autoritate ista facis? Aut quis est qui dedit tibi istam autoritatem? Respondens autem Iesus, dixit ad illos: Interrogabo uos & ego unum quidd̃, & respondete mihi: Baptismus Ioannis è cœlo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se, dicentes: Si dixerimus è cœlo, dicet: Quare ergo non credidistis illi? Sin dixerimus ex hominibus, plebs uniuersa lapidabit nos. Persuasum enim habet, Ioannem prophetam esse. Et responderunt se nescire unde esset. Et Iesus ait illis: Neque ego dico uobis, qua autoritate hæc faciam. ✱Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc: Homo quidam plantauit uineã, & locauit eam colonis, & ipse peregre egit multo tempore. Cumq; esset opportunum, misit ad colonos seruum, ut de fructu uineæ darent ipsi. Qui cæsum emiserunt eum inanem. Et rursus adhuc alterum seruum misit: Illi uero hunc quoq; cæsum, & contumelijs affectum emiserunt inanem. Rursus misit & tertium. At illi hunc quoq; uulne-

21. 11. Mat. mar

21. 12. Mat. mar

tribus inflictis, eiecerunt. Dixit autem dominus uineæ: Quid faciam? Mittã filium meum dilectum, forsitan cum hunc uiderint, reuerebuntur. Quem cum uidissent coloni, cogitauerunt intra se, dicentes: Hic est hæres, uenite occidamus illum, ut nostra fiat hæreditas. Et eiectum illum extra uineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus uineæ? Veniet & perdet colonos istos, & dabit uineam alijs. Quod cum audissent, dixerunt: Absit. Ille uero intuitus eos ait:
Psal. 117. Quid est ergo hoc quod scriptum est: *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes,
Matt. 21. is factus est caput anguli? omnis qui ceci-
Matt. 12. derit super illum lapidem, conquassabitur:
Acto. 4. super quem autem ceciderit, comminuet il-
1. Pet. 2. lum. † Et quærebãt principes sacerdotum
†Mat. 21 & scribæ inijcere in illum manus eadẽ ho-
Marc. 12 ra, & timuerunt populum. Cognouerũt enim q̃ in ipsos dixisset similitudinem hanc.
Ibidem. *Et obseruantes, emiserunt insidiatores, qui se iustos simularent, ut caperẽt eum ex sermone, traderent q̃ illũ principatui & potestati præsidis. Et interrogauerunt eum, dicentes: Magister, scimus quod recte dicis, ac doces, nec respicis personam, sed uiam dei cum ueritate doces. Licet nobis tributum dare Cæsari, an non? Intellecta autem illorum uersutia, dixit ad eos: Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium cuius habet

bet imaginem & inscriptionem? Respondentes, dixerunt: Cæsaris. Et ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quę sunt Dei, Deo. Et non potuerunt uerbum eius reprehendere coram populo: & mirati super responso eius, tacuerunt. † Accesse runt autem quidam Sadducæorum, qui negant esse resurrectionē, & interrogauerunt eum, dicentes: Magister, †Moses scripsit nobis: si cuius frater mortuus fuerit, habēs uxorem, isq; sine liberis mortuus fuerit, ut accipiat frater eius uxorem, & suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant, & primus accepit uxorem, ac mortuus est sine liberis. Et accepit secundus illam, & ipse mortuus est sine liberis. Et tertius accepit illam, similiter & cæteri septem: nec reliquerunt liberos, & mortui sunt. Nouissime omnium mortua est & mulier: in resurrectione ergo cuius eorum erit uxor? Si quidem septem habuerunt eam uxorem. Et respondens, ait illis Iesus: Filij huius sæculi ducunt uxores, & nuptum dant: Illi uero qui digni habebuntur sæculo illo, & resurrectione ex mortuis, neq; ducūt uxores, neq; nuptū dant: neq; enim ultra mori possunt: æquales enim angelis sunt, et filij sunt dei, cum sint filij resurrectionis. † Quod uero resurgant mortui, & Moses ostendit iuxta rubū, cum dicit dñm deum Abraham,

22. 12. Mat. mar Acto. 23. Deut. 25. Exo. 3. Marc. 12

& deum Isaac, & deum Iacob. Deus autem non est mortuorum, sed uiuorum: omnes enim illi uiuunt. Respondentes autem quidam scribarũ, dixerunt: Magister, bene di-
Matt. 22. xisti. *Et amplius non audebant eum quic
22. 12. quam interrogare. Dixit autem ad illos: *
Matt. R. Quomodo dicunt Christum filium esse Dauid, & ipse Dauid dicit in libro Psalmorũ:
Psal. 109 *Dixit dominus domino meo, Sede à dextris meis, donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Dauid ergo domi-
23. 12. 11. num illum uocat, & quomodo filius eius
M. R. L. est? †Audiente uero cuncto populo, dixit discipulis suis: Cauete à scribis, qui uolũt
ambulare in stolis, & amant salutationes
23. 12. in foris, ac primas cathedras in synagogis,
Matt. R. & primos discubitus in cõuiuijs. *Qui deuorant domos uiduarum, simulantes longas preces, hi accipient damnationem maiorem.

CAPVT XXI.

Marc. 12 SVblatis autem oculis uidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium, diuites. Vidit autem & quandam uiduã pauperculam, mittentem illuc æra minuta duo, & dixit: Vere dico uobis, quod uidua hæc pauper plus quàm omnes misit. Nam omnes hi ex eo quod ipsis exuberat miserũt in munera dei: hæc autem ex penuria sua uniuersam substantiam quam habebat, misit.

Et

*Et quibusdã dicentibus de templo, quod pulchris lapidibus ac donis ornatum esset dixit: *Ex his quæ uidetis, uenient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidẽ, qui non diruatur. * Interrogauerunt autem illum, dicentes: Præceptor, quando hæc erunt, & quod signum, quando ista futura sint? At ille dixit: *Videte, ne seducamini. Multi enim uenient sub nomine meo, dicentes se esse Christum, & tempus instat, ne igitur sequamini illos. Cæterum, cum audieritis bella & seditiones, nolite terreri: oportet enim prius hæc fieri, sed nõ statim finis. * Tunc dicebat illis: Insurget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, & terræmotus magni erunt in singulis locis, & fames, ac pestilentiæ, terriculamentaq́, & signa de cœlo magna erunt. * Sed ante hæc omnia inijcient uobis manus suas: & persequentur, tradentes in conciliabula & carceres: trahentes ad reges ac præsides propter nomen meum. Cõtinget autem uobis in testimonium. * Habete igitur fixum in cordibus uestris, non esse præmeditandam defensionem: nam ipse dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt contradicere, neq́ resistere omnes qui aduersabuntur uobis. * Trademini autem etiam à parentibus & fratribus & cognatis & amicis, & morte afficient quosdam ex uobis.

Matt. 24. Marc. 13. Luc. 19. 24. 13. Matt. R. Ibidem. Ibidem. 10. 24. 13. Matt. R. Io. 15. 16. 10. 13. Matt. R. Mich. 7.

M.10.24 †Et eritis inuisi omnibus propter nomen
Marc.13. meum, & pilus de capite uestro non perit.
Ioan. 16. *Per patientiam uestram possidete animas
Rom.8. uestras. † Cum autem uideritis circundari
Mat. 24. ab exercitibus Hierosolymam, tunc scito-
Mar. 14. te quod immineat desolatio eius. Tunc qui
in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in
medio eius, discedãt: & qui in regionibus,
nõ intrent in eam: qa dies ultionis hi sunt,
Ibidem. ut impleãtur omnia quæ scripta sunt. * Væ
autem prægnantibus & mamma nutrienti-
bus in illis diebus. Erit enim afflictio ma-
gna super terram, & ira in populo hoc. *
Esa. 3.13. Et cadent acie gladij, & captiui ducentur
in omnes gentes. Et Hierusalem calcabitur
24. 13. à gentibus, donec impleantur tempora gen
Matt. R. tium. * Et erunt signa in Sole & Luna &
Iohel.2. stellis, & in terris anxietas gentium per de
Ezec.38. sperationem, resonante mari & fluctu, exta-
Osee 10. bescentibus hominibus præ timore, & ex-
Apoc. 6. pectatione eorum, quæ superuenient orbi
terrarum, Nam uirtutes cœlorum moue-
Mat. 24. buntur, †& tunc uidebunt filium hominis
Marc.13. uenientem in nube cum potestate & gloria
Esa.2.3. magna. His autem fieri incipientibus suspi
cite & attollite capita uestra, quoniam ap-
propinquat redemptio uestra. Et dixit illis
similitudinem: Videte ficum & omnes ar-
bores, cum protrudunt iam gemmas, cer-
nentes ex uobisipsis scitis, quod iam instet
æstas,

æstas. Ita & uos cum uideritis hęc fieri, scitote quod instet regnum dei. Amen dico uobis, non præteribit ætas hæc antequam omnia facta fuerint. † Cœlum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. * Cauete autem uobis, ne quando grauentur corda uestra crapula & ebrietate, & curis huius uitæ, subitus ęp uobis ingruat dies ille: tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem totius terræ. † Vigilate itaq; omni tempore, deprecantes, ut liceat uobis effugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. † Docebat autem interdiu in templo: noctu uero exiens diuersabatur in monte, qui uocatur oliuarum. Et omnis populus diluculo uentitabat ad eum, ut in tẽplo audiret eum.

24. 13. Matt. R.
Roma. 13
Eccle. 37
Esa. 5.
24. 13. Mat. mar
1. Pet. 4.
Ioan. 8.

CAPVT XXII.

26. 14.

I * Nstabat autem dies festus azymorum, qui dicitur pascha: † & quærebant principes sacerdotũ & scribæ, quomodo eum interficerent: timebant enim plebem. * Intrauit autem satanas in Iudam, cui cognomen erat Iscariotes, qui erat ẽ numero duo decim: abijtq; et loquutus est cum principibus sacerdotum ac magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt, ac pacti sunt pecuniam illi se daturos. Et ille spopondit; † quærebatq; opportunitatem,

Matt. R.
Exo. 12.
Ioã. 7. 11.
Ioan. 13.
26. 14. 13.
M. R. Io.
Ioan. 18.

ut traderet illum illis sine turba. † Venit au-
Matt. R. tem dies azymorum, in qua necesse erat im-
Exo. 12. molari pascha. Et misit Petrum ac Ioãnem,
dicens: Euntes parate nobis pascha, ut eda
26. 14. mus. At illi dixerunt ei: Vbi uis paremus?
Mat. R. Et dixit ad eos: † Ecce, introeuntibus uo-
bis in ciuitatem, occurret homo, uas aquæ
testaceũ portans, sequimini eum in domum
in quam intrat, & dicetis patrifamilias æ-
dium: Dicit tibi magister: Vbi est diuerso-
rium, ubi pascha cũ discipulis meis edam?
Mar. 14. † Et ipse ostendet uobis cœnaculum ma-
gnum stratum, ibi parate. Euntes autem in-
uenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt
pascha. Et cum iam esset tempestiuum, accu
26. 14. 13 buit, ac duodecim apostoli cum eo. Et ait
Ma. R. 1. illis: † Desiderio desideraui hoc pascha co
medere uobiscum antequam patiar. Dico
enim uobis, posthac non edam ultra ex eo,
donec compleatur in regno dei. Et accepto
26. 14. poculo, gratias egit, ac dixit: Accipite hoc,
Mat. Mar. & diuidite inter uos. † Dico enim uobis,
quod non bibam de fructu uitis, donec re-
Ibidem. gnum dei ueniat. † Et accepto pane, cũ gra
tias egisset, fregit, ac dedit eis, dicens: Hoc
est corpus meum, quod pro uobis datur:
1. Cor. 11. hoc facite in mei recordationem. † Simili-
ter & poculum postquam cœnauit, dicens:
Ibidem. † Hoc poculum, nouum testamentum per
sanguinem meum, qui pro uobis effundi-
tur.

tur. † Veruntamen ecce manus prodentis Matt.26.
me mecum est in mensa. Et filius quidem Mar.14.
hominis secundum quod definitum est ua- Ioan.13.
dit: ueruntamen uæ homini illi per quem
proditur. † Et ipsi cœperunt quærere inter Ibidem.
se, quis nam esset ex ipsis qui hoc factu- 18. 20.10
rus esset. † Facta est autem & contentio in- Matt. R.4
ter eos, quis eorum uideretur esse maior. * Luc.9.
Dixit autem eis: Reges gentium dominan- Mat.20.
tur eis, & qui potestatem habent super eas, Mar.10.
benefici uocantur. Vos autem non sic: sed
qui maior est in uobis, fiat sicut iunior: &
qui princeps est, sicut qui ministrat. † Nam Ioan.13.
uter maior est, qui accumbit, an qui mini-
strat? nónne qui accumbit? At ego in me-
dio uestrum sum, ut qui ministrat. Vos au-
tem estis qui permansistis mecum in tenta-
tionibus meis. † Et ego dispono uobis, si- Luc.12.
cut dispositit mihi pater meus regnum: ut
edatis & bibatis super mensam meam in re
gno meo: † & sedeatis super thronos, iudi- Apoc.3.
cantes duodecim tribus Israel. Ait autem Matt.19.
dominus: Simon Simon, ecce satanas expe
tiuit uos, ut cribraret sicut triticũ, sed ego
rogaui pro te ne deficiat fides tua: & tu ali
quando conuersus confirma fratres tuos. 26.14.15
At ille dixit ei: † Domine, tecum paratus Ma. R.1.
sum & in carcerem & in mortem ire. At Il-
le dixit: Dico tibi Petre, non canet hodie
gallus, prius quàm ter abneges te nosse me.

Matt. 10. Marc. 6. Luc. 9. †Et dixit eis: Quando misi uos sine sacculo & pera, & calceamentis, num quid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram: & qui non habet, uendat tunicam suam, & emat gladium. * 27. 14. 18 M. R. 10. Dico enim uobis: quoniã adhuc hoc quod †Esa. 53. scriptũ est oportet perfici in me: †Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent. At illi dixerunt: Domine ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Ioan. 18. Satis est. †Et egressus ibat, ut erat solitus, in montem oliuarum: sequuti sunt autem illum & discipuli. Et cum peruenisset ad lo- 26. 14. cum, dixit illis: †Orate, ne intretis in tenMa. mar. tationem. Et ipse auulsus est ab eis fermè ad iactũ lapidis, positis q̃ genibus orabat, dicens: Pater, si uis, transfer poculum hoc Ibidem. à me. † Veruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de cælo corroborans eum. Et correptus angore prolixius orabat. Et erat sudor eius sicut guttæ sanguinis, decurrentes in terram. Et Ibidem. cum surrexisset à deprecatione, †ueniss et q̃ ad discipulos suos, reperit eos dormientes præ mœstitudine. Et ait illis: Quid dormi- 26. 14. tis? Surgite & orate, ne intretis in tantatio- Matt. R. nem. Adhuc autem eo loquente, †ecce tur- Ioan. 18. ba, & qui uocabatur Iudas, unus è duodecim, antecedebat eos, & appropinquauit

Iesu,

Iesu, †ut oscularetur eum. Iesus autem di- Act. 1.
xit illi: Iuda, osculo filiũ hominis prodis?
Videntes autem hi qui circa ipsum erant,
quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, 26. 14.
percutiemus ne gladio? †Et percussit unus Matt. R.
ex illis seruum principis sacerdotum, & Ioan. 18.
amputauit auriculam eius dexteram. Re-
spondens autem Iesus, ait: Sinite hucusq;.
Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit 26. 14.
eum. †Dixit autem Iesus ad eos qui uene- Ma. mar.
rant ad se, principes sacerdotum ac magi-
stratus templi & seniores: Quasi ad latro 26. 14.
nem existis cum gladijs ac fustibus, † cum Matt. R.
quotidie uobiscum fuerim in templo, non Ioan. 18.
extendistis manus in me: sed hæc est ho- 26. 14.
ra illa uestra, & potestas tenebrarum. † Matt. R.
Comprehensum autem eum duxerunt, & Ioan. 18.
induxerunt in domum principis sacerdo-
tum. † Petrus uero sequebatur eminus. Ibidem.
Cum autem accendissent ignem in medio
aulæ, atq; unà consedissent, sedit & Petrus
inter illos. Quem cum uidisset ancilla quæ-
dam sedentem ad lumen, defixis in illũ ocu
lis, dixit: Et hic cum illo erat. At ille abne-
gauit eum, dicens: Mulier, non noui illum.
Et post pusillum alius uidens eum, dixit:
Et tu de illis es. Petrus uero ait: Homo, nõ
sum. Et interuallo interiecto ferè horæ uni-
us, alius quidam affirmabat, dicens: Vere
& hic cũ illo erat, nam & Galilæus est. Et

ait Petrus: Homo, nescio quid dicat. Et cõ-
tinuo adhuc illo loquente cecinit gallus.
26. 14. Et conuersus dominus, intuitus est Petrũ.
Matt. R. *Et recordatus est Petrus sermonis domi-
ni, quomodo dixerat ipsi: Prius quàm gal
lus cecinerit, ter me negabis. Et egressus fo
Matt.16. ras Petrus fleuit amare. * Et uiri qui tene-
17.&20. bant Iesum illudebant ei, cædentes: †& cũ
Marc. 8. circumtexissent eum, percutiebant faciem
& 10. eius, & interrogauerũt eum, dicentes: Va-
†Esa.50. ticinare: quis est ille qui te percussit? Et a-
26. 14. lia multa conuiciantes dicebant in eum. *
Ma.mar. Atq; ut illuxit, conuenerunt seniores ple-
bis, & principes sacerdotum & scribæ, &
duxerunt illum in concilium suum, dicen-
Ibidem, tes: * Num tu es ille Christus? dic nobis.
Et ait illis: Si uobis dixero, non credetis:
quod si etiam interrogauero, non respondebitis mihi, neq; dimittetis. * Ex hoc tempo
Ibidem. re erit filius hominis sedens à dextris uir-
Col,3. tutis dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo
Heb.1.10 es filius dei? Qui ait: Vos dicitis me esse. †
Mat 26. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus
Matt.14. testimonium? ipsi enim audiuimus ex ore ip
sius.

CAPVT XXIII.

27. 15.18 E†T surgens uniuersa multitudo eorum,
Mat.R.1. duxit illum ad Pilatum. Cœperunt au-
Ioan. 19. tem illum accusare, dicẽtes: * Hunc depre-
hendimus cuertentem gentem, ac uetantem
tributa

tributa dare Cæsari, dicentem se Christum
regem esse. † Pilatus autē interrogauit eū, Ioan.18.
dicens: Tu es ille rex Iudæorum? At ille re
spondens illi, ait: Tu dicis. Ait autem Pi-
latus ad principes sacerdotum & turbas: 27.15.19
* Nihil inuenio noxiæ in hoc homine. At M.R.Io.
illi inualescebant, dicentes: Commouet po
pulum, docens per uniuersam Iudæā, exor-
sus à Galilæa usq; ad hunc locum. Pilatus
autem audita mentione Galilææ, interro-
gauit num homo Galilæus esset. Et ut co-
gnouit quod ad Herodis ditionem pertine-
ret, remisit eum ad Herodē, qui & ipse Hie-
rosolymis erat per id tempus. Herodes au-
tem uiso Iesu gauisus est ualde. * Teneba- Luc.9.
tur enim multo iam tempore cupiditate ui-
dendi illū, * eo quod audiret multa de eo, Matt.14.
& sperabat se signum aliq̄d uisurum ab eo Marci 6.
fieri. Interrogabat autem eum multis sermo
nibus. At ipse nihil illi respondebat. Sta-
bant autem principes sacerdotum & scri-
bæ acriter accusantes eum. Spreuit autem
illū Herodes cum exercitibus suis: cum-q;
illusisset indutum ueste splēdida remisit ad
Pilatum. Et facti sunt amici inter sese Pila-
tus & Herodes in eodem die; nam antea si-
multas inter eos intercesserat. Pilatus autē
conuocatis principibus sacerdotū, & ma-
gistratibus, ac plebe dixit ad illos: * Ob- Act.4.
tulistis mihi hunc hominē quasi auertentem

populum: & ecce ego coram uobis interro
Ioan.19. gans, * nullum crimen inuenio in homine
isto ex his de quibus accusatis eum, sed ne
Herodes quidem, nam remisi uos ad illum,
& ecce nihil dignũ morte actum est ei. Ca-
stigatum ergo illum dimittam. Necesse au-
tem habebat dimittere eis in festo unum. *
Matt. 27 Exclamauit autẽ simul uniuersa turba, di-
Marc. 15 cens: † Tolle hunc, & dimitte nobis Bar-
Matt. 27 rabam, qui erat propter seditionem quan
Marc. 15. dam factam in ciuitate, & homicidium con
L. 8. Act. 3 iectus in carcerem. * Iterum autem Pilatus
Ioan. 16. loquutus est ad eos, uolẽs dimittere Iesum.
At illi clamabant, dicentes: Crucifige cru-
cifige eum. Ille autem tertio dixit ad illos:
Quid enim mali fecit hic? Nullum crimen
27. 15. 19 capitale comperio in eo, castigatũ ergo di-
Ma. R. I. mittam illũ. * At illi instabant uocibus ma-
gnis, postulantes ut crucifigeretur: & inua
lescebant uoces eorum, ac summorum sa-
Ibidem. cerdotum. * Et Pilatus adiudicauit, ut fie
27. 15. ret quod illi postulabant. Dimisit autem il-
Mat. mar lis eum, * qui propter seditionem & homi-
Act. 3. cidium coniectus fuerat in carcerem, quem
poposcerant; Iesum uero tradidit arbitrio
Mat. 27. eorum. * Et cum abducerent eum, appre-
Marc. 15 henderunt Simonem quendã Cyrenensem,
uenientem è rure, & imposuerunt illi cru-
cem ut portaret post Iesum. Sequebatur au
tem illum multa turba populi ac mulierũ,

quæ

quę & plangebãt et lamentabãtur eũ. Con
uersus autẽ ad illas Iesus, dixit: Filiæ Hie- Esa.3.
rusalem, nolite flere super me, sed super uo-
bisipsis flete, & super filijs uestris : quoni- 3. 2. 54.
am, *& ecce uenient dies, in quibus dicẽt: Sap. Esa.
Beatæ steriles, & uentres qui non genue- Galat. 4.
runt, & ubera quæ non lactauerunt. †Tũc Osee 10.
incipient dicere montibus, Cadite super Apo.6.
nos: & collibus, Operite nos. Quia si in hu
mido ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?
Ducebantur autem & alij duo facinorosi
cum eo, ut interficerentur. Et postquam ue-
nerunt in locum, qui uocatur Caluaria, ibi
crucifixerunt eum, & facinorosos : unum 27.15.19
à dextris, alterum à sinistris. *Iesus autem Ma. R.I.
dicebat: Pater, remitte illis : nesciunt enim
quid faciant. *Diuidentes uero uestimen- Ibidem.
ta eius, miserunt sortem. † Et stabat popu- Ibidem.
lus spectans, & deridebant eum principes
cum eis, dicentes: Alios seruauit, seruet sei
psum, si hic est ille Christus, ille dei electus.
Illudebant autem ei, & milites accedentes, 27. 15.
& acetum offerentes ei, dicentesq; : * Si tu Mat. mar
es ille rex Iudæorum, saluum te fac. †Erat lb dē, &
autem & inscriptio scripta super eum lite- Ioan. 19.
ris Græcis, & Latinis, & Hebraicis : Hic
est rex Iudæorum. *Vnus autem qui erant M. R. lb.
suspensi facinorosorum, cõuicia dicebat in
eum, dicens : Si tu es Christus, serua tei-
psum & nos. Respondens autem alter, in-

crepabat eum dicens: Ne times quidem tu deũ, quod in eadem damnatione es? Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus; hic uero nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei cum ueneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Amen di-
Ibidem. co tibi, hodie mecum eris in paradiso. * Erat autem ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt super totam terram usq; ad horam nonam: & obscuratus est Sol, & uelum templi scissum est mediũ. Et cum clamasset uo-
Psal.30. ce magna Iesus, ait: * Pater, in manus tuas
Mat.R.I. cõmendabo spiritum meum. * Et hæc cum
Ibidem. dixisset, expirauit. Cum uidisset autẽ Centurio quod accidit, glorificauit deum, dicens: Vere hic homo iustus erat. Et omnes turbæ eorum, qui simul accesserant ad spectaculum istud, & uiderant quæ contingebant, percutientes pectora sua, reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius procul & mulieres quæ sequutæ eum erant à Gali-
M.R. Ib. læa, hæc uidentes. * Et ecce uir nomine Ioseph, decurio, qui erat uir bonus ac iustus, hic non consenserat consilio ac facto eorũ: oriundus ab Arimathæa ciuitate Iudæorum, qui expectabat & ipse regnum dei: *
Ioan.19. hic accessit ad Pilatum, & postulauit corpus Iesu, & depositum inuoluit sindone, & posuit illud in monumento quod erat in lapide excisum, in quo nondum quisquã positus

stus fuerat. † Et dies erat parasceue, & sab batum illucescebat. * Subsequutæ autem mulieres quæ cum eo uenerant de Galilęa, uiderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. Reuersæ uero, parauerunt aromata & unguenta, & sabbato quidem quieuerunt secundum præceptum. Mar. 15. Ibidē, & Matt. 27.

CAPVT XXIIII. 28.16.20

VNo † autem sabbatorum profundo dilu culo uenerũt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata, & nonnullæ cum illis. Repererunt autem lapidem reuolutum à monumento, & ingressæ, non inuenerunt corpus domini Iesu. Et factum est dum mentæ consternatæ essent de hoc, ecce duo uiri steterunt iuxta illas in uestibus fulgurantibus. † Cum expauissent autem, & declinarent uultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis uiuentē cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini ut dixerit uobis cum adhuc in Galilæa esset, dicens, quod oporteret filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertio resurgere. Et recordatę sunt uerborũ eius, † & regressæ à monumento, nunciauerunt hæc omnia illis undecim, & cæteris omnibus. Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad M.R. 16. Matt. 16. Matt. R. Ibidem.

apostolos hæc. Et uisa sunt apud illos ceu deliramentum uerba illarum, neq; crediderunt illis. Petrus autem surgens, cucurrit ad monumentum: & prospiciens uidit linteamina sola posita, & abijt, apud semetipsum mirans quod acciderat. † Et ecce duo ex illis ibant eodem die in castellum, quod aberat spatio stadiorum sexaginta ab Hierosolymis, nomine Emaus, & ipsi confabulabãtur inter se de his omnibus quę acciderant. Et factum est dum confabularentur ac disputarent, & ipse Iesus appropinquans ibat unà cum illis. Cæterum oculi illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis inter uos ambulantes, & estis tristes? Ac respondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es Hierosolymis, neq; cognouisti quæ facta sunt illic his diebus. Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt ei: De Iesu Nazareno, † qui fuit uir propheta potens opere & sermone coram deo & toto populo: & quomodo eum tradiderũt summi sacerdotes & principes nostri in condemnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus eum esse illum qui redempturus esset Israel. Atqui super hæc omnia tertius dies est hodie quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nobis attonitos reddidere nos, quę

Mar. Ibi.

Mat. 21. Ioã. 4. 6. & 9.

diluculo

diluculo peruenerunt ad monumentum, &
non inuento corpore eius, uenerunt, dicen-
tes † se etiam uisionem angelorum uidisse, Ioan. 20.
qui dicerent eum uiuere. * Et abierunt qui Ibidem.
dam eorum qui erant nobiscũ ad monumen
tum, & ita repererunt sicut mulieres dixe-
rant, ipsum uero non uiderũt. Et ipse dixit
ad eos: O stulti & tardi corde ad credendũ
in oĩbus quę locuti sunt prophetę. † Nón M. 16. 17
ne hæc oportuit pati Christũ, & intrare in 20. R. 8.
gloriã suam? † Et exorsus à Mose & omni- & 10.
bus prophetis, interpretabatur illis in oĩ Gen. 3.
bus scripturis quæ de ipso erant. Et appro Esa. 50.
pinquauerũt castello quò ibant, & ipse prę & 53.
se ferebat se longius ire. Et coegerũt illum,
dicentes: Mane nobiscum, quoniam uergit
ad uesperã, & inclinatus est dies. Et intra-
uit ut maneret cum illis. Et factum est dum
accũberet cum eis, accepit panẽ, & benedi
xit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti
sunt oculi eorũ, & agnouerũt eũ, et ipse sub
duxit sese à cõspectu eorũ. Et dixerũt inter
se: Nónne cor nostrũ ardebat in nobis, dum
loqueretur nobis in uia, et apiret nobis scri
pturas? Et surgentes eadẽ hora regressi sunt
Hierosolymã, & inuenerũt congregatos un
decim, & eos qui cũ illis erant, dicẽtes: Sur
rexit dñs uere, & apparuit Simoni. Et illi
narrabant quę gesta erant in uia: & quomo
do fuisset agnitus ipsis ex fractione panis.

Ioan. 20. †Dum autem hæc loquuntur, stetit Iesus ipse in medio eorum, & dicit eis: Pax uobis. Expauefacti uero & conterriti, existimabãt se spiritum uidere, & dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cordibus uestris? Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Contrectate me & uidete, quia spiritus carnẽ & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et cum
28. 16. 20 hæc dixisset, ostendit eis manus ac pedes.
M. R. 10. †Adhuc autem illis non credentibus præ gaudio & mirantibus, dixit eis: Habetis hic aliquid edulij? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & aliquid de fauo apiario.
26. 14 Et accepit, & in conspectu illorum come-
Matt. R. dit. † Et dixit ad eos: Hæc sunt uerba quæ loquutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum, quod necesse foret impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi, & prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit illorum mentem, ut intelligerent scripturas, & di-
Act. 17. xit eis: Sic scriptum est, & † sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die: & prædicari nomine eius pœnitentiam, ac remissionem peccatorum in omnes
Act. 1. 3. gentes, initio facto ab Hierosolymis. † Vos
Io. 14. 15. autem estis testes horum. * Et ecce ego mit-
16. et 20. to promissum patris mei super uos. † Vos
Act. 1. autem sedete in ciuitate Hierusalem, quoad
Matt. 28. usq; induamini uirtute ex alto. * Eduxit
Act. 1. autem

autem eos foras usq; in Bethaniam, & sublatis in altum manibus suis, benedixit eis. Et factum est cum benediceret illis, recessit ab eis, ac ferebatur in cœlum. Et ipsi adorato eo, regressi sunt Hierosolymam cum gaudio magno, & erant semper in templo, laudantes & benedicentes deum. Amen.

Euangelij secundum Lucam, finis.

VITA SANCTI IOANNIS per D. Hieronymum.

IOannes apostolus, quẽ Iesus amauit plurimum, †filius Zebedæi, frater Iacobi apostoli, *quem Herodes post passionem domini decollauerat, nouissimus omnium scripsit Euangelium, rogatus ab Asiæ episcopis, aduersus Cerinthũ, alios q; hæreticos: & maxime tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse. Vnde & compulsus est diuinam eius natiuitatem edicere. Sed & aliam causam huius scripturæ ferunt: q; cum legisset Matthæi, Marci & Lucæ uolumina, probauerit quidem textum historiæ, & uera eos dixisse firmauerit, sed unius tantum anni, quo & passus est, post carcerem Ioannis historiam texuisse. Prætermisso itaq; anno, cuius acta à tribus exposita fuerant, su-

† Mat. 4.
* Act. 12.

perioris temporis antequam Ioannes clau-
deretur in carcerē, gesta narrauit: sicut ma-
nifestum esse poterit his qui diligenter qua-
tuor Euangeliorū uolumina legerint. Quæ
res etiam Diaphonian, quę uidetur Ioannis
esse cum cæteris, tollit. Scripsit autem &
unam epistolam, cuius exordium est: Quod
fuit ab initio, quod audiuimus & uidimus
oculis nostris: quod perspeximus, & ma-
nus nostræ contrectauerunt de uerbo uitæ:
quæ ab uniuersis ecclesiasticis & eruditis
uiris probatur. Reliquæ autē duæ, quarum
principiū est: Senior electæ dominæ & na-
tis eius: & sequentis, Senior Caio charissi-
mo, quem ego diligo in ueritate, Ioannis
presbyteri asseruntur, cuius & hodie alte-
rum sepulchrum apud Ephesum ostēditur:
& nonnulli putāt duas memorias eiusdem
Ioannis Euangelistæ esse: super qua re cum
per ordinē ad Papiam auditorem eius uen-
tum fuerit, differemus. Quartodecimo igi-
tur anno, secundam post Neronem persecu
tionem mouente Domitiano, in Patmos in-
sulā relegatus, scripsit Apocalypsim, quam
interpretantur Iustinus martyr & Hirenæ-
us. Interfecto autem Domitiano, & actis
eius ob nimiam crudelitatem à Senatu re-
scissis, sub Nerua principe redit Ephesum,
ibiq; usq; ad Traianum principem perseue
rans, totas Asiæ fundauit rexitq; ecclesias,

&

& confectus senio, sexagesimooctauo post passionem domini anno mortuus, iuxta eandem urbem sepultus est.

EVANGELIVM SECUNDUM Ioannem.

CAPVT I.

1. S.

IN principio erat sermo, & sermo erat apud deum, † & deus erat ille sermo. * Hic erat in principio apud deũ. † Omnia per ipsum facta sunt, & sine eo factum est nihil, quod factum est. * In ipso uita erat, & uita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non apprehenderunt. † Erat homo missus à deo, cui nomen Ioannes. Hic uenit ad testificandum, ut testaretur de luce, ut omnes crederent per ipsum. Non erat ille lux illa, * sed missus erat, ut testaretur de luce. † Erat lux illa lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, † & mundus eum non cognouit. * In sua uenit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis ut liceret

Gen. Pro
M. 1. L. 1
Infr. 1. 14. & 17.
Ioan. 5. 11. & 14.
Mat. 3. 11. 1. 3. 7. Mar. Lu. 11. 7. 3. m. L. mal Io. 3. 8. 9.
1. Ioan. 1.
Ioã. 3. 15.
Ephes. 6.
Col. 4.
Apoc. 19.

filios dei fieri, uidelicet his qui credidiſſent
in nomen ipſius. Qui non ex ſanguinibus,
2. 1. 2. neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uolunta-
Mat. Lu. te uiri, ſed ex deo nati ſunt. † Et ſermo ille
caro factus eſt, & habitauit in nobis: & con
ſpeximus gloriam eius, gloriam uelut uni-
geniti à patre, plenus gratia & ueritate. Io-
annes teſtificatur de ipſo, & clamat, dicēs:
M.1.R.1. † Hic erat de quo dicebam, qui cum me ſe-
queretur, anteceſſit me, quia prior me erat.
L.3. Inf.1 † Et de plenitudine eius nos omnes acce-
Pſal. 44. pimus, & gratiam pro gratia, quia lex per
Ro.1.5.7 Moſen data eſt, * gratia & ueritas per Ie-
Act.20. ſum Chriſtū exorta eſt. † Deum nemo uidit
Matt. 11. unquā. Vnigenitus filius, qui eſt in ſinu pa
Luc.10. tris, ipſe enarrauit. * Et hoc eſt teſtimoniū
† Ioā.5.10. Ioannis, quando miſerant Iudæi ab Hiero-
ſolymis ſacerdotes & Leuitas, ut interro-
garent eum: Tu quis es? Et confeſſus eſt, et
Infra 3. non negauit. † Et confeſſus eſt, inquiens,
Non ſum ego Chriſtus. Et interrogauerūt
eum: Quid ergo? Helias es tu? Et dicit: Non
ſum. Es tu propheta ille? Et reſpondit: Nō.
Dixerūt ergo ei: Quis es, ut reſponſum de-
3. 1. 3. mus his qui miſerunt nos? Quid dicis de te
M.R.L. ipſo? Ait: † Ego uox clamantis in deſerto,
dirigite uiā domini: ſicut dixit Eſaias pro-
Eſa.40. pheta. † Et qui miſſi fuerant, erant ex phari
Matt.11. ſæis. Et interrogauerunt eum, ac dixerunt
ei: Cur ergo baptizas, ſi tu nō es Chriſtus,
neq;

neq; Helias, neq; propheta ille? Respondit eis Ioānes, dicens: †Ego baptizo aqua, sed in medio uestrum stat quem uos nescitis: ipse est, qui cum me sequeretur, anteceſſit me, cuius ego non sum dignus ut soluam corrigiam calceamenti. †Hæc in Bethabara facta sunt trans Iordanem, ubi Ioannes baptizabat. Postero die uidet Ioannes Iesum uenientem ad se, & ait: †Ecce agnus ille dei, qui tollit peccatum mundi. * Hic est de quo dicebam: Post me uenit uir, qui me anteceſſit, quia prior me erat: & ego nescie bam eum, sed ut manifestus fiat Israeli, propterea ueni ego aqua baptizans. †Et testificatus est Ioannes, dicens: Vidi spiritum descendentem specie columbæ de cœlo, & mansit super eum, & ego non nouerã eum: †sed qui misit me, ut baptizarem aqua, is mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendentem ac manentem super eum, hic est qui baptizat spiritu sancto. Et ego uidi, & testificatus sum hunc esse filium dei. †Postero die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo, & intuitus Iesum ambulantem, dicit: Ecce agnus ille dei. Et audierũt eum duo discipuli loquentem, & sequuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus, & conspicatus eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, quod dicitur, si interpreteris, magister, ubi habi-

3. 1. 3. M. R. L. Act. 19. Infr. 3. 10. Infra 5. *Infra 3. 3. 1. 3. M. R. L. Luc. 1. Infra 5. Esa. 53.

tas? Dicit eis: Venite & uidete. Venerunt uiderunt́q; ubi maneret. Et apud eum manserunt die illo: hora autem erat fermè decima. Erat Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierant à Ioanne, & sequuti fuerant eum. Reperit hic prior fratrem suum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Messiam, quod est, si interpreteris, unctus: & adduxit eum ad Iesum. Intuitus eū Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona, tu uocaberis Cephas, quod sonat, si interpreteris, lapis. Postero die uoluit Iesus exire in
21. 10. Galilæam, & reperit Philippum, & dicit
Mat. Lu. ei: Sequere me. † Erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri. Repe
Gen. 1. 22 rit Philippus Nathanael, & dicit ei: † De
28. 49. quo scripsit Moses in lege, & prophetæ, in
Deut. 18. uenimus Iesum filium Ioseph Nazarenum.
Esa. 7. 9. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni & uide. Vidit Iesus Nathanael uenientem ad se, & dicit de eo: Ecce uere Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus uocaret, cum esses sub ficu, uidebā te. Respondit Nathanael, & ait ei: Rabbi, tu es ille filius dei, tu es ille rex Israel. Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi, Videbam te sub ficu, credis, maiora his uidebis. Et dicit ei: Amen amen dico

dico uobis: Posthac uidebitis cœlum aper Gene. 28.
tum, & angelos dei ascendentes & descen
dentes super filium hominis.

CAPVT II.

ET† die tertia nuptiæ fiebant in Cana Infra 4. 4
Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus ac discipuli eius ad nuptias. Et ubi defecisset uinum, dicit mater Iesu ad eum. Vinum non habent. Dicit ei Iesus: Quid mihi & tecum est mulier? nondum uenit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcunq; dixerit uobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hidriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas aut ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usque ad summum. Et dicit eis: Infundite nunc, & ferte architriclino: & tulerunt. Postquam autem gustasset architriclinus aquam in uinum uersam, neq; sciret unde esset, sed ministri sciebant qui hauserant aquam, uocat sponsum, & dicit ei: Omnis homo primo loco bonum uinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu seruasti bonum uinum usque ad hoc tempus. Hoc ædidit initium signorum IESVS in Cana Galilææ,

& manifestauit gloriam suam, & credide-
Matt. 4. runt in eũ discipuli eius. †Post hæc descen
Luc. 4. dit Capernaum ipse & mater eius, & fra-
tres eius, & discipuli eius, & ibi manserũt
nõ multis diebus. Et in propinquo erat pa
21. 11. 19. scha Iudæorum, & ascendit Iesus Hieroso-
M. R. L. lymam, † & reperit in templo eos qui uen-
debant boues, & oues, & columbas, & nu
mularios sedentes. Et cum feciſſet flagellũ
è funiculis, omnes eiecit è templo, oues si-
mul ac boues, & numulariorũ effudit æs,
mensasq; subuertit. Et his qui columbas
uendebant dixit: Auferte ista hinc, nec fa-
cite domum patris mei domum mercatus.
Recordati uero sunt discipuli eius q; scri-
Psal. 86. ptum est: †Zelus domus tuæ exedit me. Re
sponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: †
Mat. 16. Quod signum ostendis nobis quod ista fa-
Mar. 8. cias? Respondit Iesus, & dixit eis: * De-
Matt. 26. struite templũ hoc, & in tribus diebus eri-
Mar. 14. gam illud. Dixerunt ergo Iudæi: Quadra-
ginta & sex annis extructum est templum
16. 8. hoc, & tu in tribus diebus eriges illud? At
Mat. R. ille dicebat de templo corporis sui. Cum
ergo resurrexisset è mortuis, recordati sunt
discipuli eius quod hoc dixisset eis, & cre-
diderunt scripturæ & sermoni quẽ dixerat
Iesus. Cum autem esset Hierosolymis in pa
1. Par. 28 scha in die festo, multi crediderunt in no-
Sap. 6. men eius uidentes signa eius quæ edebat.

Ipse

Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, † eo qꝺ ipse nosset omnes, nec opus haberet ut quisquã testaretur de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine. Rom. 8. Hiere. 17. Apoc. 2.

CAPVT III.

ERat autem homo ex pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum, hic uenit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quòd à deo ueneris magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Respondit Iesus, & dixit ei: † Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit è supernis, non potest uidere regnum dei. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci cũ sit senex? Num potest in uentrem matris suæ iterũ introire, ac nasci? Respondit Iesus: † Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum dei. * Quod natũ est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Ne mireris quod dixi tibi, oportet uos nasci è supernis. † Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat & quò uadat. * Sic est omnis qui natus est è spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es ille magister Israelis, & hæc ignoras? † Amen amen dico tibi: quod scimus loquimur, & quod uidimus testa- Ioan. 7. & 19. 1. Ioan. 2. 3. & 5. Titum 3. Infr. 4. 6. & 7. *Infra 6. Eccli 8. Rom. 8. Sap. 12. 1. Cor. 2. Infra 5. 7.

mur, & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi uobis, & non creditis, quomodo si dixero uobis cœlestia, creditu
Ephes. 4. ri sitis? Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui
Ioã. 8. 12. descendit è cœlo, filius hominis qui est in
Num. 11. cœlo. Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium homi-
5. 4. nis, ut omnis qui credit in eum, non pereat,
Ro. 1. Io. sed habeat uitam æternam. † Sic enim deus
† 16. 24. dilexit mũdum, ut filium suum unigenitum
R. Luc. daret, ⋆ ut omnis qui credit in eum, non pe-
Infra 12. reat, sed habeat uitã æternam. † Non enim misit deus filium suum in mundum, ut condemnet mundum, sed ut seruetur mundus
Gal. 2. 3. per eum. † Qui credit in eum, non conde-
Luc. 8. mnatur. ⋆ Qui uero non credit, iam condemnatus est, quia non credidit in nomen unigeniti filij dei. Hæc est autem condemnatio, quod lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucẽ. Erant
1. Ioan. 2. enim eorum mala opera. Omnis enim qui mala agit, odit lucem, nec uenit ad lucem, ne arguantur opera ipsius. Qui autem operatur ueritatem, uenit ad lucem, ut conspicua fiant facta ipsius, quod per deum sint fa
Ioan. 4 cta. † Post hæc uenit Iesus & discipuli eius
3. 1. 3. in terram Iudææam, & illic morabatur cum
M. R. L. eis, ac baptizabat. ⋆ Baptizabat autem & Ioannes in Aenon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic, & ueniebant ac baptizabantur

bantur. Nondum enim coniectus fuerat Ioannes in carcerem. Orta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione. †Et uenerunt ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, * cui tu testimonium perhibuisti, ecce is baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Respondit Ioannes, & dixit: †Non potest homo accipere quicquã, nisi fuerit ei datum è cœlo. Ipsi uos testes estis quod dixerim: †Non sum ego Christus, sed missus sum ante illum. * Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi: hoc ergo gaudiũ meum impletum est, illũ oportet crescere, me uero minui. †Qui è supernis uenit, supra omnes est. Qui è terra profectus est, terrenus est, et è terra loquitur. Qui è cœlo uenit, supra omnes est: † & quod uidit & audiuit, hoc testatur, & testimonium eius nemo accipit. * Qui accepit eius testimonium, is obsignauit quod deus uerax sit. †Nam is quem misit deus, uerba dei loquitur. * Non enim huic ad mensurã dat deus spiritum. a Pater diligit filium, & omnia dedit illi in manum. b Qui credit filio, habet uitam æternam: c Qui uero non credit filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum.

Luc. 7. 3. 1. 3. M.R. L. l. 1. 5. 10. 2. Cor. 3. 3. 1. 3. M.R. L. Mar. 2. Mat. 9. Luc. 5. 4. 16. 17. Ephe. 10. Io. 1. 5. 7. 8. 25. 16. 3. 8. Ro. Io. Io. 12. 14. M. 1. L. 1 Esa. 61. 11. 10. 17. a M. L. 1. b Ioan. 6. c Mar. 6. Ioan. 8.

CAPVT IIII.

VT ergo cognouit dominus audisse pharisæos, quod Iesus plures discipulos faceret & baptizaret quàm Ioannes: quan-
4. 4. quam Iesus ipse non baptizaret, sed discipu
Mat. Lu. li eius, † reliquit Iudæam, & abijt iterum
Ioan. 2. 4. in Galilæam. Oportebat autem eum transi re per Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar, iuxta præ-
Gen. 48. dium, † quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem. Hora erat fermè sexta, uenit mulier Samaritana, ut hauriret aquam. Dicit ei Iesus: Da mihi quod bibam. Nam discipuli eius abierant in ciuitatem, ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudæus cum sis, potum à me poscis, quæ
Ioan. 8. sum mulier Samaritana? † Non enim commercium habent Iudæi cum Samaritanis. Respondit Iesus, & dixit ei: Si scires donũ dei, & quis sit qui dicit tibi: Da mihi quod
Ioan. 3. 7. bibam, tu petisses ab eo, † & dedisset tibi aquam uiuam. Dicit ei mulier: Domine, neque quo hauritas habes, & puteus profun-
Infra 7. dus est, † unde ergo habes aquam illam uiuam? Num tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: † quisquis autem biberit

ex

ex aqua quam ego dabo ei, non sitierit in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquę salientis in uitam ęternam. Dicit illi mulier: † Domine, da mihi istam aquam, ut non sitiam, neq; ueniam huc ad hauriendum. Dicit ei Iesus: Vade uoca uirum tuum, & ueni huc. Respondit mulier, & dixit ei: Non habeo uirum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, non habeo uirum: quinq; enim uiros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus uir: hoc uere dixisti. Dicit ei mulier: † Domine, uideo quod propheta es tu. ✶ Patres nostri in monte hoc adorauerunt, † & uos dicitis, quod Hierosolymis est locus ubi oporteat adorare. Dicit ei Iesus: Mulier crede mihi, uenit hora, quando neq; in monte hoc, neq; Hierosolymis adorabitis patrem. † Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: ✶ qa salus ex Iudæis est. Sed uenit hora, & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt patrem spiritu ac ueritate. Nam & pater tales quærit, qui adorent ipsum. † Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, spiritu ac ueritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio quod Messias uenturus est, qui dicitur Christus: cum ergo uenerit ille, nobis nũciabit omnia. Dicit ei Iesus: ✶ Ego sum qui loquor tibi. Et continuo uenerunt discipuli eius, & mirabantur quod cum mu

Ioan. 3. 6 & 7. Titum 3. Infra 6. Luc. 7. 3. Reg. 13 3. Reg. 9. 95. 44. Psal. Esa. Gene. 22. Num. 24 Hiere. 3. Ioan. 1. 3. 5. 6. 2. Cor. 3. 1 Ioan. 4. 26. 14. 22 M. R. L. l. 1. 9. 10.

liere loqueretur: Nemo tamen dixit: Quid quæris, aut cur loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abijt in ciui
Ioã.6.16 tatem, & dicit illis hominibus: *Venite, uidete hominem, qui dixit mihi omnia quæcunq; feci: num hic est ille Christus? Exierunt ergo è ciuitate, & ueniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, comede. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo comedendum, quem uos nescitis. Dicebant ergo discipuli inter se: Num
26.14. quis attulit ei quod ederet? Dicit eis Iesus:
Matt.R. †Meus cibus est, ut faciã quod uult is qui
Luc.22. misit me, & perficiam opus eius. Nónne
Ioan.5. uos dicitis: *Adhuc quatuor menses sunt,
*Mat.9. & messis ueniet? Ecce dico uobis, †attol-
Luc.10. lite oculos uestros, & uidete regiones, quo
†Esa.40 niam albæ sunt iam ad messem. Et qui me-
& 51. tit mercedem accipit, & cõgregat fructum in uitam æternam: ut & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est sermo uerus, quod alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi uos ad metendum, quod uos non laborastis. Alij laborauerunt, & uos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter sermonẽ mulieris testificãtis, q̃ dixisset sibi omnia quęcunq; fecisset. Cum ueniissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum ut apud se maneret:

neret: & mãsit ibi duos dies. Ac multo plures crediderunt propter sermonem ipsius: & mulieri dicebant: Iam nõ propter tuam orationẽ credimus, † ipsi enim audiuimus, Ioan. 17.
& scimus quòd hic est uere seruator mũdi 4. 2.
Christus. † Post duos autem dies exijt inde, & abijt in Galilæã. † Ipse enim Iesus testatus est, ꝙ propheta in sua patria honorẽ Matt. 10. Matt. 13. Marc. 6.
non haberet. † Cum ergo ueniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cum omnia Luc. 4. Ibidem.
uidiſſent quæ fecerat Hierosolymis in die festo: & ipsi enim uenerant ad diem festum.
* Venit ergo Iesus iterũ in Cana Galilææ, Supra 2.
ubi fecerat ex aqua uinum. † Et erat quidã 3. 7.
regulus, cuius filius infirmabatur Caper- Mat Lu.
naum: hic cũ audiſſet ꝙ Iesus aduenisset à 9. 5. 8.
Iudæa in Galilæam, abijt ad eum, * & ro- M.R.L.
gabat eum ut descenderet, ac sanaret ipsius filium: siquidẽ is agebat animã. Dixit ergo Iesus ad eum: † Nisi signa & prodigia uideritis, nõ credetis. Dicit ad eũ regulus: Dñe Exo. 4.
descende prius ꝙ moriatur filius meus. Di- 15. 4.
cit ei Iesus: Vade, filius tuus uiuit. * Credidit homo sermoni quem dixerat ei Iesus, & Gen. Ro. Galat. 3.
ibat. Iam autẽ eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerunt, dicentes: Filius Ionæ 3.
tuus uiuit. Sciscitatus est ergo horã ab eis, in qua melius habuisset. * Et dixerũt ei: He Prou. 34.
ri hora septima reliqt eũ febris. Cognouit 2. Re. 12.
ergo pater q̃d illa hora erat, in qua dixisset

sibi Iesus: Filius tuus uiuit, & credidit ipse & domus eius tota. Hoc iterum secundum signum edidit Iesus, cum uenisset à Iudæa in Galilæam.

CAPVT V.

POst hæc erat dies festus Iudæorum, & ascēdit Iesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis ad probaticam piscina, quæ nominatur Hebraice Bethesda, quinq; porticus habens: in his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum expectantium aquæ motum. Angelus enim descendebat certo tempore in piscinam, & turbabat aquam. Itaq; qui primus descendisset post turbationem aquæ, sanus fiebat, à quocunq; detinebatur morbo. Erat aūt quidam homo illic, qui triginta & octo annos morbo tenebatur. Hunc cum uidisset Iesus decumbentem, & cognouisset quod iam multū temporis morbo teneretur, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me
9. 2. 5. in piscinam. Sed interim dum ego uenio,
M.R.L. iam alius ante me descendit. † Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabbatum tuum, & am-
12. 2. 3. bula. Et statim sanus factus est homo ille,
Ma. mar. & sustulit grabbatū suum, & ambulabat.
Luc. 6. *Erat autem sabbatum in die illo: dicebāt
13. & 14. ergo Iudęi ei qui sanatus fuerat: Sabbatum est,

est, non licet tibi tollere grabbatū. Respon- Io.7.9.
dit eis: Qui me sanum fecit, is mihi dixit:
Tolle grabbatum tuum, & ambula. †Inter Infra 9.
rogauerunt ergo eum: Quis est ille homo,
qui dixit tibi: Tolle grabbatum tuum, &
ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus,
nesciebat quis esset. Iesus enim subduxit se,
quod turba esset eo in loco. Postea reperit
eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sa-
nus factus es, ne posthac pecces, ne quid
deterius tibi contingat. † Abijt ille homo, Ibidem.
& nūciauit Iudæis, quod Iesus esset à quo
sanatus fuisset. Ac propterea persequeban
tur Iudæi Iesum, & quærebant illum occi-
dere, † quod ista fecisset in sabbato. Iesus Ibidem.
autem respondit eis: * Pater meus ad hoc Ibidē, &
usq; temporis operatur, & ego operor: 1. Cor. 12
propterea ergo magis quærebant eum Iu-
dæi interficere, quia nō solum soluisset sab- 26. 14.
batum, † sed & patrē suum dixisset deum, Mat. mar
æqualem se faciens deo. Respondit itaque Luc. 22.
Iesus, & dixit eis: Amen amen dico uobis, Ioā. 5. 19.
*non potest filius à se facere quicquam, ni- *supra 1.
si quid uiderit patrem facientem. Quæcun-
que enim ille fecerit, hæc itidem & filius fa
cit. †Pater enim diligit filium, & omnia de Io. 3. 7. 8.
monstrat ei quæ ipse facit: & maiora his 15. 16. 17
demonstrabit ei opera, ut uos miremini. Si-
cut enim pater suscitat mortuos & uiuifi-
cat, sic & filius quos uult uiuificat. Neque

Luc.10. enim pater iudicat quenquam, * sed omne
Matt. 11. iudicium dedit filio: ut omnes honorent fi-
Ion.12. lium, sicut honorant patrem. † Qui non ho-
norat filium, non honorat patrem qui misit
Io.16.7. illum. † Amen amen dico uobis, qui sermo-
8. & 11. nem meum audit, & credit ei qui misit me,
habet uitam æternam, & in condemnatio-
nem non ueniet, sed transiuit à morte in ui-
tam. Amen amē dico uobis, ꝙ ueniet hora,
& nunc est, quando mortui audient uocem
Supra 1. filij dei: & qui audierint, uiuent. † Sicut e-
nim pater habet uitam in semetipso, sic de-
dit & filio habere uitā in semetipso: & po-
testatem dedit ei iudicandi quoꝙ, quia fi-
Matt.25. lius hominis est. Nolite mirari hoc: † quia
ueniet hora, in qua omnes qui in monumen
tis sunt, audient uocem eius: & prodibunt,
qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ:
qui uero mala egerunt, in resurrectionem
condemnationis. Non possum ego ex mei-
Ioan. 8. pso facere quicquam. † Sicut audio iudi-
Ioā 4. 6. co, & iudiciū meum iustum est: † Quia non
quæro uoluntatem meam, sed uoluntatem
Infra 8. eius qui misit me, patris. † Si ego testimo-
niū perhiberem de meipso, testimoniū me-
Ioan. 8. um non esset uerum. † Alius est qui testimo
1. Ioan. 5. nium perhibet de me, & scio uerum esse te-
Supra 1. stimonium quod testificatur de me. † Vos
misistis ad Ioannem, & is testimonium red
didit ueritati. Ego autem non ab homine te
stimo-

stimonium accipio: sed hæc dico, ut uos sal
ui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens,
uos autem uoluistis ad tempus exultare in
luce eius. † At ego testimonium habeo ma Mat.3.
ius testimonio Ioannis. Opera enim quę de
dit mihi pater, ut perficiã ea, † ipsa inquam Infra 14.
opera quæ ego facio, testificantur de me,
quod pater miserit me. † Et qui misit me pa Ioan.8.
ter, ipse testificatus est de me. *Neq; uocem Ioan. 1.3.
eius unquam audistis, neq; speciem eius ui- 4. 5. 6.
distis: † & sermonem eius nõ habetis in uo †.1.Ioã.2
bis manentẽ, quia quem misit ille, huic uos
non creditis. † Scrutamini scripturas, quia Act.17.
uos uidemini uobis in ipsis uitam æternam
habere: † & illæ sunt quæ testificantur de Deut. 18.
me: nec uultis uenire ad me, ut uitam habea
tis. Gloriam ab hominibus nõ accipio, sed
cognoui uos, quod dilectionem dei non ha
beatis in uobis. Ego ueni in nomine patris
mei, nec recipitis me. † Si alius uenerit no- 1.Ioan.2.
mine suo, illum recipietis. Quomodo uos 2. Thes.2
potestis credere, qui gloriam à uobis inui- Dan.9.
cem accipitis: & gloriã quæ à solo deo pro
ficiscitur, non quęritis? Nolite putare quod
ego accusaturus sim uos apud patrem: est
qui accusat uos, Moses, in quo uos spera-
tis. Si enim credidissetis Mosi, credidissetis
utiq; mihi: † de me enim ille scripsit Si au- Deut. 29.
tem illius scriptis non creditis, quomodo
uerbis meis credetis?

CAP. VI.

4. 3. 4. M. R. L. POsthæc abijt Iesus trans mare Galilęæ, quod est Tiberiadis, † & sequebatur
14. 9. eum turba multa, quia uidebant eius signa quæ faciebat super his qui infirmabantur.
Mat. Lu. †Subijt autem in montem Iesus, & ibi sede
Exod. 12. bat cum discipulis suis. * Instabat autem
14. 6. pascha dies festus Iudæorum. †Cum sustu-
Matt. R. lisset ergo oculos Iesus, & uidisset quod
Luc. 9. multa turba ueniret ad se, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes ut edãt isti? Hoc autem dicebat, tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisq; pusillum quippiam accipiat. Dicit ei unus ex discipulis ipsius, Andreas, frater Simonis Petri: Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tam multos? Dixit autem Iesus:
14. 6. 8. Facite ut homines discumbant. Erat autem
Mat. mar gramen multum in eo loco. †Discubuerunt ergo uiri numero fermè quinquies mille.
Luc. 9. Accepit aũt panes Iesus: † cũq; gratias egisset, distribuit discipulis, discipuli uero discũbentibus. Similiter & ex piscibus quantum uolebant. Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superfuerunt fragmenta, ne quid pereat. Collegerũt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos

fragmen

fragmentorum ex quinq; panibus hordeaceis, quæ superfuerant his qui comederant.
Illi ergo homines cum uidissent quod Iesus 4. 7.
fecerat signum, dicebant: †Hic est uerè pro Sup. Lu.
pheta ille, qui uenturus est in mundum Iesus ergo cum cognouisset quod uenturi essent, ac rapturi ipsum, ut facerent ipsum re- 14. 16. 9.
gem, † secessit iterum in montem ipse solus. M. R. L.
*At ubi iam uespera esset, descenderunt di M. R. Ib.
scipuli eius ad mare, & conscensa naui, uenerunt traiecto mari ad oppidum Capernaum. Iamq; tenebræ erant, nec uenerat ad eos Iesus. Mare autem uento magno flante intumescebat. Cum remigassent ergo fermè 14. 6.
stadia uigintiquinq; aut triginta, † uident Matt. R.
Iesum ambulantem super mare, & appro- Ioan. 9.
pinquantem naui, ac timuerunt. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo recipere eum in nauim, & illico nauis appulerat terræ ad quam ibant. Postero die turba quæ stabat trans mare, ut uidit quod nauicula alia non esset ibi, nisi una illa, in quam ingressi fuerant discipuli eius: & quod non introisset cum discipulis suis Iesus in nauiculam, sed soli discipuli eius abissent (aliæ uero superuenerunt nauiculæ à Tiberiade iuxta locum ubi comederant panem, posteaquam gratias egisset dominus) cum ergo uidisset turba, quod Iesus nõ esset ibi, neq; discipuli eius, ascenderunt

& ipsi in nauiculas, & uenerũt Capernaũ, quærentes Iesum: & cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quãdo huc uenisti? Respondit eis Iesus, & dixit: Amen amen dico uobis, quæritis me, non quia uidistis signa, sed quia comedistis de panibus
Ioan. 17. & saturati estis. † Operemini non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam æternam, quem filius hominis dabit uobis: hũc enim pater consignauit deus. Dixerunt ergo ad eum: Quid facimus, ut operemur opera dei? Respondit Iesus, & dixit eis: Hoc est
Ioan. 1. 3. opus dei, † ut credatis in eum quem misit il
7. 11. M. le. Dixerunt ergo ei: * Quod ergo tu facis
16. R. 8. signũ, ut uideamus & credamus tibi? quid
Exo. 16. operaris: Patres nostri manducauerũt man
Psal. 77. na in deserto, sicut scriptum est: † Panem de
Sap. 16. cœlo dedit eis ad edendum. Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis, non Moses dedit uobis illum panem de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum: panis enim dei est qui de cœlo descẽdit, & dat uitam mundo. Dixerunt ergo ad eum: Dñe semper da nobis panem istum. Dixit autem
Eccli 24. eis Iesus: Ego sum panis ille uitæ. † Qui ue
Ioan. 1. 3. nit ad me, non esuriet: † & qui credit in me,
7. & 11. non sitiet unquã. Sed dixi uobis, quod etiã uidistis me, nec creditis. Omne quod dat
26. 14 mihi pater, ad me ueniet: & eum qui uene-
Mat. mar rit ad me, non eijcio foras. † Quia descen-

di de

di de cœlo, ut faciam non quod ego uolo, l. 4. L. 22
sed quod uult is qui misit me. † Hæc est au- Ioan. 5.
tem uoluntas eius qui misit me patris, ne
quid perdam ex omnibus quæ dedit mihi,
sed resuscitem illa in nouissimo die. Hæc
est autem uoluntas eius qui misit me, ut o-
mnis qui uidet filiũ, & credit in eum, habe-
at uitam æternam, & ego suscitabo eum in
nouissimo die. † Murmurabant ergo Iudæi Infra 7.
de illo quod dixisset: Ego sum panis ille, 13. 6.
qui de cœlo descendi Et dicebant: † Nón- Matt. R.
ne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos no- Luc. 4.
uimus patrem & matrem? Quomodo ergo Infra 7.
dicit hic: De cœlo descendi? Respondit er-
go Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare in
ter uos. † Nemo potest uenire ad me, nisi Matt. 16
pater qui misit me, traxerit eum, & ego su-
scitabo eum in nouissimo die. † Est scriptũ Esa. 54.
in prophetis: Et erunt omnes docti à deo. Hier. 31.
Omnis ergo qui audiuit à patre & didi-
cit, uenit ad me: non quod patrem uiderit
quisquam, nisi is qui est à deo, hic uidit pa-
trem. * Amen amen dico uobis, qui consi l. 1. 14. 15
dit mihi, habet uitam æternam. † Ego sum Infra 10.
panis illæ uitæ. * Patres uestri comederunt Psal. 77.
manna in deserto, & mortui sunt. † Hic Infra 10.
est panis ille de cœlo descendens, ut ex
ipso edat aliquis, & non moriatur. † Ego Esa. 14.
sum panis uiuus, qui de cœlo descendi: si
quis ederit ex hoc pane, uiuet in æternum,

26. 14. Et panis quem ego dabo, caro mea est, *
Mat mar quam ego dabo pro mundi uita. Decerta-
Luc. 22. bant ergo Iudæi inter se, dicentes: Quomo-
1. Cor. 11. do potest hic nobis carnem illam suam da-
Esa. 53. re ad edendũ? Dixit ergo eis Iesus: Amen
amen dico uobis, nisi ederitis carnem filij
hominis, & biberitis eius sanguinem, non
habetis uitam in uobis. Qui edit meam car
nem, & bibit meum sanguinẽ, habet uitam
æternam: & ego suscitabo eum in nouissi-
1. Ioan. 1. mo die. † Caro enim mea uere est cibus, &
† sanguis meus uere est potus. Qui edit me
am carnẽ, & bibit meum sanguinem, in me
manet, & ego in illo. Sicut misit me uiuens
pater, & ego uiuo propter patrem: ita &
qui ederit me, uiuet ipse quoq; propter me.
1. Ioan. 3. † Hic est panis ille, qui de cœlo descendit:
non sicut comederunt patres uestri manna,
& mortui sunt: qui ederit hunc panem, ui-
uet in æternum. Hæc dixit in synagoga, do
cens in Capernaum. Multi ergo his audi-
tis ex discipulis eius, dixerunt: Durus est
hic sermo, quis potest eum audire? Sciens
autem Iesus apud semetipsum, q̃ murmura-
26. 14. rent de hoc discipuli ipsius, dixit eis. Hoc
Matt. R. uos offendit? † Quid igitur si uideritis filiũ
Luc. 22. hominis ascendentem eò, ubi erat prius? *
Rom. 8. Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest
Gal. 5. quicquam. Verba quæ ego loquor uobis,
spiritus & uita sunt. Sed sunt quidam ex
uobis

uobis qui nõ credunt. Nouerat enim ab initio Iesus, qui essent non credentes, & quis proditurus esset ipsum. Et dicebat: † Propterea dixi uobis, quod nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datũ à patre meo. Ex eo tempore multi discipulorum eius desciuerunt, eo relicto, nec amplius cum illo ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim: Num & uos uultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine ad quẽ ibimus? uerba uitæ æternæ habes, † & nos credimus & cognouimus quod tu es Christus filius dei uiui. Respondit ei Iesus: † Nónne ego uos duodecim elegi, & ex uobis unus diabolus est? Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariota. Hic enim erat proditurus eũ, cum esset unus ex duodecim. Supra 6. Matt. 16. Io. 13. 17.

CAPVT VII.

VErsabatur Iesus post hæc in Galilæa, nõ enim uolebat in Iudæa uersari, quia quærebant eũ Iudæi interficere. † Erat autem in propinquo dies festus Iudæorũ scenopegia. Dixerunt igitur ad eum fratres eius: Transi hinc, & uade in Iudæam, ut & discipuli tui uideant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto facit aliquid: & quærit ipse palam esse. Si hæc facis, declara teipsum mundo. Nam ne fratres quidem eius credebant in eum. Dicit ergo eis Iesus: † Tempus meum nondum adest, tem- Leuit. 23. Infr. 8. 15.

Infra 15. pus autem uestrum semper est paratũ. Non
potest mundus odisse uos, me autem odit,
Supra 3. quia ego testimonium fero de illo, † quod
opera eius mala sint. Vos ascẽdite ad diem
festum hunc. Ego nondũ ascendo ad festum
hoc, quia meum tempus nondum impletum
est. Hæc autem cum dixisset illis, mansit in
Galilæa. Vt autem ascenderũt fratres eius
tunc & ipse ascendit ad festum, non manife
Infr. 7. 11. ste, sed uelut in occulto, † Iudæi ergo quæ-
rebant eum in festo, & dicebant: Vbi est il-
Supra 6. le? † Et murmur multũ erat in turbis de eo.
Matt. 21. * Quidam enim dicebãt, Bonus est: alij au
tem dicebant, Non, sed seducit turbam. Ne
mo tamẽ palàm loquebatur de illo, propter
metum Iudæorum. Cum autem iam dimidi-
um festi peractũ esset, ascendit Iesus in tem-
plum, ac docebat. Et mirabantur Iudæi, di
centes: Quomodo hic literas scit, cum non
didicerit? Respondit ei Iesus, & dixit: †
Io. 3. 5. 8. Mea doctrina non est mea, sed eius qui mi-
15. 16. 17. sit me. Si quis uoluerit uoluntati eius ob-
temperare, cognoscet de doctrina, utrũ ex
deo sit, an ego à meipso loquar. Qui à se-
metipso loquitur, gloriam propriam quæ
Infra 17. rit. * Qui autem quærit gloriam eius qui
misit ipsum, hic uerax est, & iniustitia in il-
Exod. 21 lo non est. † Nónne Moses dedit uobis le-
Leuit. 24 gem, & tamen nemo ex uobis factis præ-
Matth. 5. stat legẽ? Quid me quæritis interficere? Re-

spondit

spondit turba, & dixit: † Dæmonium habes: quis te quærit interficere? Respondit Iesus, & dixit eis: † Vnum opus feci, & omnes miramini. Propterea Moses dedit uobis circuncisionem, non quia ex Mose sit: sed quia ex patribus, & tamẽ in sabbato circũciditis hominẽ: si circũcisionem accipit homo in sabbato, ut non soluatur lex Mosi: mihi indignamini quod totum hominem sanũ fecerim in sabbato? † Nolite iudicare secundum aspectum, sed iusto iudicio iudicate. Dicebant ergo quidam ex Hierosolymitanis: * Nónne hic est quem quęrunt interficere? Atqui ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt: Num uere cognouerunt principes hunc esse uere Christum? * Sed hunc nouimus unde sit. Christus autem cum uenerit, nemo scit unde sit. Clamabat ergo Iesus in templo docens, ac dicens: Et me nostis, & unde sim nostis: * & à meipso nõ ueni, sed est uerax qui misit me, quẽ uos non nouistis: ego uero noui eum, quia ab ipso sum, & ille me misit. * Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum uenerat hora eius. † De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum uenerit, num signa plura ædet his quæ hic ædidit? Audierunt pharisæi turbam murmurantem de illo hæc, & † miserunt pharisæi ac

Infr. 8. 10
Ma. 9. 12
Marc. 3.
Deut. 1.
Supra 7.
13. 6. 4.
M.R.L.
Ioan. 8.
Luc. 19.
& 20. 22
Ioan. 8.
22. 12. 20
M.R.L.

principes sacerdotum ministros, ut appre-
Ioan. 16. henderent eum. Dixit ergo eis Iesus: † Ad-
29. 8.13. huc pusillum temporis uobiscum sum, &
Hier. 10. abeo ad eum qui me misit. † Quæretis me,
nec inuenietis. Et ubi ego sum, eô uos non
potestis uenire. Dixerunt ergo Iudæi inter
sese: Quô hic iturus est, quod nos nõ inue-
niemus eum? Num in dispersionem gentiũ
iturus est, & docturus gentes? Quis est hic
sermo quem dixit: Quæretis me, & non in-
uenietis: & ubi ego sum, eô uos non pote-
stis uenire? In nouissimo autem die magno
Esa. 40. festi stabat Iesus, & clamabat, dicens: † Si
Io. 3. 4. 5. quis sitit, ueniat ad me & bibat. Qui credit
Esa. 12. in me, * sicut dicit scriptura: Flumina de
uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc autem
dixit de spiritu, quem accepturi erant cre-
dentes in ipsum Nondum enim erat spiri-
tus sanctus: quia Iesus nondum erat glorifi
m. 21. r. 11 catus. † Multi ergo de turba cum audissent
I 9. 10. 12 hunc sermonem, dicebant: * Hic est uere
I. 6. L. 7. propheta. Alij dicebant: Hic est Christus.
M. 2. l. 1. Quidam autem dicebant: † Num à Gali-
Mich. 5. læa uenit Christus? * Nónne scriptura di-
Psal. 151. cit, quod ex semine Dauid, & de Bethleem
castello, ubi erat Dauid, ueniet Christus?
m. 21. r. 12 † Dissensio itaq; orta est in turba propter
Infra. 8. eum. * Quidam autem ex ipsis uole-
bant apprehendere eum, sed nemo coniecit
in eum manus. † Venerunt ergo ministri

ad

ad pontifices & phariſæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxiſtis illum? Reſponderunt miniſtri: †Nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo. Reſponderunt ergo eis phariſæi: Num & uos ſeducti eſtis? Num quis ex principibus credidit in eum, aut ex phariſæis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, execrabiles ſunt. † Dicit Nicodemus ad eos, is qui uenerat ad eum nocte, qui unus erat de numero eorum: † Num lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid faciat? Reſponderunt & dixerunt ei: Num & tu Galilæus es? Scrutare & uide, *quod à Galilæa propheta non ſurrexit. Et profectus eſt unuſquiſq; in domum ſuam.

Luc. 19. Ioan. 9. Io. 3. 19. Exod. 32. Ie. 19. 24. Deut. 27. Supra 1.

CAPVT VIII.

IEſus autem perrexit in montem oliuarum †& diluculo iterum uenit in templum, cunctus q; populus uenit ad eum, & ſedens docebat eos. Adducunt autem ad eum ſcribæ & phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam: & cum ſtatuiſſent eam in medio, dicunt ei: Magiſter, hæc mulier deprehenſa eſt in ipſo adulterio. † In lege autem Moſes præcepit nobis, ut huiuſmodi lapidarentur. Tu uero quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum, ut poſſent accuſare eum. Ieſus autem inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terra. Cum ergo perſeue-

12. 11. 20. M. R. L. Leuit. 20

rarent interrogare, erexit se, & dixit eis: Qui uestrum immunis est à peccato, primus in illam lapidem iaciat. Et iterum se inclinans scribebat in terra. Audiētes autem hæc, singulatim alius post alium exibant, initio facto à senioribus: & relictus est solus Iesus, ac mulier in medio stans. Cum autem erexisset se Iesus, & neminem uideret præter mulierem, dixit ei: Mulier, ubi sunt illi tui accusatores? Nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemno. † Vade, & posthac ne peccaueris. Iterum ergo Iesus locutus est eis, dicens: † Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Dixerunt ergo ei pharisæi: Tu de teipso testificaris, testimonium tuum non est uerum. Respondit Iesus, & dixit eis: † Et si ego testimonium perhibeam de meipso, uerū est testimonium meum, quia scio unde ueni, & quò uado: uos autem nescitis unde uenio, & quò uado. Vos secundum carnem iudicatis, ego nō iudico quenquam. Porrò & si iudicem ego, iudicium meum uerum est: quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater. † Quin & in lege uestra scriptū est, quod duorum hominum testimonium uerum est. Ego sum qui testimonium fero de meipso, & testimonium fert de me qui misit me pater. Dicebant

Ioan. 5.

Io. 9. 12.

1. 3. Ro. 3.

Deut. 17. & 19.

cebant ergo ei: Vbi est pater tuus? Respon- 11. 10. 7.
dit Iesus: † Nec̄ me nostis, nec̄ patrē meū. M.L. Io.
Si me nouissetis, & patrem meū nouissetis.
Hæc uerba locutus est Iesus in gazophyla- 21.12.19.
cio, docens in templo. † Et nemo apprehen M.R.L.
dit eum, quia nondū uenerat hora eius. Di-
xit ergo eis iterū Iesus: † Ego uado, & quæ Ioā.7.13.
retis me, & in peccato uestro moriemini:
quò ego uado, uos non potestis uenire. Di-
cebant ergo Iudæi: Num interficiet semeti-
psum, quia dicit: Quò ego uado, uos non
potestis uenire? Et dicebat eis: Vos ab in-
fernis estis, ego de supnis sum. Vos de mun
do hoc estis, ego non sum de hoc mūdo. Di
xi ergo uobis, quod moriemini in peccatis
uestris. † Si enim nō credideritis quod ego Io.1.3.5.
sum, moriemini in peccatis uestris Dicebāt 6.7.11.
ergo ei: Tu quis es? Et dicit eis Iesus: In pri
mis quod & loquor uobis. Multa habeo
quæ de uobis loquar ac iudicem, sed qui
me misit uerax est, & ego quæ audiui ab eo
hæc loquor in mundo. Non cognouerunt
quod de patre eis locutus esset. Dixit ergo
eis Iesus: † Cum exaltaueritis filium homi 1.Ioan.4.
nis, tunc cognoscetis quod ego sum: & q̄d Num.21.
ex meipso facio nihil, sed ita ut docuit me
pater, hæc loquor. † Et qui me misit, me- I.2.7.12.
cum est. Non reliquit me solum pater, quia 14. et 17.
ego quæ placita sunt ei, facio semper. Hæc
illo loquente, multi crediderunt in eum.

Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderant
Ioan. 5. 8. ipsi, Iudæos: †Si uos manseritis in sermone
14. & 17. meo, uere discipuli mei estis: & cognosce-
tis ueritatem, & ueritas liberos reddet uos.
Responderunt ei: Semen Abrahæ sumus,
nec cuiquam seruiuimus unquam, quomo
do tu dicis, liberi reddemini? Respondit eis
Iesus: Amen amen dico uobis, quod omnis
Rom. 6. qui facit peccatum, seruus est peccati. †Ser
Gen. 21. uus autem non manet in domo in æternum,
Gal. 4. filius manet in æternum. Si ergo uos filius
Rom. 9. liberos reddiderit, uere liberi estis. Scio
quod semen Abrahæ estis. Sed quæritis me
interficere, quia sermo meus non habet lo-
cum in uobis. Ego quod uidi apud patrem
meum, loquor: & uos quod uidistis apud
patrem uestrum, facitis. Responderunt, &
dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Di-
cit eis Iesus: Si filij Abrahæ essetis, opera
Supra 7. Abrahæ faceretis. †Nunc autem quæri-
Supra 3. tis me interficere, hominem, * qui uerita-
tem uobis locutus sum, quam audiui à deo,
hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera
patris uestri. Dixerunt itaque ei: Nos è stu
pro non sumus nati. Vnum patrem habe-
1. Ioan. 5. mus deum. Dixit eis Iesus: † Si deus pater
uester esset, diligeretis utique me. Ego e-
nim ex deo processi & ueni. Nec enim à
Rom. 10. meipso ueni, sed ille me misit. † Quare lo-
quelam meam non agnoscitis? quia non po

estis audire sermonem meum. Vos ex pa- 1.Ioan.4.
tre diabolo estis, & desiderijs patris uestri
uultis obsequi. † Ille homicida erat ab ini- Gen.3.
tio, & in ueritate non stetit, quia non est ue
ritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex
propriis loquitur, quia mendax est, atque
eius rei pater. Ego autem quia ueritatem di
co, non creditis mihi. Quis ex uobis arguit
me de peccato? Porrò si ueritatem dico, qua
re uos non creditis mihi? † Qui ex deo est, 1.Ioan.4.
uerba dei audit. Propterea uos non audi-
tis, quia ex deo non estis. Responderunt er
go Iudæi, & dixerunt ei: Nónne bene dici-
mus nos, † quod Samaritanus es tu, & dæ Supra 4.
monium habes? Respondit Iesus: Ego dæ-
monium non habeo, † sed cohonesto pa- Ioan.17.
trem meum, & uos ignominia affecistis me.
Ego autem non quæro gloriam meam, est
qui quærat & iudicet. † Amen amen dico Ioan.5.
uobis, si quis sermonem meum seruauerit,
mortem non uidebit in æternum. Dixe-
runt ergo illi Iudæi: † Nunc cognouimus mat.9. 12
quod dæmoniũ habes. Abraham mortuus R.3.Io.7.
est, & prophetæ, & tu dicis: Si quis sermo-
nem meum seruauerit, non gustabit mortem
in æternum. Nunquid tu maior es patre no
stro Abraham, qui mortuus est? Et prophe-
tæ mortui sunt. † Quem teipsum tu facis? Ioan.8.
Respondit Iesus: * Si ego glorifico mei- Ioan.5.
psum, gloria mea nihil est, † Est pater meus m.11.l.10

qui glorificat me, quem uos dicitis deum uestrum esse, & tamen non cognouistis eum, ego aũt noui eum. Et si dixero, quod nõ noui eum, ero similis uestri, mẽdax. * Sed noui eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum, & uidit atq; gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidisti? Dixit eis Iesus: Amen amen dico uobis, antequã Abraham nasceretur, ego sum. † Tollebant ergo lapides, ut iacerent in eum. * Iesus autem abscondit se, & exiuit è templo.

Ioan.17. Mat.11. Luc.10. Ioan.7. Luc.4.

CAP. IX.

ET præteriens Iesus, uidit hominem cæcum à natiuitate, & interrogauerunt eum discipuli eius, dicentes: Rabbi, * quis peccauit, hic, an parẽtes eius, ut cæcus nasceretur? Respondit Iesus: Neq; hic peccauit, neq; parentes eius, sed ut manifestentur opera dei in illo. † Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. * Venit nox quando nemo potest operari. Quàm diu fuero in mundo, lux sum mundi. Hoc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & illeuit lutum super oculos cæci, & dixit ei: Vade, laua in piscina Siloe: quod si interpreteris, sonat missus. Abijt ergo & lauit, & uenit uidens. Itaq; uicini, & qui uiderant eum prius quod mendicus

Exo.20. Deut.5. Supra 5. nfra 15.

eus esset, dicebant: Nónne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant: Hic est, alij rursus, similis est ei. Ille dicebat: Ego sum. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit ille, & dixit: Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & inunxit oculos meos, & dixit mihi. Vade ad piscinam Siloe, & laua. Vt autem abij ac laui, uisum recepi. Dixerunt ergo ei: Vbi est ille? Ait, nescio. Adducunt ad pharisæos eum, qui dudum cæcus fuerat. † Erat autem sabbatum, cum lutum faceret Iesus, & aperiret oculos eius. † Iterum ergo interrogabant eum & pharisæi quomodo uisum recepisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi imposuit super oculos, & lauí, & uideo. Dicebãt ergo ex pharisæis quidam: † Non est hic homo à deo, quia sabbatum non obseruat. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa ædere? † Et dissensio erat inter eos. Dicũt cæco iterum: Tu quid dicis de illo, quia aperuit tibi oculos tuos? Ille autem dixit: Propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quod cæcus fuisset, & uisum recepisset, donec uocauerunt parentes eius qui uisum receperat, & interrogauerunt eos, dicentes: Hic est filius uester, quem uos dicitis cæcum natum esse? Quomodo ergo nunc uidet? Responderunt eis parentes

m.12.R.2

Sup. 5.7.

Supra 5. 21. 12. Matt. R. loã. 7. 10. & 12.

eius, & dixerunt: Scimus quod hic est filius noster, & quod cæcus natus est: quomodo autem nũc uideat, nescimus, aut quis eius aperuerit oculos, nos nescimus. Ipse ætatem habet, ipsum interrogate, ipse de se loquetur. Hæc dixerunt parentes eius, q̃ timerent Iudæos. † Iam enim conspirauerant Iudæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, è synagoga eijceretur. Propterea parentes eius dixerunt: Aetatem habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: † Da gloriam deo. * Nos scimus quod hic homo peccator est. Respondit ergo ille, & dixit: An peccator sit nescio: unum scio, q̃ cæcus cum fuerim, nunc uideam. Dixerunt ergo illi iterum: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi uobis iam, nec audistis, cur iterum uultis audire? Num & uos uultis discipuli eius fieri? Conuiciati sunt ergo ei, & dixerunt: † Tu discipulus illius esto, nos autem Mosi discipuli sumus. Nos scimus quod Mosi loquutus est deus, hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile quidd̃ est, quod uos nesciatis unde sit, & tamen aperuit meos oculos. † Scimus autem quod peccatores deus non audit, sed si quis dei cultor est, & uoluntati ipsius obtemperat, hunc audit,

Infra 11.
Iosue 7.
Mat. 11.
Supra 7.
Eccl. 12.
Ioan. 10.

dit. * A sæculo non est auditum, quod quis aperuerit oculos cæci nati. Nisi esset hic à deo, nõ potuisset facere quicquam. Respon derunt & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum fo ras. Audiuit Iesus quod eiecissent eum foras: cumq; inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in filium dei? Respondit ille, & dixit: Quis est domine, ut credam in eum? Et dixit ei Iesus: † Et uidisti eum, & qui loqui- Matt. 26. tur tecum, ipse est. At ille ait: Credo domi- ar. 14 ne: & adorauit eum. Et dixit ei Iesus: In iudicium ego in hunc mundum ueni, † ut qui Matt. 13. non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. Et audierunt quidam ex phariseis hęc, qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Num & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus: † Si cæci Infra 15. essetis, non haberetis peccatum: nunc uero dicitis, uidemus, idcirco peccatum uestrum manet.

CAPVT X.

AMen amen dico uobis, qui non intrat † per ostium in stabulũ ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oues uocem eius audiunt. † Et proprias oues uocat nominatim, Prou. 27. & educit eas. Et cum proprias oues emiserit, ante eas uadit, & oues illum sequuntur, quia nouerunt uocem eius. Alienum autem

non sequẽtur, sed effugient ab eo, quia non nouerunt uocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Iesus: illi autem non cognorunt quæ essent quæ loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen amen dico uo
Infra 14. bis: †ego sum ostium ouium. Omnes quot quot ante me uenerunt, fures sunt & latrones, sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium, per me si quis introierit, seruabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua in-
Ezec.34. ueniet. † Fur non uenit nisi ut furetur & mactet, ac perdat. Ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant. Ego sum pastor il
1.Co.3.9 le bonus. † Bonus pastor animam suam dat
Esa.56. pro ouibus. * Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius nõ sunt oues proprię, uidet lupum uenientem, ac deserit oues, fu-
8. 5. 8. gitq́, & lupus rapit ac dispergit oues. †
M. R. L. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & oues non sunt illi curæ. Ego sum
11. 10. pastor ille bonus, & cognosco oues meas,
Mat.Lu. & cognoscor à meis. † Sicut nouit me pater, ita & ego noui patrem, & animã meam
Matt. 12. pono pro ouibus. † Et alias oues habeo
Esa.42. quæ non sunt ex hoc ouili, illas quoque oportet me adducere, & uocem meam au-
Mar.10. dient, & fiet unum ouile, unus pastor. † Propterea me pater diligit, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso.

Potesta-

Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo rursus sumendi eam: hoc mandatum accepi à patre meo. † Dissensio igitur iterum facta est inter Iudęos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet, & insanit, quid eum auditis? Alij dicebãt: Hæc uerba non sunt dæmonium habentis. † Num dæmoniũ potest cæcorũ oculos aperire? Facta sunt aũt encęnia Hierosolymis, & hyems erat, & ambulabat Iesus in tẽplo in porticu Solomonis. Circundederũt ergo eum Iudæi, & dicebãt ei: Quousq; animã nostram suspendis? † Si tu es Christus, dic nobis ingenue. Respondit eis Iesus: Dixi uobis, nec creditis. † Opera quæ ego facio nomine patris mei, hæc testimoniũ reddunt de me. † Sed uos nõ creditis, quia nõ estis ex ouibus meis, quemadmodũ dicebam uobis: Oues meę uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequũtur me, & ego uitã æternam do eis, nec peribunt in æternũ, neq; rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus qui dedit mihi, maior omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. † Ego & pater unum sumus. ✕ Sustulerunt ergo rursum lapides Iudæi ut lapidarẽt eum. Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo, propter quod eorum operum me lapidatis? Responderunt ei Iudæi, dicentes:

Matt. 21. Marc. 12. 9. 3. 7. 8. M. R. 10. Ioan. 9. Io. 1. 4. 9. Ioan. 6. 1. Ioan. 4. Io. 14. 17. Ioan. 7. 8.

Ob bonum opus non lapidamus te, sed ob
Infra 19. blasphemiã: & quia tu homo cum sis, † facis teipsum deũ. Respondit eis Iesus: Nón-
Psal. 81. ne scriptum est in lege uestra: † Ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est: & non potest solui scriptura,
26. 14. 12 quem pater sanctificauit & misit in mundũ,
M. R. L. † uos dicitis me blasphemare, qa dixerim,
Io. 9. 15. filius dei sum? * Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: sin uero facio, & si mihi non credatis, operibus credite, ut cognoscatis & credatis qꝓ pater in me est, &
Supra 7. ego in eo. † Quærebant iterum eum appre-
Matt. 12. hendere, & exiuit de manu eorũ: † & abijt
Supra 1. iterum trans Iordanem in eum locum, ubi fuerat Ioannes baptizans primum, mansitqꝫ
Supra 3. 5 illic. † Et multi uenerunt ad eum, ac dicebant: Ioannes quidem signum ædidit nullum. Omnia autem quęcunqꝫ dixit Ioannes de hoc, uera erant, & crediderunt multi illic in eum.

CAPVT XI.

AEgrotabat autem quidam nomine Lazarus Bethanensis à castello Mariæ &
Luc 7. Marthæ huius sororis. † Maria autem erat ea quæ unxit dominum unguento, & exterfit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus ægrotabat. Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas ægrotat. Audiens autem Iesus, dixit:

Infir-

Infirmitas hæc nõ est ad mortem, † sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eam. Supra 9.
Diligebat autem Iesus Martham & sororem eius, & Lazarũ. Vt ergo audiuit quod ægrotaret, tum quidem temporis mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hoc dicit discipulis: Eamus in Iudæam iterum. Dicũt ei discipuli: Rabbi, modo quærebant te Iudæi lapidare, & iterum uadis illuc? Respõdit Iesus: Nónne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem huius mundi uidet. †
Si quis autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. Hæc ait, & post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit, * sed uado ut à somno excitem eum. Infra 12. 9. 5. 8. M.R.L.
Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius: at illi putauerunt quod de dormitione somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter uos, ut credatis quod non fuerim ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, † qui dicitur Didymus, ad discipulos: Eamus & nos, ut moriamur cum eo. Infra 29.
Venit itaq; Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam ferè stadijs quindecim. Multiq; ex Iudæis uenerant ad Martham ac Mariam, ut consola-

rentur eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit quod Iesus uenisset, occurrit illi: Maria uero domi desidebat. Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater
7. 11. 16. meus non fuisset mortuus. Sed & nũc scio,
M. L. Io. †quod quæcunq; poposcris à deo, daturus sit tibi deus. Dixit illi Iesus: Resurget
1. Thes. 4 frater tuus. Dicit ei Martha: † Scio quod resurget in resurrectione in nouissimo die.
Infra 14. Dicit ei Iesus: * Ego sum resurrectio & uita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit,
Rom. 10. uiuet: † & omnis qui uiuit & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait
Mar. 9. illi: Etiam domine. † Ego credo quod tu sis Christus ille filius dei, qui in mundum uenturus erat. Et cum hæc dixisset, abijt & uocauit Mariam sororem suam clanculum, dicens: Magister adest, & uocat te. Illa ut audiuit, surgit cito, & uenit ad eum. Nondum autem uenerat Iesus in castellum, sed erat in eo loco ubi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erant cum ea in domo & consolabantur eam, cum uidissent Mariam, quod cito surrexisset & exisset, secuti sunt eam, dicentes: Vadit ad monumentum, ut ploret ibi. Maria ergo cum uenisset
9. 8. eò ubi erat Iesus, uidens eum, accidit ad pe
Mat. Lu. des eius, & dicit ei: Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Iesus ergo ut uidit eam plorantem, & Iudæos qui uenerant

nerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, ueni & uide. †Lachrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt: †Non poterat hic qui aperuit oculos cæci, facere ut & hic nõ moreretur? Iesus ergo rursum fremens in semetipso, uenit ad monumentum. Erat autem spelũca, & lapis impositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat: Domine, iam olet, quatriduanus est enim. Dicit ei Iesus: †Nonne dixi tibi, quod si credideris, uisura esses gloriam dei? Sustulerunt ergo lapidem à loco ubi is qui mortuus fuerat, erat positus. Iesus aũt attollens sursum oculos, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego aũt sciebam quod semper me audis, †sed propter turbã quę circumstat, dixi, ut credant quod tu me miseris. Atq; hæc cũ dixisset, uoce magna clamauit: Lazare ueni foras. Et prodijt qui fuerat mortuus, manus & pedes habens reuinctos fascijs sepulchralibus, & facies illius sudario erat obuincta. Dicit eis Iesus: Soluite eum, & sinite abire. † Multi ergo ex Iudæis qui uenerant ad Mariam, & uiderant quę fecisset Iesus, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad phariſæos, & dixerunt

Luc. 19.

Supra 9.

Mat. 9.

Infra 12.

Ioan. 7. & 8. 12.

eis quæ fecisset Iesus. † Congregauerunt ergo pontifices & pharisæi concilium, ac dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa edit? Si permiserimus eum sic, omnes credent ei. Venientq; Romani, & tollẽt tum locum nostrum tum gentem. Vnus aũt ex ipsis Caiphas nomine, cum esset ponti-
Matt. 26 fex anni illius, dixit eis: † Vos nescitis quic
Ioan. 18. quam, nec perpẽditis quod expedit nobis, ut unus homo moriatur pro populo, ac non tota gens pereat. Hoc autẽ à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, uaticinatus est, quod Iesus moriturus esset pro gente: & nõ tantum pro gente, sed ut filios dei qui erant dispersi, cõgregaret in unum.
Mat. 26. † Ab illo ergo die consultabant inuicem ut
& 12. interficerent eum. Iesus ergo iam non pro-
Mar. 3. palam ambulabat inter Iudæos, sed abijt il
linc in regionem iuxta desertum, in ciuita-
26. 14. 22 tem quæ dicitur Ephraim, & ibi uersabatur
M.R.L. cum discipulis suis. † Instabat autẽ pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Hierosolymam è regione ante pascha, ut purificarent
Supra 7. se. † Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur inter se in templo stantes: Quid uidetur uobis, quod nõ uenerit ad diem festum?
Supra 9. † Dederant autẽ pontifices & pharisæi præceptum, ut si quis cognouisset ubi esset, indicaret, ut comprehenderent eum.

CAPVT XII.

Iesus

IEsus ergo ante sex dies paschæ uenit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit à mortuis. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat: Lazarus uero unus erat de numero discũbentium cum eo. † Maria ergo accepit libram unguenti nardi pisticæ pretiosæ, & unxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: domus autem impleta est ex odore unguẽti. † Dicit ergo unus ex discipulis eius Iudas Simonis Iscariotes, qui erat eum proditurus: Quare hoc unguentum non uenijt trecentis denarijs, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quod pauperes illi curæ essent, † sed quia fur erat, ac marsupium habebat, eaq; quæ mittebantur portabat. Dixit ergo Iesus: † Sine illã, in diem sepulturæ meæ seruauit istud. Pauperes ẽm semper habetis uobiscum, me uero non semper habetis. † Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quod illic esset, & uenerũt non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum quoq; uiderẽt, quem suscitauerat à mortuis. Consultabant autem principes sacerdotũ, ut & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. † Postero die turba multa quę uenerat ad diem festum, cum audissent quod ueniret Iesus Hierosolymam, acceperũt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & cla-

Matt. 26
Mar. 14.
26. 14. 7.
M. R. L.
14. 22.
Mar. Lu.
Infra 13.
Matt. 26
21. 11. 19.
M. R. L.
Ibidem.

mabant: Hos anna, benedictus qui uenit in
Matt. 21. nomine domini rex Israel. * Nactus autem
Iesus asellam, sedit super eam, sicut scriptū
Esa. 62. est: † Noli timere filia Sion, ecce rex tuus
Zach. 9. uenit sedens super pullum asinæ. * Hæc au-
Luc. 4. tem non cognouerunt discipuli eius primū,
sed quando glorificatus est Iesus, tunc re-
Esa. 62. cordati sunt † quod hæc essent scripta de
Zach. 9. eo, & quod hæc fecissent ei. Testificabatur
igitur turba quæ erat cum eo, quando La-
zarum uocauit de monumento, & suscita-
uit eum à mortuis. Propterea & obuiam
uenit ei turba, quod audierāt eum ædidisse
Supra 11. hoc signum † Pharisæi ergo dixerunt inter
se: Videtis quod nihil proficitis? Ecce mun
Ibidem. dus post eum abijt. * Erant autem quidam
Græci ex his, qui ascenderāt ut adorarent
Ioan. 1. in festo. † Hi ergo accesserunt ad Philippū,
qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant
eum, dicentes: Domine, uolumus Iesum ui-
dere. Venit Philippus & dicit Andreæ.
Andreas rursum & Philippus dicunt Iesu.
Io. 13. 17. Iesus autem respondit eis, dicens: * Ve-
nit hora ut glorificetur filius hominis. A-
men amen dico uobis, nisi granum frumen-
ti deiectum in terram mortuū fuerit, ipsum
solum manet: si uero mortuum fuerit, mul-
10. 16. 8. tum fructum affert. † Qui amat animam
Mat. R. suam, perdet eam. Et qui odit animam
Lu. 9. 17. suam in hoc mundo. in uitam æternam cu-
stodiet

stodiet eã. Si quis mihi ministrat, me sequa
tur. Et ubi sum ego, illic & minister meus
erit. Si quis mihi ministrauerit, cohonesta- 26. 14.
bit eum pater. * Nunc anima mea turbata Mat. mar
est. Et quid dicam? Pater, seruato me ex ho
ra hac. Sed propterea ueni in horam hanc.
Pater illustra nomen tuum. * Venit ergo Lu. 22.
uox de cœlo, dicẽs: Et illustraui, & rursus
illustrabo. Turba ergo quæ stabat & au-
dierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij
dicebant: Angelus ei loquutus est. Respon
dit Iesus, & dixit: * Non propter me hæc Supra 11.
uox uenit, sed propter uos. Nũc iudicium
est mundi huius. † Nunc princeps mundi Io. 14. 16
huius eijcietur foras. * Et ego si exaltatus Sup. 3. 8.
fuero à terra, omẽs trahã ad meipsum. Hoc
autem dicebat, significans qua morte esset
moriturus. Respondit ei turba: * Nos au 1. Par. 17.
diuimus ex lege, q̃d Christus manet in æter Esa. 9.
num, & quomodo tu dicis, oportet exalta Dan. 7.
ri filium hominis? Quis est ille filius homi-
nis? Dixit ergo eis Iesus: Adhuc ad breue
tempus lumen uobiscum est. Ambulate do- Ephes. 5.
nec lucẽ habetis, ne uos tenebræ occupent. 1. Thes. 5.
Et qui ambulat in tenebris, nescit quò ua-
dat. * Dum lucẽ habetis, credite in lucem, Supra 8.
ut filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus: ac
digressus abscondit se ab eis. * Cum autem Supra 7.
tam multa signa fecisset corã eis, non cre-
debant in eum, ut sermo Esaiæ prophetæ

53. 10. impleretur, quem dixit: Domine, quis cre-
Esa. Ro. didit sermoni nostro, & brachium domini
cui reuelatum est? Propterea non poterant
Esa. 6. credere, quia iterum dixit Esaias: † Excæ
cauit oculos eorum, & indurauit cor eo-
rum, ne uideant oculis, & ne intelligãt cor
de, & conuertantur & sanem eos. Hæc di-
21. 12. xit Esaias, quando uidit gloriam eius, &
Mat. mar loquutus est de eo. † Veruntamen etiam ex
Ioan. 7. principibus multi crediderunt in eum, sed
propter pharisæos non confitebantur, ne è
Ioan. 5. synagoga eijcerentur. † Dilexerunt enim
gloriam hominũ magis quàm gloriam dei.
Ioan. 14. Iesus autẽ clamauit & dixit: † Qui credit
in me, non credit in me, sed in eum qui misit
me. Et qui uidet me, uidet eum qui misit
I. 12. 3. 8. 9 me. † Ego lux in mundum ueni, ut omnis
qui credit in me, in tenebris non maneat.
Et si quis audierit uerba mea, & non cre-
Ioan. 3. 8. diderit, ego non iudico eum. † Non enim
ueni ut iudicem mundũ, sed ut seruem mun
dum. Qui reijcit me, nec accipit uerba mea,
habet qui iudicet ipsum. Sermo quem lo-
quutus sum, ille iudicabit eum in extremo
die, quia ego ex meipso non sum loquutus,
sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum
dedit, quid dicam, & quid loquar. Et scio
Sup. 6. quod mandatũ eius uita æterna est. † Quæ
ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic
loquor.

C. A.

CAPVT XIII.

ANte festum autem paschę † sciens Iesus Luc. 22.
Aq; uenisset hora ipsius, ut trāsiret ex hoc
mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui
erant in mundo, usq; ad finem dilexit eos. 14. 22.
Et cœna facta, † cum diabolus iam immi- Mar. Lu.
sisset in cor Iudæ Simonis Iscariotæ, ut pro 11. 10 6.
deret eũ, * sciens Iesus quod omnia dedis- Mat. L. I.
set sibi pater in manus, † & quod à deo ex- Infra 16.
isset, & ad deum iret, surgit à cœna, & po-
nit uestimenta: & cum accepisset linteum,
præcinxit se. Deinde misit aquā in peluim,
& cœpit lauare pedes discipulorũ, & ex-
tergere linteo quo erat præcinctus. Venit
ergo ad Simonẽ Petrũ, & dicit ei Petrus:
Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Ie
sus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis
nunc, scies autem postea. Dicit ei Petrus:
Non lauabis meos pedes in æternum. Re-
spondit ei Iesus: † Si non lauero te, non ha Psal. 50.
bes partem mecum. Dicit ei Simon Petrus:
Domine, nõ tantum pedes meos, sed & ma
nus & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est,
non opus habet, nisi ut pedes lauet, sed est
mundus totus. Et uos mũdi estis, † sed non Supra 6
omnes. Sciebat enim quis nam esset qui tra-
deret ipsum. Propterea dixit, Nõ estis mun
di omnes. Postquam ergo lauisset pedes eo
rum, receptis q; uestibus suis accubuisset,
iterũ dixit eis: Scitis quid fecerim uobis?

Ma. 9. 13 †Vos uocatis me magistrum ac dominum,
Mat. 13 & bene dicitis: † sum etenim. Si ergo ego
lauí pedes uestros dominus & magister, †
Gal. 6. uos quoq; debetis inuicem alij aliorum la-
Ioan. 15. uare pedes *Exemplum enim præbui uo-
Ephes. 5. bis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita
Matt 10. & uos faciatis: † Amen amen dico uobis,
Luc. 6. non est seruus maior domino suo, neq; lega
Ioan. 15. tus maior est eo qui legauit ipsum. * Si hęc
* Mat. 5. nouistis, beati estis si feceritis ea. Non de
Supra 6. omnibus uobis loquor. † Ego scio quos
Psal. 40. elegerim. Sed ut adimpleatur scriptura: *
Qui edit mecum panem, sustulit aduersum
me calcaneũ suum. Nunc dico uobis prius
10. 9. 9 quàm fiat, ut cum factum fuerit, credatis q̃
M.R. L. ego sim. † Amen amen dico uobis, qui reci
pit quencunq; misero, me recipit. Qui au-
tem me recipit, recipit eũ qui me misit. Cũ
26. 14. hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, &
Matt. R. testificatus est, dixitq; : † Amen amen dico
uobis, q̃ unus ex uobis proditurus est me.
Luc. 22. † Aspiciebãt ergo se inuicem discipuli, hæ-
Ioan. 21. sitantes de quo diceret. * Erat autem unus
ex discipulis Iesu, recumbẽs in sinu ipsius,
nimirum is quem diligebat Iesus. Innuit ergo
26. 4. go huic Simon Petrus, ut sciscitaretur quis
Mat. mar esset de quo loqueretur. † Itaq; cum recu-
buisset ille super pectus Iesu, dicit ei: Domi
ne, quis est? Respondet Iesus: Ille est cui e-
go intinctum panem porrexero. Et cum in-

tinxisset

tinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. † Et post offulã ingressus est in eum 1.Cor.11.
satanas. * Dicit igitur ei Iesus: Quod facis Matt. 26
fac citius. Hoc autem nemo intelligebat discumbẽtium, ad quid dixisset ei. † Quidam Ioan.12.
enim putabãt, quia loculos habebat Iudas, ꝙ dixisset ei Iesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis ut aliquid daret. † Cum ergo accepisset ille offulam, Ioan.13.
exiuit continuo. Erat autem nox. Cum ergo exisset, dixit Iesus: † Nunc glorificatus Ioan.12.
est filius hominis, & deus glorificatus est per eum. Si deus glorificatus est per eum, & deus glorificabit eum per se, & cõtinuo glorificabit eum. † Filioli adhuc pauliſper Io.14.17.
uobiscum sum. Quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quò ego uado, uos non potestis ue 13. 4.
nire: ita & uobis dico nunc: † Præceptum Ro. Eph.
nouum do uobis, ut diligatis uos mutuo, sicut dilexi uos, ut & uos diligatis uos mutuo. In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei sitis, si charitatem habueritis inter uos mutuam. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quò uadis? Respondit ei Iesus: Quò ego uado, non potes me nunc sequi, sequeris autem postea. Dicit ei Petrus: Domine, quare 26. 14.
non possum te sequi nunc? † Animam me- Mat. ma
am pro te ponã. Respondit ei Iesus: Animã Luc. 24.
tuam pro me pones? Amen amen dico tibi, non canet gallus, donec ter me negaueris.

CAPVT XIIII.

Ioan. 16. ET ait discipulis suis: ✶ Ne turbetur cor uestrum. Creditis in deum, & in me credite. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Quod si secus esset, dixissem uobis, Vado paraturus uobis locum. Et si abiero ad parandum uobis locum, iterum ueniam & assumam uos ad meipsum, ut ubi sum ego, & uos sitis: & quo ego uado, scitis, & uiam scitis. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quò uadis, & quomodo possumus
Ioan.1.6. uiam scire? Dicit ei Iesus: † Ego sum uia,
8.11.15. & ueritas, & uita. Nemo uenit ad patrem,
Esa.45. nisi per me. † Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis. Et nunc cognoscitis eum, & uidistis eum. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus: Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouisti me? Philippe, qui uidit me, uidit patrem. Et quomodo tu dicis, Ostende nobis patrem? Non credis quod ego in patre sum, & pa-
Ioan.3.5. ter in me? † Verba quæ ego loquor uobis à
7.8.12. meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Credite mihi, quod ego in patre sum, et pater in me, alioqui propter ipsa facta credite mihi. Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora his faciet, quia ego ad patrem uado. ✶ Et quicquid

petieri-

petieritis nomine meo, hoc faciam, ut glori Matt. 21.
ficetur pater per filium. Si quid petieritis Marc. 11.
per nomen meum, ego faciam. †Si diligitis Io. 15. 16.
me, præcepta mea seruate. Et ego rogabo Ioan. 15.
patrem, & alium consolatorem dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere, quia non uidet eum, nec nouit eum. Vos autem cognoscitis eum, quia apud uos manet, & in uobis erit. † Non relinPsal. 45.
quam uos orphanos, ueniam ad uos. AdMatt. 28.
huc pusillum, & mundus me iam non uidet, uos autem uidetis me. Quia ego uiuo, & uos uiuetis. In illo die uos cognoscetis quod ego sum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis. † Qui habet prȩcepta mea Ioã. 9. 15.
& seruat ea, ille est qui diligit me. †Qui au Ioan. 16.
tem diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & apertam ei meipsum. †
Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes: DomiAct. 15.
ne, quid factum est, quod manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo? Respondit Iesus, & dixit ei: † Si quis diligit me, serIoã. 8. 15.
monem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit Io. 3. 5. 7.
me, sermones meos non seruat: † & sermo 8. 12.
quem auditis, non est meus, sed eius qui mi Luc. 24.
sit me patris. † Hæc loquutus sum uobis, Io. 7. 15.
apud uos manens. *Paracletus autem ille, Luc. 24.

qui est spiritus sanctus, quem, spiritum, mittet pater nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia quæcunq; dixi uobis. † Pacem relinquo uobis, pacem meã do uobis: non quomodo mundus dat, ego do uobis. Ne turbetur cor uestrum, neque formidet. Audistis quod ego dixi uobis: Vado, & uenio ad uos. Si diligeretis me, gauderetis utiq; quod dixerim, Vado ad patrem, quia pater maior me est. Et nũc dixi uobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis. Posthac non multa loquar uobiscum. † Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus quod diligo patrem. Et sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Surgite eamus hinc.

Ioan. 16. 29.

Ioan. 12. 16.

CAPVT XV.

Eccl. 24. Ego † sum uitis uera, & pater meus agricola est. Omnẽ palmitem in me nõ ferentem fructum, tollit: & omnem qui fert fructum, purgat, ut fructum copiosiorem afferat. † Iam uos mundi estis propter sermonem quem loquutus sum uobis. Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite: sic nec uos, nisi in me manseritis. Ego sum uitis, uos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. †

Supra 8.

Quia

Quia sine me nihil potestis facere Si quis in me non manserit, eiectus est foras sicut palmes, & exaruit, & colligunt eos, & in ignē conijciunt, & ardent. † Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quicquid uolueritis petetis, & fiet uobis. †In hoc glorificatus est pater meus, ut fructum copiosum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, ita & ego dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc loquutus sum uobis, ut gaudium meum in uobis maneat, & gaudium uestrum impleatur. *Hoc est præceptum meum, ut diligatis uos inuicem, sicut dilexi uos. † Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut quis animam suam ponat pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæcunque ego præcipio uobis. Non posthac uos dico seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia oīa quæ audiui à patre meo, nota feci uobis. Nō uos me elegistis, sed ego elegi uos, & constitui uos, ut eatis & fructum afferatis, & fructus uester maneat: †ut quicquid petieritis patrem nomine meo, det uobis. † Hæc præcipio uobis, ut diligatis uos mutuo. Si mundus uos odit, scitis q̄d me prius

I. 6. 9. 14
21. 11.
Matt. R.
Io. 14. 16.
Io. 6. 14.
23. 14.
Io. 1. Cor
Matt. 20.
Mar. 11.
1. Ioan. 5.
Matt. 12.
Ioan. 13.

quàm uos odio habuerit. Si de mũdo fuis-
setis, mũdus quod suum est dũligeret. Quia
uero de mundo nõ estis, sed ego sclegi uos
de mundo, propterea odit uos mundus.
10. 6. Memẽtote sermonis quem ego dixi uobis:
Mat. Lu. †Non est seruus maior domino suo. Si me
persequuti sunt, & uos persequẽtur. Si ser-
monem meum seruauerunt, & uestrum ser-
Ioan. 16. uabũt. †Sed hæc omnia facient uobis pro-
pter nomen meum: quia non nouerũt eum
Ioan. 9. qui misit me. † Si nõ uenissem & loquutus
fuissem eis, peccatum non haberent. Nunc
autem non habent quod prætexant pecca-
Ioan. 5. to suo. * Qui me odit, is & patrem meum
Io. 9. 10. odit. * Si opera non fecissem inter eos, quæ
nemo alius fecit, peccatum non haberent.
Nunc autem & uiderunt & oderunt non
solum me, uerumetiam patrem meum. Sed
hoc accidit ut compleatur sermo qui in le-
Psal. 24. ge eorum scriptus est: † Odio habuerũt me
Io. 7. 14. gratis. * Cum autem uenerit paracletus,
quem ego mittam uobis à patre, spiritus ue
ritatis, qui à patre procedit, ille testimoniũ
perhibebit de me. Quin & uos testes estis,
quia ab initio mecum estis.

10. 24. 13 CAPVT XVI.

Matt. R. H * Aec loquutus sum uobis, ut ne quid
Luc. 21. offendamini. Alienos à synagogis fa-
cient uos. Sed ueniet tempus, ut quisquis
interficiat uos, uideatur cultum præstare
deo.

deo. Et hæc facient uobis, quia non nouerunt patrem neque me. Sed hæc loquutus sum uobis, ut cum uenerit tempus illud, reminiscamini eorum, quod ego dixerim uobis. †Hæc autem uobis ab initio non dixi, quia uobiscum eram. Nunc autem uado ad eum qui misit me, & nemo ex uobis interrogat me quò uadam. Sed quia hæc loquutus sum uobis, mœstitudo implenit cor uestrum. Sed ego ueritatem dico uobis, †expedit uobis, ut ego uadam. Si enim nõ abiero, consolator ille non ueniet ad uos. † Sin autem abiero, mittam eum ad uos. Et cum uenerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non credunt in me. De iustitia uero, quia ad patrem uado, & posthac non uidetis me. †De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Ad hæc multa habeo quæ uobis dicam, sed nõ potestis portare nunc. †Cum autem uenerit ille, q̃ est spiritus ueritatis, ducet uos in omnem ueritatem. †Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunq; audierit, loquetur, & quæ futura sunt annunciabit uobis. †Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis. † Omnia quæcunq; habet pater, mea sunt. Propterea dixi, quod de meo accipiet, & annunciabit uobis. Pusillum & non uidetis me, & ite-

9. 2. 5. M.R.L.
Ioan. 14.
Ibidem.
Io. 12. 14.
Ioan. 14.
Ibidem.
Ioan. 15. 11. 10. 3. M.L. Io. & 17.
Io. 7. 14.

Ioan. 14. rum pusillum & uidebitis me, † quia ego uado ad patrem. Dixerunt ergo quidam ex discipulis eius inter se: Quid est hoc, quod dicit nobis, Pusillum & non uidetis me, & rursus pusillum & uidebitis me, & quia ego uado ad patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc quod dicit pusillū? Nescimus quid loquatur. Cognouit autem Iesus quod uellent ipsum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter uos, ꝙ dixi: Pusillum & non uidetis me: & iterum pusillum, & uidebitis me. Amen amē dico uobis, plorabitis & lamentabimini uos, mundus contra gaude-
Hier. 31. bit. * Vos autem mœrore afficiemini: sed
Iaco. 4. mœror uester uertetur in gaudium. Mulier
Ioan. 15. cum parit, dolorem habet, quia uenit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit anxietatis, propterea quod gaudeat hominē esse natū in mundo. Et uos
Ioan. 14. igitur nunc quidem mœrorē habetis: † sed iterū uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollit à uobis. Et in illo die me non interrogabitis quicquam. Amen amen dico uobis, quæcunq;
12. 11. petieritis patrem in nomine meo, dabit uo-
Matt. R. bis. † Hactenus non petistis quicquam in
1. Ioan. 1. nomine meo. Petite & accipietis, † ut gau-
Matt. 13. dium uestrum sit perfectum. Hæc per pro-
Marc. 4. uerbia loquutus sum uobis. Veniet tempus, cum iam nō per prouerbia loquar uo-

bis

bis, sed palam de patre meo annunciabo uobis, in illo die in nomine meo petetis. Et non dico uobis, quod ego rogaturus sim patrem pro uobis. † Ipse enim pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis ꝙ à deo exiuerim. † Exiui à patre, & ueni in mundum: iterum relinquo mundum, & uado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc aperte loqueris, nec prouerbium ullum dicis. * Nunc scimus quod scis omnia, nec opus est tibi, ut quis te interroget. Per hoc credimus quod à deo existi. Respondit eis Iesus: Nunc creditis. † Ecce instat tempus, & iam uenit ut dispergamini unusquisq; in sua, † meq; solum relinquatis: & tamen nõ sum solus, quia pater mecum est. Hæc loquutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. In mundo afflictionem habetis, sed bono animo sitis, ego uici mundum.

Ioan. 14.
Io. 8. 13.
Io. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 15
Zach. 13.
Matt. 26
Mar. 14.
Io. 14. 20

CAPVT XVII.

HAec loquutus est Iesus, & sublatis oculis in cœlum, dixit: * Pater, uenit hora, glorifica filium tuum, ut & filius tuus glorificet te: * sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut quotquot dedisti ei, det eis uitam æternam. † Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum deum uerum, & quem misisti Iesum Christum. * Ego te glorificaui super terram, opus consummaui,

Ioan. 12.
Ioan. 5.
Supra 6.
Exo. 23.

Ioan. 12. quod dediſti mihi ut facerem. † Et nũc glo-
rifica me tu pater, apud temetipſum gloria
quam habui prius quàm hic mundus eſſet
apud te. Manifeſtaui nomen tuum homini-
bus, quos dediſti mihi de mundo. Tui erãt,
& mihi eos dediſti, & ſermonem tuum ſer-
uauerunt. Nunc cognouerunt quod omnia
Ioã. 4. 8. quæcunq; dediſti mihi abs te ſunt. † Quia
uerba quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi ac-
ceperunt & cognouerunt uere quod à te
exiui, & crediderunt quod tu me miſiſti. †
Ioan. 14. Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo,
ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt.
Ioã. 1. 15. † Et mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt,
& glorificatus ſum in eis. Et iam non ſum
in mundo: & hi in mundo ſunt, & ego ad
Luc 22. te uenio. † Pater ſancte, ſerua eos per no-
men tuum quos dediſti mihi, ut ſint unum
ſicut & nos. Cum eſſem cum eis in mundo,
Io. 6. 18. ego ſeruabam eos nomine tuo. † Quos de-
Pſal. 68. diſti mihi, ego cuſtodiui, & nemo ex eis pe
Act. 1. rijt, niſi filius ille perditus, ut ſcriptura cõ-
pleretur. Nunc autem ad te uenio, & hæc
loquor in mundo, ut habeant gaudium me-
Io. 8. 15. um impletum in ſemetipſis. † Ego tradidi
eis ſermonem tuum, & mundus eos odio
habuit, quia non ſunt de mundo, ſicut &
ego nõ ſum de mundo. Non rogo ut tollas
eos è mundo, ſed ut ſerues eos à malo.
De mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum

de

de mundo. Sanctifica eos per ueritatẽ tuam.
†Sermo tuus ueritas est. * Sicut tu me mi- Ioan. 8.
sisti in mundum, ita & ego misi eos in mun Ioan. 20.
dum, & pro eis ego sanctifico meipsum, ut
sint & ipsi sanctificati per ueritatem. †Nõ Ioan 14.
pro eis autem rogo tantum, sed & pro ijs
qui credituri sunt per sermonem eorum in
me: ut omnes unũ sint, sicut tu pater in me,
& ego in te: ut & ipsi in nobis unum sint,
ut credat mundus ꝙ tu me miseris: & ego
gloriã quam dedisti mihi dedi eis, ut sint u-
num sicut & nos unum sumus, ego in eis,
& tu in me, ut sint consummati in unum: †
& ut cognoscat mundus quod tu me misi- Ioan. 12.
sti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. †
Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi sum e- Io. 6. 14.
go, & illi sint mecum, ut uideant gloriam
meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me 11. 7. 15.
ante conditum mundum. †Pater iuste, & Matt. 10.
mundus te non cognouit, ego autem te co-
gnoui, & ij cognouerunt quod tu me mise-
ris. †Et notum feci eis nomen tuum, & no- Ioan. 8.
tum faciam, ut dilectio qua dilexisti me, in
ipsis sit, & ego in ipsis.

CAPVT XVIII. 26 14. 22

HAec cum dixisset Iesus, †egressus est M. R. L.
cum discipulis suis trans torrentem Ce
dron, ubi erat hortus, in quẽ introiuit ipse
& discipuli eius. †Nouerat autem & Iu- R. L. ibi.
das, qui prodebat eum, locũ, quia frequen-

ter Iesus conuenerat illuc cum discipulis
Ioan.13. suis. † Iudas ergo cum accepisset cohortem & à pontificibus ac phariseis ministros, uenit illuc cum laternis, ac facibus & armis. Iesus itaq; sciens omnia quæ uentura erant super se, processit, ac dixit eis: Quem quæritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & Iudas, qui prodebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi uobis, quod ego sum. Si ergo me
Ioan.17. quæritis, sinite hos abire. † Vt compleretur sermo quem dixerat: Ex his quos dedi
26.14.22 sti mihi non perdidi quenquam. * Simon ergo Petrus cum haberet gladium, eduxit eum, & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dextram. Erat autem nomen seruo Malchus. Dicit ergo Iesus Petro: Immitte gladium tuum in uaginam. An non bibam poculũ quod dedit mihi pater?
Ibidem. † Cohors igitur & tribunus ac ministri Iudæorum comprehenderũt Iesum, & ligauerunt eum, & abduxerunt eum ad Annã primum (erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius.
Ioan.11. † Erat autem Caiphas is qui consilium dederat Iudæis, quod expediret unum hominem mori pro populo.)

Seque

†Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, M. R. L.
& alius discipulus. Discipulus autem ille Ibidem.
erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu
in atrium pontificis. † Petrus autem stabat Mat. 26.
ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus ille
alter, qui erat notus pontifici, & dixit ostia
riæ, & introduxit Petrum. † Dixit ergo Pe M. R. L.
tro ancilla ostiaria: Num & tu ex discipu- Ibidem.
lis es hominis istius? Dicit ille: Non sum.
Stabant autem serui & ministri, qui prunas
congesserant, quia frigus erat, & calefacie-
bant se. Erat autem cum eis & Petrus stãs
& calefaciens se. Pontifex ergo interroga-
uit Iesum de discipulis suis, & de doctrina
ipsius. Respondit ei Iesus: † Ego palam lo- Ioan. 7.
cutus sum mundo, ego semper docui in sy-
nagoga, & in templo, quò omnes Iudęi con
ueniunt, & in occulto locutus sum nihil.
Quid me interrogas? Interroga eos qui au-
dierunt quid locutus sim ipsis: Ecce hi sci-
unt quæ dixerim ego. Hæc autem cum di-
xisset, unus assistens ministrorum, dedit ala
pam Iesu, dicens: Siccine respondes pontifi
ci? Respondit ei Iesus: Si male loquutus
sum, testificare de malo: sin bene, cur me cæ
dis? Et misit eum Annas uinctum ad Cai- 26. 14. 22
pham pontificẽ. Stabat aũt Simon Petrus, M. R. L.
& calefaciebat se. Dixerũt ergo ei: Num et
tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & di
xit: Non sum. Dicit ei unus ex seruis ponti

ficis, cognatus eius, cuius abscíderat Petrus auriculã: Nónne ego te uidi in horto
27.15.23. cum illo? Iterũ ergo negauit Petrus. Et sta-
M. R. L. tim gallus cecinit. † Ducunt ergo Iesum à
M. R. Ib. Caipha in prætoriũ. Erat aũt mane, & ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed ut ederent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem affertis aduersus hominẽ hunc? Responderunt & dixerunt ei: Si non esset hic nocens, haudquaquã tibi tradidissemus eum. Dicit ergo eis Pilatus: Accipite eum uos, & secundũ legem uestrã iudicate eum. Dixerũt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quenquam. Vt sermo Iesu implerétur, quẽ dixit, significãs qua morte esset mo-
M. R. L. riturus. * Introiuit ergo iterũ in prætorium
Ibidem. Pilatus, & uocauit Iesum, & dixit ei: Tu es ille rex Iudæorum? Respondit Iesus: A temetipso tu hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus: Num ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tradiderũt te mihi. Quid feciſti? Respondit Iesus: Regnum meũ non est ex hoc mundo: si ex hoc mũdo esset regnũ meum, ministri mei utiq; decertarent ne traderer Iudæis. Nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis q̃d rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut

testimo-

testimoniũ feram ueritati. Omnis qui est ex
ueritate, audit uocem meam. Dicit ei Pila- 27. 15.
tus: Quid est ueritas? † Et cũ hoc dixisset, Mat. R.
iterum prodijt ad Iudæos, & dicit eis: Ego 27.15.23.
nullam inuenio in eo causam. † Est autem M. R.L.
consuetudo uobis, ut unum dimittã uobis
in pascha. Vultis ne ergo dimittam uobis il
lum regem Iudæorum? † Clamauerunt rur- Ibidem.
sum omnes, dicentes: Non hunc, sed Barab
bam. Erat autem Barabbas latro.

CAPVT XIX. 27 15

† Tunc ergo apprehẽdit Pilatus Iesum, Matt. R.
& flagellauit, & milites plectentes co-
ronam de spinis, imposuerunt capiti eius,
& ueste purpurea circundederunt eum, ac
dicebant: Aue rex Iudæorum. Et dabant ei
alapas. † Exiuit iterum Pilatus foras, & di Luc.23.
cit eis: Ecce adduco uobis eum foras, ut
cognoscatis quod nullam in eo causam in- 27. 15
uenio. † Exiuit ergo Iesus foras, gestans Mat. R.
spineam coronam, & purpureum pallium.
Et dicit eis: Ecce homo. † Cum ergo uidis-
sent eum pontifices & ministri, clamabant,
dicentes: Crucifige, crucifige. Dicit eis Pi-
latus: Accipite eum uos, & crucifigite: †
ego enim non inuenio in eo causam. Re- Ibidem.
sponderunt ei Iudæi: Nos legem habemus,
& secundum legem nostram debet mori,
quia filium dei se fecit. † Cum ergo audisset
Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et

ingressus est prætorium iterum, & dicit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum nõ dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? nescis quod potestatem habeam crucifigendi te, & potestatem habeam absoluendi te? Respondit Iesus: Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset è supernis. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatũ habet. Ex eo quærebat Pilatus absoluere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc absolueris,
AA. 13. non es amicus Cæsaris. † Quicunq; se regem facit, contradicit Cæsari. Pilatus autem cum audisset hunc sermonem, produxit foras Iesum, sedit q; pro tribunali in loco, qui dicitur Lithostrotos, Hebraice autem Gabbatha. Erat autem parasceue paschæ hora fermè sexta, & dicit Iudæis: Ecce rex
R.L.Ib. uester. † Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem uestrum crucifigam? Responderunt pontifices: Non habemus regem, nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eum illis, ut cruci-
M. R.L. figeretur. † Acceperunt autem Iesum, &
Ibidem. abduxerunt, atque is baiulans crucem suam, exiuit in eum, qui dicitur Caluaria, locum, Hebraice autem Golgotha, ubi crucifixerunt eum: & cum eo alios duos hinc et
Ibidem. hinc, medium autem Iesum. † Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super cru

cem,

cem. † Erat autem scriptum: Iesus Nazare- Ibidem.
nus rex Iudæorum. Hunc ergo titulum mul
ti Iudæorum legerunt, quia prope ciuita-
tem erat locus ubi crucifixus est Iesus. Et
erat scriptum Hebraice, & Græce, & Lati
ne. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæo
rum: Noli scribere rex Iudæorū, sed quod
ille dixerit: Rex sum Iudæorum. Respon-
dit Pilatus: Quod scripsi scripsi. Milites er Ibidem.
go cum crucifixissent Iesum, acceperunt ue
stimenta eius, & fecerunt quatuor partes,
unicuiq; militi partem, & tunicā. Erat au-
tem tunica inconsutilis, à summo contexta
per totum. Dixerunt ergo inter se: Ne scin-
damus eam, sed sortiamur de illa cuius sit.
Vt scriptura impleretur, dicens: † Partiti Psal. 21.
sunt uestimenta mea sibi, & in uestem me-
am miserunt sortem. Et milites quidem hæc
fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Ie-
su mater eius, & soror matris eius Maria
Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum ui-
disset ergo Iesus matrem ac discipulum ad-
stantem quem diligebat, dicit matri suæ:
Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit disci
pulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora acce-
pit eam discipulus in sua. Postea sciens Ie-
sus quod omnia iam consummata essent,
† ut consummaretur scriptura, dicit: Si- Psal. 68.
tio. Vas igitur erat positum aceto plenum,

M. R. L. †Illi uero impleuerunt ſpongiam aceto &
Ibidem. hyſopo, & impoſitam admouerũt ori eius.
Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit:
Ibidem. Conſummatum eſt: † & inclinato capite tra
didit ſpiritum. Iudæi ergo quoniã paraſce-
ue erat, ut non remanerent in cruce corpo-
ra ſabbato (erat enim magnus dies ille ſab-
bati) rogauerunt Pilatum, ut frangerentur
eorum crura, ac tollerentur. Venerunt ergo
milites, & primi quidem fregerunt crura,
& alterius, qui crucifixus eſt cum eo. Ad
Ieſum autem cum ueniſſent, ut uiderẽt eum
iam mortuum, non fregerunt eius crura, ſed
unus militũ lancea latus eius fodit, & con
Io. 20. 21. tinuo exiuit ſanguis & aqua. † Et qui ui-
dit, teſtimonium perhibuit, & uerum eſt te-
ſtimonium eius. Et ille ſcit ꝙ uera dicit, ut
Exo. 12. & uos credatis. † Facta ſunt enim hæc, ut
Num. 9. ſcriptura impleretur: Os non comminuetis
ex eo. Et rurſus alia ſcriptura dicit: † Vi-
Zach. 12 debunt in quem pupugerunt. † Poſt hæc
M. R. L. autem rogauit Pilatum Ioſeph Arimathien
Ibidem. ſis, qui erat diſcipulus Ieſu, ſed occultus
propter metum Iudæorum, ut tolleret cor-
Ioan. 3. 7. pus Ieſu: idꝙ permiſit Pilatus. † Venit au-
tem & Nicodemus, qui uenerat ad Ieſum
nocte primum, ferens mixturam myrrhę &
M. R. L. aloes ad libras fermè centum. † Acceperũt
Ibidem. ergo corpus Ieſu, & obuinxerunt illud lin
teis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis
ſepelire

sepelire. Erat autem in eo loco ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumentũ nouum, in quo nondum quisquam positus erat: ibi ergo propter parasceuen Iudęorum, quod in propinquo esset monumentum, posuerunt Iesum.

CAPVT XX.

†No uero die sabbatorum Maria Magdalene uenit mane, cũ adhuc tenebræ essent, ad monumentũ, uidetq; lapidem sublatum à monumento. Currit ergo & uenit ad Simonem Petrum, †& ad alterum illum discipulum quem amabat Iesus, & dicit illis: Sustulerunt dominum è monumento, & nescimus ubi posuerint eum. Exijt ergo Petrus, & ille alius discipulus, & uenerũt ad monumentum. Currebãt autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, uenitq; prior ad monumentum. Et cum se inclinasset, uidit posita linteamina, non tamen introiuit. † Venit ergo Simon Petrus, sequens eum, & introiuit in monumentum, & uidet linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in unum locum. Tunc ergo introiuit & ille alius discipulus qui uenerat prior ad monumentum, uiditq; & credidit. †Nondũ enim nouerant scripturam, quod oportuisset eum à mortuis resurgere. Abie-

Matt. 28. Mar. 16. Luc. 24. Ioã. 13. 21 Luc. 24. Ibidem. Psal. 15. Act. 2. 15. & 17.

runt ergo rursus discipuli ad semetipsos. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se in
Luc. 24. monumentũ, † & uidet duos angelos amictos albis, sedentes unum ad caput, & alterum ad pedes illic, ubi posuerant corpus Ie
Matt. 28. su. Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? Di-
Marc. 16 cit eis: Sustulerunt dominũ meum, nec scio
Luc. 24. ubi posuerunt eum. Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & uidet Iesum stantem, nec sciebat ꝙ Iesus esset. Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras? Quem quæris? Illa existimans ꝙ hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu asportasti eum, dicito mihi ubi posueris eum, & ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria. Conuersa illa, dicit ei: Rabboni, quod dicitur, magister. Dicit ei Iesus: Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meum. Sed uade ad fratres meos, &
Io. 14. 16. dic eis: †Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum: & deum meum, & deum ue-
Luc 24. strum. †Venit Maria Magdalene, annuncians discipulis quod uidisset dominũ, et ea
Ibidem. dixisset sibi. †Cum ergo uespera esset die illo, qui erat unus sabbatorũ, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati pro-
24. 14. pter metum Iudæorum, uenit Iesus, stetitꝙ
Luc. 16. in medio, & dicit eis: †Pax uobis. Et cum
Phil. 4. hæc dixisset, ostendit eis manus ac latus suum. Gauisi sunt ergo discipuli uiso domi-

no

no. Dixit ergo eis iterum: Pax uobis. † Si- Ioan. 17.
cut misit me pater, ita & ego mitto uos. Hęc
cum dixisset, flauit in eos, & dicit eis: † Ac Luc. 24.
cipite spiritum sanctum. * Quorũcunq; re- Matt. 16.
miseritis peccata, remittuntur eis: quorum- & 18.
cunq; retinueritis, retenta sunt. † Thomas Ioan. 11.
autem unus ex duodecim, qui dicitur Didy
mus, non erat cum eis quando uenit Ie-
sus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidi-
mus dominum. Ille autem dixit eis: Nisi ui
dero in manibus eius uestigium clauorum,
& mittam digitum meum in uestigium cla-
uorũ, & mittam manũ meam in latus eius,
non credam. † Et post dies octo iterum erãt Ioan. 21.
discipuli eius intus, & Thomas cum eis, ue
nit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, &
dixit: Pax uobis. Deinde dicit Thomæ: In- Luc. 24.
fer digitum tuum huc, & uide manus meas,
& admoue manum tuam, & immitte in la-
tus meum, & noli esse incredulus, sed cre-
dens. Respondit Thomas, & dixit ei: Dñs
meus, & deus meus. Dicit ei Iesus: Quia ui
disti me Thoma, credidisti: † beati qui non Io. 3. 6.
uiderunt & crediderunt. Multa quidem &
alia signa fecit Iesus in conspectu discipulo
rum suorum, quæ non sunt scripta in libro
hoc: † hæc autem scripta sunt ut credatis Io. 19. 21.
q̃ Iesus est Christus ille filius dei, & ut cre
dentes uitam habeatis per nomen eius.

CAPVT XX.

POstea manifestauit se iterum Iesus ad ma
re Tiberiadis: manifestauit autem sic.
Erant simul Simon Petrus, & Thomas,
qui dicitur Didymus: & Nathanael, qui e-
rat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, a-
lijq; ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon
Petrus: Vado piscatum. Dicunt ei: Venie-
Luc.5. mus & nos tecum. † Exierunt & ascende-
runt in nauim statim, & illa nocte nihil ce-
perunt. Mane autem iam facto, stetit Iesus
in littore, non tamen cognouerunt discipu
Luc.24. li quod Iesus esset. Dicit eis Iesus: † Pueri,
num quid obsonij habetis? Responderunt
Luc.5. ei: Non. † At ille dicit eis: Mittite in dexte-
ram nauigij partem rete, & inuenietis. Mi-
serunt ergo, & iam non ualebant illud tra-
Supra 13. here præ multitudine piscium. † Dicit ergo
discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro:
Dominus est. Simon ergo Petrus cum au-
disset q; dominus esset, tunica succinxit se
Matt.14. (erat enim nudus) † et misit se in mare. Alij
autem discipuli nauigiolo uenerunt: non e-
nim longe aberant à terra, sed circiter cubi
Luc.24. tis ducentis trahentes rete piscium. † Vt er
go descenderunt in terram, uiderũt prunas
positas, & piscem superpositũ, & panem.
Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos
Luc.5. prendidistis nunc. † Ascẽdit Simõ Petrus,
& traxit rete in terram plenum magnis pi-
scibus centum quinquagintatribus. Et cum
tot

tot essent, non est scissum rete. *Dicit eis Ie- Luc. 24.
sus: Venite prandete. Et nemo discipulo-
rum audebat interrogare eum, dicens: Tu
quis es? cum scirent q̃ dominus esset. *Ve- Ibidem.
nit itaq̃ Iesus, & accipit panem, & dat eis,
& piscem similiter. Hac iam tertia uice ma-
nifestatus est Iesus discipulis suis cum re-
surrexisset à mortuis. Cum ergo prandisset,
dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis di
ligis me plus quàm hi? Dicit ei: Etiam do-
mine, tu scis quod amem te. Dicit ei: *Pa- Ioan. 8.
sce agnos meos. Dicit ei rursus iterũ: Simõ 13. & 14.
Ioannis diligis me? Ait illi: Etiã domine, tu Luc. 22.
scis quod amẽ te. Dicit ei: Pasces oues me-
as. Dicit ei tertio: Simon Ioannis amas me?
Indoluit Petrus quod dixisset sibi tertio,
Amas me? Dixitq̃ ei: * Dñe, tu omnia no- Ioan. 16.
sti, tu scis quod amem te. Dicit ei Iesus: Pa-
sce oues meas. Amen amen dico tibi, cum
esses iunior cingebas te, & ambulas quò
uolebas: cum aũt senueris, extendes manus
tuas, & alius te cinget, & ducet quò non
uis. Hoc autem dixit, significans qua mor-
te glorificaturus esset deum. Et cum hoc di
xisset, dicit ei: Sequere me. Conuersus Pe-
trus, uidet illum discipulum † quem dilige Ioan. 13.
bat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cœ
na super pectus eius, et dixit: Domine, quis
est ille qui tradit te? Hunc ergo cum uidis-
set Petrus, dicit Iesu: Domine, hic autem

quid? Dicit ei Iesus: Si eũ uelim manere donec ueniã, quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres, q̃ discipulus ille non moreretur. Et non dixerat ei Iesus, Non moritur, sed si eum uelim manere donec ueniam, quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimoniũ perhibet de his, & scripsit hæc. Et scimus q̃ uerum est testimoniũ eius. Sunt aũt & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipse, opinor, mũdus caperet eos qui scriberentur libros.

ACTA APOSTOLORVM.

CAPVT I.

2. Esd. 7. Matt. 5. 7 Rom 2. Iaco. 1.

VPeriore quidem uolumine diximus Theophile, de omnibus quę cœpit Iesus tum facere tum docere, ad eum usq̃ diem, quo postquã impartitus in hoc ipsum spiritum sanctum, mandata dedisset, † quos delegerat apostolis, sursum assumptus est, q̃bus etiã seipsum exhibuerat uiuentem, posteaq̃ supplicio fuisset affectus: † idq̃ cõpluribus argumentis, dum per dies quadraginta conspicitur ab illis, ac loqtur eis de regno dei. * & congregãs illos in idem loci, præcepit eis ne discederent Hierosolymis, † sed ut expectarent promissum patris, de quo, inquit, audistis

Ioan. 15. Luc. 24. Io. 20. 21. Matt. 28. Luc. 24. Luc. Ibi. & Io. 14.

audistis ex me, quoniã Ioannes baptizauit quidẽ aqua, uos autẽ baptizabimini spiritu sancto post dies hosce nõ multos. Illi igitur ubi conuenissent, percontabãtur illũ, dicentes: Dñe, nũ in tempore hoc restituis regnũ Israeli? Dixit autẽ ad illos: Non est uestrum nosse tempora, & articulos temporũ, quos pater in sua ipsius constituit potestate: sed accipietis uirtutem, posteaquã spiritus sanctus aduenerit super uos, † & eritis mihi testes non solum Hierosolymis, uerumetiam in uniuersa Iudæa Samariaq́, deniq́ usque ad extrema terræ. Atq́ hoc locutus, uidentibus ijsdem, in altum sublatus est, & nubes subduxit illũ ab oculis eorũ. Cumq́ essent defixis in cœlũ oculis, eunte illo, ecce uiri duo adstiterunt illis, amicti uestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis intuentes in cœlũ? Hic Iesus qui assumptus est à uobis in cœlũ, † sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntẽ in cœlũ. Tũc reuersi sunt Hierosolymam à monte, qui uocatur Oliueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati. † Et cũ introissent, ascenderũt in cœnaculũ ubi mansitabãt & Petrus & Iacobus, & Ioannes, & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi, & Simõ Zelotes, & Iudas Iacobi frater: hi oẽs perseuerabãt unanimiter in deprecatione et obsecratiõe cũ mulieribꝰ.

Luc. 24.
Infr. 2. 10
Ioan. 16.
Matt. 28.
Marc. 16
Luc. 24.
Matt. 24.
Marc. 13.
Lu. 17. 21
Matt. 10.
Mar. 13.
Luc. 6.
Iud. 8. 9.
& 13.
Luc. 24.

& Maria matre Iesu, cũ fratribus illius. Et in diebus his exurgens Petrus in medio discipulorũ, dixit (erat turba nominum simul ferè centũ uiginti) Viri fratres, oportuit impleri scripturam hanc, quam prædixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux his qui comprehenderunt Iesum, quia cooptatus erat in numerũ nostrũ, Matt. 27. & sortitus erat partẽ ministerij huius. † Et is quidem parauit agrũ ex mercede iniquitatis, suspensus crepuit medius, & effusa sunt omnia uiscera eius. Et innotuit omni- Ibidem. bus habitantibus Hierosolymæ, † ita ut appellaretur ager ille lingua illius uernacula Aceldama, hoc est, ager sanguinis. Scriptũ Psal. 68. est enim in libro Psalmorum: † Fiat commoratio eius deserta, & non sit qui inhabitet Psal. 108. in ea. † Et episcopatum eius accipiat alter. Oportet igitur, ut ex his uiris qui nobiscũ uersati sunt toto tempore, quo dominus Iesus perpetuam uitæ consuetudinem egit nobiscum: exorsus à baptismo Ioannis, ad eum usq; diem, quo receptus est à nobis: † Luc. 24. unus quispiam constituatur, qui sit unà no- Infra 4. & biscum testis resurrectionis eius. † Et statuerunt duos, Ioseph, qui uocatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam. Et facta precatione, dixerũt: Tu domine, qui corda nosti omniũ, ostende utrum elegeris ex his duobus, ut accipiat sortem mini-

ministerij huius, & apostolatus, unde prævaricatus excidit Iudas, ut abiret in locum suum. † Et dederunt sortes eorum, & cecidit sors super Matthiam, & cooptatus est ad numerum undecim apostolorum. Psal. 30. 77 Prou. 16. Ionæ 1.

CAPVT II.

ET cum complerentur dies pentecostes, erant omnes unanimiter in eodem loco: & factus est repente de cœlo sonitus, tanquam impetu uenientis flatus uehementis, & repleuit totam domum ubi erant sedentes. Et uisæ sunt illis dissectæ linguæ uelut igneæ. Seditq; super singulos eorum: * ac repleti sunt oẽs spiritu sancto, cœperũtq; loqui alijs linguis, prout spiritus ille dabat eloqui illis. Erant autem Hierosolymis habitantes Iudæi, uiri religiosi ex omni natione earum quæ sub cœlo sunt. Is rumor cum increbuisset, conuenit multitudo, & cõfusa est, quod audiret unusquisq; lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, ac mirabãtur, dicentes inter sese: Nónne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quomodo nos audimus eos sua quisq; lingua in qua nati sumus? Parthi & Medi & Elamitæ, & habitatores Mesopotamiæ, Iudææq; & Cappadociæ, Ponti & Asiæ, Phrygiæ & Pamphyliæ, Aegypti & partium Libyæ, eius quæ est finitima Cyrenæ, & aduenæ Romani, Iudæiq; & prose-

Infra 4. 19. Ioan. 7.

lyti, Cretes & Arabes, † audimus eos loquentes nostris linguis magnifica dei. Stupebant autem omnes, ac mirabantur inter se, dicentes: Quidnam uult hoc esse? Alij aũt irridentes, dicebãt: Musto expleti sunt isti. Stans autem Petrus cum undecim, extulit uocem suam, ac loquutus est eis: Viri Iudæi, & qui habitatis Hierosolymis uniuersi, hoc uobis notum sit, & auribus percipite uerba mea: Non enim sicut uos existimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia. Sed hoc est quod dictum est per prophetam

Infra 4.

Iohel. 2. Iohel: † Et erit in nouissimis diebus, dicit deus, effundã de spiritu meo super omnem carnem. Et prophetabunt filij uestri, & filiæ uestræ, & iuuenes uestri uisiones uidebunt, & seniores uestri somnia somniabũt. Et quidem super seruos meos, & super ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo, & prophetabunt, † & dabo prodigia in cœlo superne, & signa in terra inferne, sanguinem & ignem, & uaporem fumi. † Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam ueniat dies ille domini magnus atq; illustris. † Et futurũ est, ut omnis quicunq; inuocauerit nomen domini, seruetur. † Viri Israelitæ, audite uerba hæc: Iesum Nazarenũ uirum exhibitum à deo erga uos uirtutibus & prodigijs & signis, quæ fecit per illum deus in medio uestri,

Esa. 44.

Luc. 21.

Iohel. 2. 3

2. 10.

Iohe. Ro.

Infra 5.

nestri, sicut & ipsi scitis, † hũc definito con Matt. 27
silio & præscientia dei traditum, cum ac- Marc. 51.
cepissetis per manus iniquorum, crucifixũ loan. 11.
interemistis, † quem deus suscitauit solutis Infra 10.
doloribus mortis, quatenus impossibile e- Rom. 6.
rat teneri illum ab ea. Dauid enim dicit de
eo: * Prouidebam dominũ coram me sem- Psal. 15.
per, quoniam à dextris est mihi, ne commo
uear. Propter hoc lætatũ est cor meum, &
exultauit lingua mea: insuper & caro mea
requiescet in spe. Quoniã non derelinques
animam meam in inferno, nec sines ut san-
ctus tuus uideat corruptionem. Notas mi-
hi fecisti uias uitæ, replebis me iucunditate
cum facie tua. Viri fratres, quandoquidem
licet libere dicere apud uos de patriarcha
Dauid, * quod & defunctus est, & sepultus 3. Reg. 2.
est, & sepulchrum eius est apud nos usq; in
hodiernũ diem. † Propheta igitur cum es- Psal. 131.
set, & sciret, quod iureiurando iurasset sibi
deus, futurum ut de fructu lumbi ipsius,
quantum ad carnem Christus exoriretur,
ac sederet super sedem eius, prę scius loquu
tus est de resurrectione Christi, * quod nõ Psal. 15.
derelicta sit in inferno anima eius, neq; ca-
ro eius uiderit corruptionem. Hunc Iesum
suscitauit deus, † cuius omnes nos sumus Supra 1.
testes. Dextera igitur dei exaltatus, & Infr. 5. 10.
promissione spiritus sancti accepta à pa-
tre effudit hoc, quod nunc uos uidetis &

auditis. Non ẽm Dauid ascendit in cœlos,
Psal. 109 sed dicit ipse: † Dixit dominus dño meo, Sede ad dextris mihi, donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum. Certo sci at ergo tota domus Israel, quod dominum
Infra 3. & Christũ fecerit deus hũc Iesum, † quem uos crucifixistis. His autem auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum
4. 1. 13. ac reliquos apostolos: Quid faciemus uiri
M.R.L. fratres? † Petrus ait ad illos: Delictorũ pœ
Apo. 2. nitentiam agite, & baptizetur unusquisq; uestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum, & accipietis donum spiritus sancti. Vobis ẽm facta est repromissio & filijs uestris, & omnibus qui longe sunt quoscunq; aduocauerit dominus deus no-
16. 8. 12. ster. Alijs q; uerbis plurimis testificatus est,
M.R.L. & exhortatus est eos, dicens: * Seruemini à generatione ista praua. Qui ergo libenter acceperunt sermonem eius, baptizati sunt, & accesserunt in die illo animæ circiter ter
1. Cor. 11. mille. * Erant autem perseuerantes in doctrina apostolorum, & cõmunicatione, & fractione panis, & precationibus. Obortus est autem omni animæ timor, multaq; prodigia & signa per apostolos edebãtur.
Infra 4. * Omnes autem qui credebant, erant coniuncti, & habebant omnia communia. Possessiones q; & substantias uendebant, ac diuidebant illa omnibus, prout cuiq; opus

erat.

erat. Et quotidie perdurantes unanimiter in tẽplo, & frangentes per singulas domos panem, inuicem sumebant cibum, cum exultatione & simplicitate cordis laudantes deum, & habentes gratiam apud totum populum. Dominus autem addebat qui salui fierent, quotidie congregationi.

CAPVT III.

SImul aũt Petrus & Ioannes ascendebant in templũ ad horam precationis nonam. * Et quidam uir qui erat claudus ex utero matris suæ, baiulabatur, quem ponebant quotidie ad portã templi, quæ dicitur speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. Is cum uidisset Petrũ ac Ioannem ingressuros in templum, rogabat ut eleemosynam acciperet. Defixis autem in eũ oculis, Petrus cũ Ioanne dixit: Aspice in nos. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturũ ab eis. Petrus autẽ dixit: Argentũ & aurũ nõ est mihi: quod aũt habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Et apprehensa manu eius dextera, erexit eum. Protinus aũt consolidatæ sunt plantæ illius ac tali. Et exiliens stetit, & ambulabat, intrauitq; cum illis in templum, inambulãs & saliens ac laudans deum. Et uidit eum totus populus ambulantem ac laudãtem deum. Agnouerunt q; illũ, q̃d ipse esset is qui ad eleemo

Infr. 4. 14

Infr. 4. 9.

synam federat ad speciosam portã templi.
Luc.5. †Et impleti sunt admiratione et stupore super eo quod cõtigerat illi Cum teneret autem qui sanatus fuerat claudus, Petrum & Ioannem, cucurrit totus populus ad eos in porticu, quæ appellatur Solomonis, stupefactus. Quo uiso, Petrus respondit ad populum: Viri Israelitę qd miramini super hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra uirtute aut pietate effecerimus ut hic ambularet? Deus Abrahã, & Isaac, & Iacob, deus patrum nostrorũ glorificauit filiũ suũ Iesum, quem uos tradidistis ac negastis in conspe-
27. 15. ctu Pilati, cum ille iudicasset esse absoluen-
Ma.mar. dum. †Vos aũt sanctum et iustum negastis, & postulastis ut uirũ homicidam donaret uobis, autorẽ uero uitæ interfeciſtis, quem deus suscitauit à mortuis: cuius nos testes sumus, & per fiduciam nominis eius hunc quẽ uidetis ac nostis, consolidauit nomen ipsius: & fides quæ per eum est, dedit ei integritatẽ istam in cõspectu omnium uestrũ.
Luc.23. †Et nunc fratres scio, qp per ignorantiã fecistis, sicut & principes uestri. Deus autem
Eccli.17. quæ prænunciauerat per os omniũ prophe-
Matt.4. tarum suorũ, Christum passurum, impleuit
Marc.1. sic. †Pœniteat uos igitur, & conuertimini
Ezec.18. ut deleãtur peccata uestra, ut cum uenerint
Luc.13. tẽpora refrigerationis à conspectu domini,
Apo.2. & miserit eum qui ante prædicatus est uobis,

bis, Iesum Christum, quem oportet quidem cœlum accipere usq; in tempora restitutionis omnium, quæ loquutus est deus per os omnium sanctorum suorum à sæculo prophetarum. Moses quidem ad patres dixit: † Prophetã suscitabit uobis dominus deus uester de fratribus uestris, mei similem. Audietis eum iuxta omnia quæcunq; locutus fuerit uobis. *Futurum est autem, ut omnis anima quæ non audierit prophetam illum, exterminetur è populo. Quin & omnes prophetæ à Samuele, ac deinceps quotquot loquuti sunt, etiã annunciauerunt dies istos. Vos estis filij prophetarum ac testamenti, quod testatus est deus erga patres nostros, dicens ad Abraham: *Et in semine tuo benedictionem consequentur omnes familiæ terræ. Vobis primum deus, cum suscitasset filium suum Iesum, misit eum benedicentem uobis: ita ut unusquisq; uestrum conuerteret se ab iniquitatibus suis.

Infra 7. Deut. 18. Ibidem. Ge. 21. 22

CAPVT IIII.

LOquentibus autem illis ad populum, superuenerunt illis sacerdotes ac magistratus templi, & Sadducæi, *moleste ferentes quod docerent populum, & annunciarent in nomine Iesu resurrectionem ex mortuis: & iniecerunt eis manus, posueruntq; eos in custodiam in posterum diem: nam erat iam uespera. Multi uero eorum

Infra 5.

qui audierant sermonẽ, crediderunt: & factus est numerus uirorum circiter quinque millia. Factum est aũt postero die, ut congregarentur principes eorum, & seniores, & scribæ Hierosolymis, & Annas princeps sacerdotũ, & Caiphas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant de genere pontificio. Et cum statuissent eos in medio, interrogabant: Qua uirtute aut quo nomine fecistis hoc uos? Tũc Petrus repletus spiritu sancto, dixit ad eos: Principes populi, & seniores Israel, si nos hodie examinamur de eo ꝙ benefecerimus homini infirmo, qua ratione iste saluus factus sit: notum sit omnibus uobis, & toti plebi Israel, † quod per nomen Iesu Christi Nazareni, quẽ uos crucifixistis, quem deus suscitauit à mortuis, per hunc iste adstat coram uobis sanus. † Hic est lapis ille, qui reiectus est à uobis ædificãtibus, qui factus est caput anguli: nec est in alio quoquã salus. * Nec enim aliud nomen est sub cœlo datũ inter homines, in quo oporteat nos saluos fieri. Videntes autem Petri in dicẽdo libertatem ac Ioannis, † compertoq; ꝙ homines essent illiterati & idiotæ, admirabantur, & agnoscebant eos, quod cũ Iesu fuissent: hominẽ autem uidentes stantem cum eis qui sanatus fuerat, nihil poterant contradicere: † iussis autem illis è concilio secedere, conferebant inter se,

Supra 3.
21.12.10.
M. R. L.
1. Pet. 2.
Philip 12.
Heb. 2.
1. Cor. 1.
Infra 5.

se,

se, dicẽtes: Quid faciemus hominibus istis? Nam consp̃icuum signum editum esse per eos, omnibus habitantibus Hierosolymis manifestum est, nec possumus inficiari. Sed ne amplius diuulgetur in populum, minaciter interminemur eis, ne posthac loquantur in nomine hoc ulli hominum. Et accersitis illis, præceperunt, ne omnino loquerentur neq; docerent in nomine Iesu. † At Petrus Infra 5.
& Ioannes respondentes, dixerunt ad eos: An iustum sit in conspectu dei, uos potius audire q̃ deum, iudicate. Non enim possumus quæ uidimus & audiuimus, non loqui. At illi additis minis, dimiserunt eos, nihil inuenientes qua ratione punirent eos, propter populum, quia omnes glorificabãt deum super eo quod acciderat. † Annorum Supra 3.
enim erat amplius quadraginta homo, in quo editum fuerat signum istud sanationis. Dimissi autem uenerunt ad suos, & annunciauerunt quæcunq; sibi principes sacerdotum & seniores dixerant. Qui cum audissent, unanimiter attollebant uocem ad deũ, dixerũtq; : † Domine, tu es deus, qui fecisti Iudith 9.
cœlum ac terram, mare, et omnia quę in eis Ionæ 2.
sunt, qui per os Dauid pueri tui dixisti: * Quare fremuerunt gentes, & populi medi- Psal. 2.
tati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Con

uenerunt enim uerè aduersus sanctum filiLuc.23. um tuum Iesum, quem unxeras, * Herodes simul et Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel, ad faciendum quæcunq; Gen.3. manus tua, † & consiliũ tuum prius decreuerat ut fierent. Et nunc domine aspice in Mar.16. minas eorum: & da seruis tuis, * ut cum omni fiducia loquantur sermonem tuum: manum tuam porrigendo in hoc, ut sanatio & signa & prodigia ædantur per nomen sancti filij tui Iesu. Et cum orassent illi, motus est locus in quo erant congregati: & repleti sunt omnes spiritu sancto, & loquebanHier.23. tur sermonem dei cum fiducia. Multitudi2.Pet.3. nis autem credentiũ erat cor unũ, & anima una: nec quisquam aliquid eorũ quæ possidebat suũ esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et uirtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis domini Iesu, et gratia magna erat super omẽs illos.
Supra 2. * Neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut ædium erant, uendentes afferebant pretia eorum quæ uendita fuerant, & ponebãt Deut.15. ad pedes apostolorũ. † Distribuebatur au-
Tob 1. tem singulis prout cuiq; opus erat. * Ioses
*Sup.1. uero, qui cognominatus est Barnabas ab apostolis, quod est filius consolationis, Leuites, Cyprius genere, cum haberet agrum uendidit eum, & attulit pretium, & posuit

ad

ad pedes apostolorum.

CAPVT V.

VIr autem quidam nomine Ananias cum Saphira uxore sua uendiderat possessionem, & sepossuerat de pretio, conscia etiam uxore sua, & allatam partem aliquã ad pedes apostolorum posuit. Dixit autem Petrus: Anania, cur impleuit satanas cor tuum, ut mentireris spiritui sancto, & fraudares de pretio agri? Nónne prosus tibi manebat, & uenundatus in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo rem istã? Non es mentitus hominibus, sed deo. Audiens autem Ananias hæc uerba, collapsus expirauit. Et ortus est timor magnus super omnes qui audierunt hæc. Surgẽtes autem iuuenes amouerunt eum, elatũq; sepelierunt. Interceßit autem fermè horarum trium interuallum, uxor quoq; ipsius nesciẽs quod factũ fuerat, introiuit. Respondit autem ei Petrus: Dic mihi, num tanti agrum uendidistis? At illa dixit: Etiam, tanti. Petrus autem ait ad eam: Cur conspiraßtis inter uos, ut tentaretis spiritum domini? Ecce pedes eorum qui sepelierunt uirum tuum, ad ostium adsunt, & efferent te. Confestim autem cõcidit ad pedes eius, & expirauit. Ingressi autem iuuenes, repererunt illam mortuam, & extulerũt ac sepelierunt iuxta uirum suũ. Et ortus est timor magnus super

uniuersam congregationẽ, & super omnes
Mar. 16. qui audiebant hæc. †Per manus autẽ apo-
Supra 4. stolorum edebantur signa ac prodigia mul-
Ibidem. ta in populo. †Et erant unanimiter omnes
in portica Solomonis. Cæterorum autem
nemo audebat se coniungere illis, sed ma-
gnificabat eos populus: magis aũt accre-
scebat credentium domino multitudo uiro-
Mat. 4. 8 rum simul ac mulierum, * ita ut in plateas
& 15. exportarent infirmos, & ponerent in lectu
lis ac grabbatis, ut uenientis Petri uel um-
bra obumbraret aliquem illorũ. Conuenie-
bat aũt & multitudo uicinarum ciuitatum
Hierosolymam, afferens ægros ac uexatos
à spiritibus immundis, qui sanabantur o-
Supra 4. mnes. †Exurgens aũt princeps sacerdotũ,
& omnes qui cum illo erant, quæ est factio
Sadducæorũ, repleti sunt æmulatione, &
iniecerunt manus in apostolos, & posue-
Infra 12. rũt eos in custodia publica. †Sed angelus
domini per noctẽ aperuit ianuas carceris,
eductiśq; illis, dixit: Ite, & stantes loquami-
ni in templo populo omnia uerba uitæ hu-
ius. Illi uero cum hæc audissent, intrauerũt
diluculo in templum ac docebant. Adueni-
ens autem princeps sacerdotũ, & qui cum
eo erant, conuocauerunt concilium & uni-
uersum seniorũ ordinem filiorũ Israel, mise
runt́q; ad carcerẽ qui adducerẽt eos. Cum
autem uenissent ministri, nec reperissent il-

los

sos in carcere, reuersi nunciauerunt, dicentes: † Carcerem quidem inuenimus clausum cum omni diligentia, & custodes foris stantes ante ianuas: cum aperuissemus autem, neminem intus reperimus. Vt autē audierunt hos sermones, & sacerdos, & magistratus templi, principesq; sacerdotū, ambigebant de illis, quid nam hoc futurum esset. Adueniens autē quidā nunciauit eis: Ecce, uiri quos posueratis in carcere, sunt in templo stantes, ac docentes populum. Tunc abijt magistratus cū ministris, & adduxit illos sine ui. † Timebant enim populum, ne lapidarētur. Et cum adduxissent illos, statuerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps sacerdotum, dicens: Nónne etiam atq; etiā præcepimus uobis, ne doceretis in nomine isto? Et ecce replestis Hierosolymā doctrina uestra, * & uultis inducere super nos sanguinē hominis istius. Respondens autem Petrus & apostoli, dixerunt: * Obedire oportet deo magis quàm hominibus. Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum, quem uos interemistis, suspendentes in ligno Hunc principem & seruatorem deus exaltauit dextera sua, ad dandam pœnitentiā Israeli, remissionemq; peccatorum, ac nos sumus ei testes horum quę dicimus: insuper autem & spiritus sanctus quem dedit deus obedientibus ipsi. Hæc

Inf. 12. 16
Mat. 21.
Mar. 12.
L. 20. 22
Matt. 27.
26. 15.
Gen. Ex.
Deut. 11. & 30.
Supra 4.

autem cum audissent, dissecabantur, & consultabant ut interficerent illos. Surgens autem quidam in concilio pharisæus, nomine Gamaliel, legis doctor, in pretio habitus apud totum populũ, iussit ut pauliſper secederent foras apostoli. Dixitq; ad illos: †

Supra 2. Viri Israelitæ, attendite uobis super hominibus istis, quid acturi sitis. Ante hos enim dies extitit Theudas, dicens se esse aliquẽ, cui adhæsit numerus uirorum circiter quadringentorum, qui occisus est: & omnes qui credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilum. Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit populum multum post se, & ipse perijt, & omnes quotquot paruerant ei, dispersi sunt. Et nũc dico uobis, abstinete ab hominibus istis, & sinite illos. Quoniam si est ex hominibus consilium aut opus hoc, dissoluetur:

Infra 9. sin ex deo est, non potestis dissoluere, † ne quando & deo repugnare reperiamini. In huius autem sententiam pedibus itum est à cæteris. Et cum aduocassent apostolos, †

Supra 4. cæsis præceperunt, ne loquerentur in no-
Matt. 5. mine Iesu, & dimiserunt eos. † Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quod digni habiti essent, ut pro nomine

Esa. 40. eius contumelia afficerentur. † Et quotidie in templo & in singulis domibus nõ cessabant docere & annunciare Iesum Christũ.

CAP.

CAPVT VI.

IN diebus autem illis creſcẽte numero diſcipulorum, ortum eſt murmur Græcorum aduerſus Hebræos, eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano uiduæ ipſorum. Cæterum duodecim illi, cum iuſſiſſent adeſſe multitudinem diſcipulorum, dixerunt: * Non eſt placitum, ut nos dereli- 2. Tim. 4
cto ſermone dei, miniſtremus menſis. Circumſpicite ergo fratres, † uiros ex uobis 1. Tim. 3.
ſpectatæ probitatis ſeptem, plenos ſpiritu Tit. 1.
ſancto & ſapientia, quibus delegabimus hoc negocij. Nos uero deprecationi & adminiſtrando ſermoni incumbemus. Et placuit hic ſermo coram tota multitudine. Et elegerunt Stephanum uirum † plenum fi- Infra 7.
de ac ſpiritu ſancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum proſelytum Antiochenum. * Hos ſtatuerunt in conſpectu Acto. 1.
apoſtolorum, & cum oraſſent, impoſuerunt eis manus. Et ſermo dei creſcebat, ac multiplicabatur numerus diſcipulorum Hieroſolymis ualde, multaq; turba ſacerdotum obediebat fidei. † Porrò Stephanus ple- Infra 18.
nus fide ac fortitudine, ædebat prodigia & ſigna magna in populo. Exorti ſunt autem quidam è ſynagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenenſium, &

Alexandrinorum, & Cilicum, & Asiano-
Luc. 21. rum, disputantes cum Stephano, † nec po-
terant resistere sapientiæ & spiritui qui lo-
Matt. 26 quebatur. † Tunc subornarunt uiros, qui
dicerent: Audiuimus eum dicentem uerba
contumeliosa in Mosen ac deum. Commo-
ueruntq; plebẽ & seniores, & scribas, atq;
inuadentes corripuerunt eum, & abduxe-
runt in concilium, statueruntq; falsos testes
Luc. 23. qui dicerent: † Homo iste non cessat loqui
uerba contumeliosa aduersus locũ sanctum
hunc & legẽ. Audiuimus enim eum dicen-
tem: Iesus Nazarenus iste demolietur locũ
hunc, & mutabit instituta quæ tradidit no-
Iudic. 13. bis Moses. † Et intuentes eum omnes qui
sedebãt in concilio, uiderũt faciẽ eius tanq;
faciem angeli.

CAP. VII.

Dixit autem princeps sacerdotũ: Num
hæc ita se habent? At ille ait: Viri fra-
tres & patres, audite. Deus gloriæ appa-
ruit patri nostro Abrahæ, cum esset in Me-
sopotamia, priusq; moraretur in Charran,
Gen. 12. & dixit ad illum: † Exi de terra tua & de
cognatione tua, & ueni in terram quam-
cunq; monstrauero tibi. Tunc exijt è terra
Chaldæorum, & habitauit in Charran. Et
inde postquam mortuus est pater eius, tran
stulit illum in terram hanc, in qua nũc uos
habitatis. Et non dedit illi hæreditatem in
ea, ne uestigium quidem pedis, * & repro-
misit

misit illi eam se daturum possidendam, & semini eius post ipsum, cum non haberet filium. † Loquutus est autem deus sic, quod futurum esset semen eius inquilinum in terra aliena, quodq; seruituti illud subiecturi essent, & male tractaturi annis quadringentis. Et gentem, cuicunq; seruierint, iudicabo ego, dixit deus. Et post hæc exibunt, & seruient mihi in loco hoc. † Et dedit illi testamentum circuncisionis, atq; hic genuit Isaac, & circuncidit eum in die octauo, & Isaac genuit Iacob, & Iacob genuit duodecim patriarchas. † Et patriarchæ inuidia moti, Ioseph uendiderunt in Aegyptum. † Et erat deus cum eo, & eripuit eum ex omnibus afflictionibus eius, & dedit ei gratiam & sapientiã coram Pharaone rege Aegyptiorũ. Et constituit eum præfectũ super Aegyptum, & super totam domum suam. † Venit autem fames in uniuersam terrã Aegypti & Chanaan, & afflictio magna, nec inueniebant cibos patres nostri. † Cum audisset autem Iacob esse frumenta in Aegypto, misit patres nostros primum. † Et cum iterum misisset eos, agnitus est Ioseph à fratribus suis, & innotuit Pharaoni genus Ioseph. Misso autem nuncio Ioseph, accersiuit Iacob patrem suum, omnemq; cognationem suam in animabus septuagintaquinq;. † Et descendit Iacob in Aegyptum, defun-

Gen. 15.
Gen. 15.
Gene. 17.
Gen. 37.
Sap. 10.
Gen. 41.
Gen. 42.
Gen. 45.
Gen. 49.

ctus & ipse & patres nostri, & translati sunt in Sychem, & positi sunt in sepulchro quod emit Abraham pretio argenti à filijs Emor filij Sychem. Cum autem appropinquaret tempus promissionis, de qua iurauerat deus Abrahæ, † creuit populus, & multiplicatus est in Aegypto, donec exortus est alius rex, qui non nouerat Ioseph. Hic circumueniens genus nostrum, afflixit patres nostros, ut exponerent infantes suos, ne fœtus essent uitales. † Eodem tempore natus est Moses, & fuit gratus deo, qui nutritus est tribus mensibus in domo patris: Expositum autem illum sustulit filia Pharaonis, & nutriuit eum sibi uice filij. Et eruditus est Moses omni sapientia Aegyptiorum, & erat potens in factis & in dictis. Vt uero expletum est ei quadraginta annorum tempus, subijt in cor eius ut inuiseret fratres suos filios Israel. † Et cum uidisset quendam iniuria affici, defendit eum, & ultus est uicem eius qui affligebatur, percusso Aegyptio. Existimabat autem intelligere fratres suos quod deus per manum ipsius daret salutem illis. At illi non intellexerũt. Et sequenti die conspectus est illis litigantibus, & redegit eos in concordiã, dicens: † Viri, fratres estis, cur uos inuicem lædi-tis? Cæterum is qui iniuriam faciebat proximo, repulit eum, dicens: † Quis te constituit

Exo. 1.
Exo. 2.
Ibidem.
Rom. 12.
1. Pet. 2.
Exo. 2.

tuit principem ac iudicem super nos? Nun quid interficere me tu uis, quemadmodum interfeciſti heri Aegyptium? Fugit autem Moſes ad dictum hoc, & factus eſt aduena in terra Madian, ubi generauit filios duos. †Et expletis annis quadraginta, apparuit Exod. 3.
illi in deſerto montis Sina angelus domini in flammeo incendio rubi. Moſes autem ut conſpexit, admiratus eſt uiſum. Porrò cum accederet ut attẽderet, facta eſt ad eum uox domini: Ego ſum deus patrum tuorum, deus Abraham, deus Iſaac, & deus Iacob. Tremefactus autem Moſes, non audebat attendere. Dixit autem illi dominus: †Solue calceamentum pedum tuorum. Locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. Vidi, uidi inquam, afflictionem populi mei qui eſt in Aegypto: & gemitum eorum audiui, & deſcendi ut eruam eos. Nunc uenito, & mittam te in Aegyptum. † Hunc Moſen quem Exo. 2.
negauerunt, dicentes: Quis te conſtituit principem & iudicem? hunc, inquam, deus principem & redemptorem miſerat per manum angeli qui apparuerat illi in rubo. Hic eduxit illos, † ædens prodigia & ſigna in Exo. 4. 7
Aegypto, & in rubro mari, & in deſerto 8. 9. 10.
annis quadraginta. Hic eſt Moſes, qui di- & 11. 14.
xit filijs Iſrael: * Prophetam ſuſcitabit uo- Deut. 18.
bis deus ueſter è fratribus ueſtris, ſimilem mei, illum audietis. † Hic eſt qui fuit in con Exo. 10.

gregatione in solitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus nostris, qui accepit sermonem uiuum, ut daret nobis: cui noluerũt obedire patres nostri, sed repulerunt, & auersi sunt corde
Exo. 23. suo in Aegyptũ, dicentes ad Aaron: † Fac nobis deos qui præcedant nos. Moſi enim huic, qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimus quid acciderit. Et uitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulachro, & lætabantur super operibus manuum suarũ. Conuertit se autẽ deus, & tradidit eos, ut colerent militiam cœli: sicut
Amos 5. scriptum est in libro prophetarum: † Num uictimas & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus Israel? Et suscepistis tabernaculum Moloch, & sydus dei uestri Rempham, figuras quas feciſtis ad adorandum eas. Et trãsferam uos ultra
Exo. 25. Babylonem. † Tabernaculum testimonij
Heb. 8. fuit patribus nostris in deserto, sicut ordinauerat illis, loquens ad Moſen, ut faceret illud secundũ formam quam uiderat. Quod & induxerunt, qui successerunt patres nostri, cum Iesu in possessionem gentium, quas expulit deus à facie patrum nostrorum, †
Psal. 88. usq; ad dies Dauid, qui inuenit gratiam coram deo, & petijt ut inueniret tabernacu-
2. Reg. 6. lum deo Iacob. † Solomon autem ædificauit illi domum: sed excelsissimus ille non

in

in manufactis templis habitat, sicut prophe
ta dicit: † Cœlũ mihi sedes est, terra autem Esa. 66.
scabellum pedum meorum. Quam domum
ædificabitis mihi, dicit dominus, aut quis
locus requietionis meæ est? Nónne manus
mea fecit hæc omnia? † Duri ceruice, & in- M. 3. 1. 8.
circunciſi corde & auribus, uos semper spi Deut. 9.
ritui sancto resistitis: sicut patres uestri, ita
& uos. Quem prophetarum non sunt perse Neem. 9.
quuti patres uestri? Et occiderunt eos qui
prænunciabant de aduentu iusti illius, cu-
ius uos nunc proditores & occisores fui-
stis: qui accepistis legem per dispositiones
angelorum, nec seruastis. Audientes autem
hæc, dissecabantur cordibus suis, & stride-
bant dentibus suis in eum. Cum autem esset
plenus spiritu sancto, intentis in cœlum ocu
lis, uidit gloriam dei, & Iesum stantem à
dextris dei. Et ait: Ecce uideo cœlos aper-
tos, † & filium hominis stantem à dextris Mar. 16.
dei. Exclamantes autem uoce magna, con-
tinuerunt aures suas, & impetum fecerunt
unanimiter in eum † Et eiectum eum è ciui- 3. Reg. 21
tate, lapidabant, ac testes deposuerunt ue-
stimenta ad pedes adolescentis, qui uocaba
tur Saulus. Et lapidabant Stephanum in-
uocantem ac dicentem: † Domine Iesu, su- Psal. 30.
scipe spiritum meum. Positis autem geni-
bus, clamauit uoce magna: † Domine, ne Luc. 23.
statuas illis peccatum hoc. Et cum hoc di-

xisset, obdormiuit.

CAPVT VIII.

SAulus autem consenserat in necem eius. Facta est autem in die illo persecutio magna aduersus ecclesiam quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones
Gen. 13. Iudææ & Samariæ, præter apostolos. † Curauerũt autem unà Stephanum uiri religiosi, fecerunt́q; planctum magnum super eum. Saulus uero deuastabat ecclesiam, per singulas domos intrãs, trahenśq; uiros ac mulieres, tradebat in custodiam. Illi igitur dispersi peragrabant, annũciantes sermonem dei. Philippus autem peruenit in ciuitatem Samariæ, ac prædicabat illis Christum. Intendebant autem turbæ his quæ à Philippo dicebantur, unanimiter audientes & uidentes signa quæ ædebat. † Spiritus enim
Matt. 16. Sup. 5. immundi è multis qui ab illis tenebantur exibant, clamantes uoce magna. Multi autem paralytici & claudi sanati sunt. Et factum est gaudium magnum in illa ciuitate. Vir autem quidam nomine Simon, qui ante in ea ciuitate artem exercuerat magicam, ac gentem dementauerat Samariæ, dicens se esse quempiam magnum, cui auscultabant illi à minimo usq; ad maximum, dicentes: Iste est uirtus dei, quæ uocatur magna. Auscultabant autem ei, propterea quod multo tempore magicis artibus demẽtasset eos.

eos. Cum uero credidissent Philippo euangelizanti de regno dei, deq; nomine Iesu Christi, † baptizabantur uiri simul ac mulieres. Tũc Simon & ipse credidit, & cum baptizatus esset, adhærebat Philippo. Vidensq; signa & uirtutes fieri, stupens admirabatur. Cum autem audissent apostoli qui erant Hierosolymis, q̃ recepisset Samaria sermonem dei, miserunt ad eos Petrum ac Ioannem: qui cum descendissent, orauerunt pro ipsis, ut acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum illapsus fuerat, sed baptizati tantum erant in nomine Christi Iesu. Tunc imponebant manus super illos, accipiebantq; spiritum sanctum. Cum uidisset aũt Simon, quod per impositionem manuum apostolorum daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecunias, dicens: Date & mihi potestatem istam, ut cui cunq; imposuero manus, accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum: † Pecunia tua tecum sit in perditionẽ, quoniam donũ dei existimasti pecunijs parari. Non est tibi pars neq; sors in ratione hac: cor enim tuum non est rectum coram deo. † Resipisce igitur ab ista malitia tua, & roga deum, si fortè remittatur tibi cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & colligatione iniquitatis uideo te esse. Respondens aũt Simon, dixit: † Precemini uos pro

Mar. 16.

Matt. 10.

Mat. 3. 4.

Num. 21.

me apud dominum, ne quid eueniat in me horum quę dixistis. Et illi quidem testificati & locuti sermonem dei, reuersi sunt Hierosolymam, & multis oppidulis Samaritanorum euangelizabant. Angelus autem domini locutus est ad Philippum, dicens: Surge, & uade meridiem uersus, ad uiam quæ descendit ab urbe Hierosolymorum ad ciuitatem Gazam, hæc est deserta. Et surgens abijt, & ecce uir Aethiops, eunuchus, præfectus Candaces reginę Aethiopum, quem præfecerat uniuersæ gazæ suæ, uenerat adoraturus Hierosolymam, & reuertebatur se
Ioan. 5. dens super currũ suum, † legebatq; Isaiam prophetam. Dixit autem spiritus Philippo: Accede, & adiunge te ad currum istum. Ac currens autem Philippus, audiuit eum le-
Rom. 10. gentem Isaiam prophetam, & dixit: † Intel
2. Cor. 12 ligis ne quæ legis? At ille ait: Quinam e-
& 14. nim possim, nisi aliquis dux uiæ mihi fuerit? Rogauitq; Philippum ut ascenderet, sederetq; secum. Argumentum autem scriptu-
Esa. 53. ræ quam legebat, erat hoc: † Tanquam ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se mutus, sic non aperuit os suum. In humilitate ipsius iudiciũ eius sublatum est. Generationem autem eius quis enarrabit? Quoniam tollitur de terra uita eius. Respondens autem eunuchus Philippo, dixit; Obsecro te, de quo propheta dicit

elt hoc, de se, an de alio quopiam? † Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à scriptura ista, prædicauit illi Iesum. Et dū irent per uiam, uenerunt ad quandam aquam. Et ait Eunuchus: † Ecce aqua, quid uetat quo minus baptizer? Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et respondens, ait: Credo filium dei esse Iesum Christum. Et iussit sisti currum, ac descenderunt ambo in aquam, Philippus simul & eunuchus, & baptizauit eum. Cum autem ascendissent ex aqua, spiritus domini rapuit Philippum, nec amplius uidit eum eunuchus. Ibat enim per uiam suam gaudens. Philippus autē repertus est Azoti, & pertransiens euāgelizabat ciuitatibus cunctis, donec ueniret Cæsaream.

Deut. 32. Matt. 5. Luc. 24. Infra 10.

CAP. IX.

Saulus autem adhuc spirans minas ac cædem aduersus discipulos domini, accessit ad principem sacerdotū, & petijt ab eo epistolas, quas perferret Damascum ad synagogas, † ut si quos inuenisset eius uiæ seu uiros seu mulieres, uinctos duceret Hierosolymam. Et cum iter faceret, contigit ut appropinquaret Damasco. Et subito circū fulgurauit eum lux de cœlo, collapsusq; in terram, audiuit uocem dicētem sibi: † Saul Saul, quid me persequeris? Dixit autem: Quis es domine? Dominus autem dixit:

Gal. 1. 1. Co. 15. Supra 8. Infra 22.

Supra 5. Ego sum Iesus, quem tu persequeris. † Durum est tibi contra stimulos calcitrare. Is
1. Cor. 15 tremens ac stupens dixit: † Domine, quid me uis facere? Et dominus ad eum: Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi qui erant ei comites itineris, stabant attoniti, audientes quidem uocem, neminem tamen uidentes. Surrexit autē Saulus è terra, apertisq; oculis neminem uidebat: sed manu ducentes illum, introduxerunt Damascum. Et erat tribus diebus non uidens, ac non comedit neq; bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias, & dixit ad illum per uisum dominus: Anania. Et ille ait: Ecce ego domine. Et dominus ad eum: Surge, & uade in uicum qui uocatur Rectus, & quære in domo Iudæ Saulum nomine Tarsensem: Ecce enim orat. Et uidit per uisum uirum Ananiam nomine introeuntem, & imponentem sibi manū ut uisum
Supra 8. reciperet. Respondit autem Ananias: † Domine, audiui ex multis de uiro hoc quanta mala fecerit sanctis tuis Hierosolymæ. Et hoc loco habet potestatem à principibus sacerdotum, uinciendi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autē ad eum dominus:
Gal. 1. Vade, † quoniam organum electum est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, ac filijs Israel. Ego enim

ostendam

ostendam illi †quanta oporteat eum pro no 2. Co. 11.
mine meo pati. Et abijt Ananias, & introi
uit in domum, & imponẽs ei manus, dixit:
Saul frater, dominus misit me, qui apparuit
tibi in uia qua ueniebas, ut uisum recipias,
& implearis spiritu sancto. Et confestim de
ciderunt ab oculis eius tanquam squamæ,
& uisum recepit, & surgẽs baptizatus est.
Cumq; cepisset cibum, corroboratus est.
Fuit autem Saulus cum discipulis qui erant
Damasci per dies aliquot. Et continuo in
synagogis †prædicabat Christum, quod is Supr. 3. 4
esset filius dei. Stupebant autem omnes qui
eum audiebant, ac dicebant: Nónne hic est
qui expugnabat Hierosolymis eos qui in-
uocabant nomen istud? Et huc ad hoc ue-
nit, ut uinctos illos duceret ad principes sa-
cerdotum? Saulus autem multo magis inua
lescebat, & confundebat Iudæos qui habi-
tabant Damasci, affirmans quod is esset
Christus. Expletis autem diebus cõpluri-
bus, inierunt inter se Iudæi consilium util-
lum occiderent. Sed intellectæ sunt Saulo
insidiæ eorum. Asseruabantq; portas die ac
nocte, ut eum interficerent. Accipientes au
tem eum discipuli nocte, † per murum demi 2. Cor. 11
serunt, submittentes in sporta. Cum autem
Saulus uenisset Hierosolymam, tentabat se
iungere discipulis, & omnes timebant e-
um, non credentes quod esset discipulus.

Barnabas autem apprehensum illum, duxit ad apostolos, ac narrauit illis quomodo in uia uidisset dominum, & quod locutus esset ei, & quomodo in Damasco fortiter egisset in nomine Iesu. Et erat cum illis uersans Hierosolymis, cum fiducia loquens in nomine domini Iesu. Loquebaturq; & di-
2. Cor. 4. sputabat aduersus Græcos: † Illi uero quærebant occidere eum. Quod cum cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & emiserunt Tarsum. Igitur ecclesiæ quidem per totam Iudæam & Galilæam, & Samariam habebant pacem, † & ædificabantur
Psal. 2. uersantes in timore domini, & consolatione sancti spiritus multiplicabantur. Factum est autem, ut Petrus, dum peragraret per omnes, deueniret etiam ad sanctos qui habitabant Lyddæ. Reperit autem ibi hominem quendam nomine Aeneam, annis iam octo decumbentem in grabbato, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus: Aenea, sanet te do-
Mat. 5. minus Iesus Christus. † Surge & sterne ti-
Marc. 2. bi ipsi. Et continuo surrexit, & uiderunt e-
Luc. 5. um omnes qui habitabant Lyddæ & Assa-
Ioan. 5. rone, qui conuersi sunt ad dominum Ioppæ autem fuit quędam discipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis, & eleemosynis quas prędstabat. Factum est autem in diebus illis, ut infirmata moreretur. Quam cum la-

uissent,

uissent, posuerũt in cœnaculo. Cum autem uicina esset Lydda loppæ, ac discipuli audissent, q̃ Petrus esset in ea, miserũt ad eum duos uiros, rogantes ne grauaretur uenire usque ad se. Exurgens autem Petrus uenit cum illis. Et cum aduenisset, duxerunt illũ in cœnaculum, & circumsteterunt illum omnes uiduæ flentes, & ostendentes tunicas uestes q̃ quas faciebat, cum esset cum ipsis Dorcas. Eiectis autem omnibus foras, Petrus positis genibus orauit: & conuersus ad corpus, dixit: Tabitha, surge. At illa aperuit oculos suos, uisoq̃ Petro resedit. Data autem illi manu, erexit eam: & cum uocasset sanctos ac uiduas, exhibuit eam uiuam. Id autem innotuit per totam loppen, & crediderunt multi in dominum. Factum est autem ut dies multos maneret loppæ apud Simonem quendam coriarium. 9. 5. 7. M. R. L. Ioan. 11.

CAPVT X.

1. VIr autem quidam erat Cæsareæ, nomine Cornelius, centurio ex cohorte quæ dicitur Italica, religiosus ac timens deum,
2. cum tota domo sua, † præstans eleemosynas multas plebi, deprecans q̃ deum semper. Is uidit per uisum manifeste fermè hora diei nona angelum dei introeuntem ad se, dicentem q̃ sibi: Corneli. At ille intuens eum, ac timore correptus, dixit: Quid est domine? Dixit autem illi: † Orationes tuæ Eccli 3. 7 & 2. 9 Dan. 4. Psal. 144

Esa.58. & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memo-
Luc.11. riam coram deo. Et nũc mitte uiros Ioppen,
& 12. & accerse Simonem qui cognominatur Petrus. Hic diuersatur apud Simonem quendam coriarium, cui est domus iuxta mare: hic dicet tibi quid te oporteat facere. Et cum discessisset angelus qui loquebatur illi, uocauit duos famulos suos, & militem religiosum ex his qui sibi adhærebant Quibus cũ narrasset omnia, misit illos Ioppen. Postridie uero facientibus illis iter, & ap-
Luc.6. propinquantibus ciuitati, † ascẽdit Petrus in superiora domus, ut oraret, circa horam sextam. Et cum esuriret, uoluit gustare cibum. Parantibus autem illis, irruit super eum mentis excessus. Et uidet cœlum apertum, ac descendens ad se uas quoddam uelut linteum magnum, quatuor initijs alligatum, submitti è cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia terræ, bestiæ q; & reptilia, & uolatilia cœli. Et facta est uox ad eum: Surge Petre, macta & uescere. Ait au-
Leuit.5. tem Petrus: Nequaquam domine, † quia
& 11. nunquam edi quicquam commune & im-
Deut.14. mundum. Et uox rursus iterum ad eum: *
Iud.13. Quæ deus purificauit, tu communia ne di-
*Mat.15 xeris. Hoc autem factum est tertio. Et rur-
Rom.14. sum receptum est uas in cœlum. Et dum a-
Tit.1. pud sese hæsitaret Petrus, quæ nam esset uisio quam uidisset: ecce uiri qui missi erant à

Cornelio,

Cornelio, percontati de domo Simonis, adstiterunt ad ianuam. Et euocato quopiam, interrogabant an Simon, qui cognominaretur Petrus, illic haberet hospitium. Petro uero cogitante de uisione, dixit spiritus ei: Ecce uiri quærunt te. Surge itaq; & descende, & uade cum eis, nihil hæsitans, propterea quod ego misi illos. Descendens autem Petrus ad uiros qui missi erant à Cornelio ad ipsum, dixit: Ecce ego sum ille quē quæritis: Quæ causa est propter quam uenistis? Qui dixerunt: Cornelius Centurio, † uir iustus, ac timens deum, & testimonium habens ab uniuersa gente Iudæorum, oraculo admonitus est ab angelo sancto, ut accerseret te in domum suam, & audiret uerba abs te. † Intrò uocatos igitur eos, recepit hospitio. Sequenti uero die Petrus profectus est cum illis, & quidam ex fratribus Ioppensibus comitati sunt eum. Postridie uero introierunt Cæsaream. Porrò Cornelius expectabat illos, conuocatis cognatis suis, ac necessarijs amicis. Vt autem factum est ut introiret Petrus, obuiam progressus ei Cornelius, ac procidens ad pedes, adorauit eum. † Petrus uero erexit eum, dicens: Surge, & ego ipse homo sum. Et colloquentes cum illo, intrauit, & offendit multos qui conuenerāt, dixitq; ad illos: Vos scitis, non esse fas uiro Iudæo coniungi

Mat. 1. Luc. 2. Gen. 19. & 24. 1. Pet. 5. Ibidem. Iaco. 4. Apo. 22.

aut accedere ad alienigenã. Sed mihi ostendit deus, ne quem communem aut immundum dicerem hominem, quapropter & incunctanter ueni accersitus. Interrogo ergo quam ob causam accersistis me? Et Cornelius ait: Die ab hinc quarto usque ad hanc horam sedebã ieiunus, & hora nona precabar in domo mea, & ecce uir stetit ante me
Iaco.5. in ueste splendida, & ait: Corneli, † exaudi
Tob.12. ta est deprecatio tua, & eleemosynę tuæ in memoria habitæ sunt coram deo. Mitte ergo qui eant Ioppen, & accerse Simonem, qui cognominatur Petrus, hic diuersatur in ædibus Simonis coriarij iuxta mare, qui simul atq; uenerit, loquetur tibi. Confestim ergo misi ad te, & tu benefeciſti qui aduenerís. Nunc ergo omnes nos, teste deo, ad
Matt.28. sumus, † ut audiamus omnia quæcunq; tibi præcepta sunt à deo. Aperiens autem Pe
Rom.2. trus os, dixit: † Reipsa comperio, q̃ non sit
Ephes.6. personarũ respectus apud deum, sed in qua
Col,3. uis gente, qui timet ipsum, & operatur iusti
1.Pet.1. tiam, is acceptus est illi. Sermonẽ quem misit deus filijs Israel, annuncians pacem per Iesum Christum (hic est omnium dominus) ipsi nostis, de quo sermone fama diuulgatum fuit in tota Iudæa: rumore primum orto à Galilæa, post baptisma quod prædica
Esa.61. bat Ioannes, † ut Iesum Nazarenum unxerit deus spiritu sancto & uirtute, qui obam

bulauit

bulauit benefaciendo, & sanãdo omnes oppressos à diabolo, quoniam deus erat cum illo. † Et nos testes sumus omnium quæ fecit & in regione Iudæorum, & Hierosolymis, quem occiderunt suspensum in ligno, † Hunc deus suscitauit tertio die, & exhibuit eum, ut manifestus fieret nõ toti populo, sed testibus prius ad hoc delectis à deo, nimirũ nobis, qui comedimus ac bibimus unà cum illo, posteaquam resurrexit à mortuis. † Et præcepit nobis ut prædicaremus populo, ac testificaremur quod ipse sit ille qui constitutus erat à deo iudex uiuorũ ac mortuorum. † Huic omnes prophetæ testimonium ferunt, quod remissionem peccatorum accepturus sit per nomen eius quisquis crediderit in eum. Adhuc loquẽte Petro uerba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant sermonem. Et obstupuerunt hi qui ex circunciforum genere credebant, quotquot uenerant cum Petro, quod & in gentes donum spiritus sancti effusum esset. Audiebãt em̃ illos loquentes linguis, ac magnificantes deum. Tunc respondit Petrus: † Num quis prohibere potest, quo minus aqua baptizentur hi, qui spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine domini. Tunc rogauerũt eum, ut remaneret aliquot dies.

Esa. 43.
Luc. 24.
28. 16.
Mat. mar
Luc. 24.
Gen. 1. 22
Esa. 53.
Supra 8.

CAPVT XI.

3. 1. Ro. Gal. Ephes. 3. AVdierunt autem apostoli & fratres qui erant in Iudæa, † & gentes recepisse sermonem dei. Cumq; ascendisset Petrus Hierosolymam, disceptabant aduersus illum qui erant ex circunciſione, dicentes: Ad uiros præputium habentes introisti, & edisti cum illis. Petrus autem rem ab initio Supra 10 repetẽs, exposuit illis ordine, dicens: * Ego eram in ciuitate Ioppe orans, & uidi raptus extra me uisionem, descendere uas quoddam ceu linteum magnũ quatuor initijs emissum è cœlo, & uenit usq; ad me. In quod cum intendissem oculos, animaduerti & uidi quadrupedia terræ, & bestias, & reptilia & uolatilia cœli. Audiui autem & uocem dicentem mihi: Surge Petre, macta & uescere. Dicebam autem: Nequaquam Leu. 5. 11 Deut. 14. Iudic. 13. Marc. 7. domine, † quia nihil commune aut immundum unquam introiuit in os meum. Respondit autem mihi uox rursum è cœlo: † Quæ deus mundauit, tu ne communia dixeris. Idq; accidit tertio, & rursum omnia subducta sunt in cœlum. Et ecce extemplo tres uiri præsto aderant in ædibus in quibus erãt è Cæsarea missi ad me. Dixerat autem mihi spiritus, ut congrederer cum illis, nihil hæsitãs. Porrò comitati me sunt & sex fratres hi. Et ingressi sumus in domum uiri: isq; retulit nobis ut uidisset angelum domi suæ,

qui

qui adstitissẽt ac dixissẽt sibi: Emitte uiros
Ioppen, & accerse Simonem, cognomento
Petrum, qui tibi ea dicturus est, per quæ ser
ueris & tu & uniuersa domus tua. Cum au
tem exorsus essem sermonẽ, illapsus est spi
ritus sanctus in illos, † quemadmodũ & in Supra 2.
nos fuerat illapsus initio. Veniebat autem
in mentẽ quod dixerat dominus: † Ioannes Ioan. 1.
quidẽ baptizauit aqua, cęterũ uos baptiza Supra 1.
bimini spiritu sancto. Proinde si par donũ Infra 19.
dedit illis deus, quemadmodũ & nobis, cũ
credidissemus in dominum Iesum Christũ,
ego porrò quis eram, qui possem obsistere
deo? His autem auditis obticuerunt, & glo
rificauerũt deum, dicẽtes: † igitur & gen- Galat. 5.
tibus deus pœnitentiam cõcessit ad uitam.
Et illi quidem qui dispersi fuerant ex affli-
ctione, quę orta fuerat ob Stephanum, per-
ambulauerunt usq; ad Phœnicem, & Cy-
prum, & Antiochiã, nemini loquentes ser-
monem illũ, nisi solis Iudæis. Erant autem
quidam ex eis uiri Cyprij & Cyrenenses,
qui cum introissent Antiochiã, † loqueban Supra 9.
tur ad Græcos prędicantes dominũ Iesum.
Et erat manus domini cum eis, multus q;
numerus credentium conuersus est ad do-
minum. Peruenit aũt rumor ad aures eccle-
siæ, quæ erat Hierosolymis, super his, † & Infra 13.
miserunt Barnabam, ut iret ad Antiochi-
am. Qui cũ peruenisset, & uidisset gratiam

dei, gauisus est, & hortabatur oẽs, ut pro
posito cordis perseuerarent adhęrere domi
Supra 9. no. † Nam erat uir bonus, ac plenus spiri-
tu sancto, & fide. Et addita est multa turba
domino. Profectus est autẽ Barnabas Tar-
sum, ut quæreret Saulum: quem cum inue-
nisset perduxit Antiochiã. Accidit autem
ut annũ totum consuetudinem agerent cum
ea congregatione, docerentq; turbam mul-
tam, & discipuli cognominarẽtur primum
Infra 21. Antiochiæ Christiani. † In his autem die-
bus superuenerunt ab urbe Hierosolymo-
rum prophetæ Antiochiam, surgẽsq; unus
ex eis nomine Agabus, significabat per spi
ritum famem magnam futuram in toto ter-
rarum orbe, quæ accidit sub Claudio Cæ-
sare. Discipuli autem prout cuiq; suppete-
Ephes. 5. bat, † proposuerunt in subsidium mittere
2. Cor. 16 habitantibus in Iudæa fratribus: quod &
2. Cor. 9. fecerunt, mittentes ad seniores per manum
Barnabæ ac Saulí.

CAPVT XII.

EOdem autem tempore iniecit Herodes
rex manus, ut affligeret quosdam de ec-
clesia. Occidit autem Iacobum fratrem Io-
annis gladio: uidens autem quod gratum
esset Iudæis, perrexit comprehẽdere & Pe
trum. Erant autem dies azymorum. Quem
cum etiam apprehendisset, posuit in carce-
rem, tradens quatuor quaternionibus mili-
tum

tum asseruandum: uolens post pascha pro
ducere eum populo. Et Petrus quidem ser- 7. 15.
uabatur in carcere. † Cæterum precatio fie Matt. R.
bat sine intermissione ab ecclesia ad deum Col. 4.
pro eo. Cum autem producturus eum esset Iaco. 5.
Herodes, in ipsa nocte dormiebat Petrus
inter duos milites, uinctus catenis duabus,
† & custodes ante ostiũ custodiebant car- Supra 5.
cerem. * Et ecce angelus domini adstitit, Infra 16.
& lumen refulsit in habitaculo, percussoq; Luc. 2.
latere Petri, excitauit eum, dicens: Surge Supra 5.
uolociter. Et exciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autẽ angelus ad eum: Præcingere & subliga soleas tuas. Et fecit sic. Et dicit illi: Circunda tibi uestimentum tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat quod uerum esset quod fiebat per angelum, sed putabat se uisum uidere. Cum autem præteriissent primam ac secundam custodiam, uenerunt ad portam ferream, quæ ducit in ciuitatem, quæ ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt uicum unum, & continuo discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit: † 28. 6.
Nunc scio uere, quod miserit dominus an- Ge. Dan.
gelum suum, & eripuerit me è manu Herodis, & ex omni expectatione plebis Iudæorum: req; perpensa uenit ad domum Mariæ, matris Ioannis, qui cognominatus est Sup. 12.
Marcus, † ubi erant multi congregati & 4. 5.

orantes. Cum pulsasset autem Petrus ostium uestibuli, processit puella ut subauscultaret, nomine Rhode. Et ut agnouit uocem Petri, præ gaudio non aperuit uestibulum, sed introcurrens renunciauit stare Petrum
Infra 26. ante uestibulum. † At illi dixerunt ad eam: Insanis. Illa autem affirmabat, sic se habere. At illi dicebant: Angelus eius est, Petrus autem perseuerabat pulsans. Cum autem aperuissent, uiderunt eum, & obstupuerũt.
Infra 13. Cum innuisset autem eis, † mota manu ut tacerent, narrauit illis quomodo dominus eduxisset ipsum de carcere. Dixit autem: Nunciate Iacobo & fratribus hæc. Et egressus abijt in alium locum. Porrò ubi diluxit, erat turbatio nõ parua inter milites, quid nam accidisset Petro. Herodes autem cum requisisset eum, nec inuenisset, examinatis custodibus, iussit eos duci: descendens q; à Iudæa Cæsaream, ibi cõmoratus est. Erat autẽ Herodes infensus Tyrijs ac Sidonijs. At illi uno animo uenerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui pręerat cubiculo regis, petebant pacem: eo quod aleretur
Eccli. 11. regio ipsorum annona regia. † Statuto autem die, Herodes uestitus ueste regia, sedit pro tribunali, & cõcionabatur ad eos. Populus autem acclamabat: Vox dei, & non
Ioan. 9. hominis. Confestim autem percussit eum
Iosue 7. angelus domini, † eo quod nõ dedisset gloriam

riam deo: & erosus à uermibus, expirauit.
†Porrò sermo domini crescebat ac multipli Matt. 2.
cabatur. Barnabas autem & Paulus reuersi
sunt Hierosolymã, expleto ministerio, † as- Infra 13.
sumpto & Ioanne, cui cognomen erat Mar
cus.

CAPVT XIII.

ERant autem quidam in ecclesia quæ e- 1. Cor. 14
rat Antiochiæ, prophetæ ac doctores.
Barnabas & Simon, qui uocabatur Ni-
ger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen,
qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus,
& Saulus: cum autem illi sacrificarent do
mino, ieiunarentq́, dixit spiritus sanctus:
Segregate mihi Barnabam & Saulum in
opus ad quod accersiui eos. Cumq́ ieiu-
nassent & orassent, imposuissentq́ eis ma-
nus, dimiserunt. Et ipsi quidem emissi à spi
ritu sancto, abierunt Seleuciam, & inde na
uigauerunt in Cyprum. Et cum essent Sala
mine, annunciauerunt sermonem dei in sy-
nagogis Iudæorum. † Habebant autem & Supra 12.
Ioannem ministrũ. Et peragrata insula usq́
ad Paphum, inuenerunt quendam magum
pseudoprophetam Iudæum, cui nomen erat
Bar Iesu: qui erat cum proconsule Sergio
Paulo uiro prudente. Hic accersitis Barna-
ba & Saulo, desiderabat audire sermonem
Dei. † Resistebat autem illis Elymas Exo. 7. 8

magus: sic enim interpretatur nomen eius, quærens auertere proconsulem à fide. Saulus autem, qui idem Paulus, repletus spiritu sancto, intentis in eum oculis, dixit: † O Eccli. 1. plene omni dolo, & omni uersutia fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis in uertere uias domini rectas? Et nunc ecce manus domini super te, & eris cæcus, non uidens solem usq; ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo ac tenebræ, & circumiens quærebat qui se manu ducerent. Ioan. 6. † Tunc proconsul cum uidisset quod acciderat, credidit, admirans super doctrina domini. Cum autem à Papho soluissent Paulus, qui cum eo erant, uenerunt Pergen Pamphyliæ. Ioannes autem digressus ab eis, reuersus est Hierosolymam. Cæterũ ipsi peragratis regionibus, à Perga uenerunt Antiochiam Pisidiæ, & ingressi synagogam die sabbatorum, sederunt. Post lectionem autem legis ac prophetarum, miserunt principes synagogæ ad eos, dicẽtes: Viri fratres, si quis est in uobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus, † Supra 12. & manu silentio indicto, ait: Viri Israelitæ, & qui timetis deum, audite: Deus populi Gen. 47. huius delegit patres nostros: † & populum in altum extulit, cum essent incolæ in terra Exod. 14 Aegypti: † & brachio excelso eduxit eos ex ea: & circiter quadraginta annorũ tem-

pus

pus mores eorum sustinuit in deserto. † Ac Iudic.1.
deletis gentibus septem in terra Chanaan,
sorte distribuit eis terram eorũ. Et post hæc
annis circiter quadringentis quinquagin-
ta dedit iudices usq; ad Samuelem prophe-
tam. † Et exinde postulauerunt regem: de- 1. Reg. 8.
ditq; eis deus Saul filium Cis, uirum de tri
bu Beniamin, annis quadraginta. Et amo-
to illo, † suscitauit illis Dauid ut esset rex, 1. Reg. 16
cui testimonium reddens dixit: Inueni Da-
uid filium Iesse, uirum secũdum cor meum,
qui faciet omnes uoluntates meas. huius è
semine deus, ita ut promiserat, adduxit Is-
raeli seruatorem Iesum, cum ante prædicas-
set Ioannes ante faciem introitus eius ba-
ptismum pœnitentiæ Israeli. Cum autem im
pleret Ioannes cursum, dixit: Quem me ar-
bitramini esse? † Non is sum ego, sed ecce R. 1. Io. 1.
uenit post me, cuius nõ sum dignus soleam
pedum soluere. Viri fratres, filij generis A-
brahæ, & qui inter uos timent deum, † uo- Mat. 10.
bis sermo salutis huius missus est. Qui enim
habitabant Hierosolymis, & principes eo
rum, cum ignorarent illũ, & uoces prophe
tarum quæ per omne sabbatũ leguntur, con
demnato eo impleuerunt, † nullaq; causa Luc. 23.
mortis inuenta, petierunt à Pilato, ut inter-
ficeret illum. Cumq; consummassent omnia
quæ de eo scripta erant, depositũ de ligno, 24. 20. 6.
posuerunt in monumento. † Deus autem L. 1. Ro.

ſuſcitauit eum à mortuis, qui uiſus eſt per dies multos his qui ſimul aſcenderant cum eo à Galilæa Hieroſolymam, qui ſunt teſtes eius apud plebem. Et nos uobis annunciamus, ꝙ eam repromiſſionem quæ ad patres facta eſt, deus adimpleuerit filijs illorum, nimirum nobis reſuſcitato Ieſu, ſicut
Pſal.2. & in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt: † Filius
Heb.1. meus es tu, ego hodie genui te. Quod autẽ ſuſcitauit eum à mortuis, iam non ampliꝰ reuerſurum in corruptionem, ita dixit: Dabo uobis ſancta Dauid fidelia. Ideo & a-
Pſal.15. liàs dicit: † Non permittes ut ſanctus tuus uideat corruptionem. Nam Dauid quidem cum ſuæ ætati inſeruiſſet conſilio dei, dormiuit: & appoſitus eſt ad patres ſuos, uiditꝙ corruptionem. At is quem deus ſuſcitauit, non uidit corruptionem. Notum igitur ſit uobis uiri fratres, quod per hunc uobis remiſſio peccatorum annunciatur, & ab omnibus à quibus non potuiſtis per legem Moſi iuſtificari, per hunc omnis qui credit iuſtificatur. Videte ergo ne ſuperueniat uobis quod dictum eſt in prophetis: †
Abac.1. Videte contemptores, & admiramini, & euaneſcite, quia opus operor ego in diebus ueſtris, quod non credetis, ſi quis enarrauerit uobis. Egreſſis autem è cœtu Iudæis, rogabant gentes, ut ſequenti ſabbato loquerentur ſibi uerba. Soluto autem cœtu, ſequuti

quuti sunt multi Iudæi, & religiosi proselyti Paulum ac Barnabam, qui alloquentes suadebant eis, † ut perseuerarent in gratia dei. Sequenti uero sabbato penè uniuersa ciuitas conuenit ad audiendum sermonem dei. Videntes autem turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebãt his quæ à Paulo dicebantur, cõtradicentes ac loquentes blasphemias. Tunc sumpta fiducia Paulus ac Barnabas, dixerunt: † Vobis oportebat primum loqui sermonem dei, sed quoniam repellitis illum, & indignos uos iudicatis æterna uita, ecce conuertimur ad gentes sic enim nobis præcepit dominus: † Posui te in lucem gentium, ut sis salus usq; ad extremum terræ. † Audientes autem gentes, gauisæ sunt, & glorificabant sermonem domini, † & crediderunt quotquot erant ordinati ad uitam æternã. Diuulgabatur autem sermo domini per uniuersam regionem. Iudæi uero extimulauerunt mulieres religiosas & honestas, & primos ciuitatis, & excitauerunt persecutionẽ in Paulum ac Barnabam, & eiecerunt eos de finibus suis. † At illi excusso puluere pedũ suorũ in eos, uenerunt Iconium. Porrò discipuli replebantur gaudio & spiritu sancto.

Matt. 14.
M. 10. 13.
Esa. 49.
Esa. 55.
Ioan. 6.
Esa. 54.
10. 6. 9.
M. R. L.

CAPVT XIIII.

FActum est autem Iconij, ut simul introirent synagogã Iudæorũ, & loquerentur

sic, ut crederet Iudæorum simul & Græcorum copiosa multitudo. Qui uero increduli erant Iudæi, concitauerunt, & corruperunt animos gentiũ aduersus fratres. Mul-
Matt. 16. to igitur tempore demorati sunt, † fortiter
& 28. agentes præsidio domini, qui testimonium
Mar. 16. perhibebat sermoni gratiæ suæ, dabatq; ut signa & prodigia fierẽt per manus eorum.
Supra 6. † Diuisa est autem multitudo ciuitatis, & quidam quidem stabant à Iudæis, quidam uero ab apostolis. Cum autem factus esset impetus gentium pariter ac Iudæorum unà cum principibus suis, ut uim adferrent ac
Matt. 10. lapidarent eos, re intellecta, † confugerunt ad ciuitates Lycaoniæ Lystram & Derben, & finitimam undiq; regionem, & ibi
Sup. 2. 4. prædicabant euangelium. † Et quidam uir Lystris debilis pedibus sedebat, claudus ab utero matris suæ, qui nunquam ambulauerat, hic audiuit Paulũ loquentem. Qui intuitus eum, & uidens quod fidem haberet, fore, ut saluus fieret, dixit magna uoce: Surge in pedes tuos rectus. Et exilijt, ambulabatq;. Turbæ uero cũ uidissent quod fecerat Paulus, sustulerũt uocem suam Lycaonice, dicentes: Dij in specie hominum descenderunt ad nos. Et uocabant Barnabam Iouem, Paulũ uero Mercurium, quod is esset dux sermonis. Sacerdos autem Iouis, qui erat ante ciuitatem illorum, tauros

&

& coronas ad ueſtibula afferens, cum turbis uolebat ſacrificare. Quod ubi audierũt apoſtoli, Barnabas & Paulus, conſciſſis ueſtibus ſuis inſilierunt in turbam, clamantes ac dicentes: Viri cur iſta facitis? †Nos quoq; ijſdem, quibus uos obnoxij malis ſumus homines, annunciantes, ut ab iſtis uanis conuertamini ad deum uiuum, qui fecit cœlum & terram, *& mare, & omnia quæ in eis ſunt, qui in præteritis ætatibus ſinebat omnes gentes ingredi uijs ſuis. Quanquam non expertem teſtimonij ſeipſum eſſe ſinebat, †dum beneficia conferret de cœlo, nobis dans pluuias ac tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda noſtra. Et hæc dicentes, uix compeſcuerunt turbas, ne ſibi immolarent. Superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi, qui cum perſuaſiſſent turbis, †ac Paulum lapidaſſent, extraxerunt eum è ciuitate, exiſtimantes illum mortuum eſſe. Circundantibus autem eum diſcipulis, ſurrexit & intrauit ciuitatem. Ac poſtero die profectus eſt cum Barnaba Derben. Cumq; euangelizaſſent ciuitati illi, ac docuiſſent multos, reuerſi ſunt Lyſtram, & Iconium & Antiochiam, denuo confirmantes animas diſcipulorum, exhortantesq; ut perſeuerarent in fide: * & quod per multas afflictiones oporteat nos intrare in regnum dei. Et cum

Luc. 5.
Pſal. 13.
52.
Pſal. 145.
Apoc. 14
Infra 17.
Matt. 5.
2. Cor. 11
Luc. 24.
Heb. 10.

suffragijs creassent illis per singulas eccle-
sias presbyteros, precatiq; essent cum ieiu-
nijs, commendauerũt eos domino, in quem
crediderant: peragrataq; Pisidia, uenerunt
in Pamphyliam: & cum loquuti essent ser-
monem Pergæ, descenderunt in urbem At-
Supra 13. taliam: & inde soluerũt Antiochiam, †un-
de erant traditi gratiæ dei in opus quod cõ
pleuerunt. Cum autem uenissent & congre
gassent ecclesiam, retulerunt quæcunq; fe-
Esa. 55. cisset deus secum, †& quod aperuisset gen
tibus ostium fidei. Commorati sunt autem
illic multum temporis cum discipulis.

CAPVT XV.

ET quidam qui descenderant à Iudea, do
Gal. 5. cebant fratres: †Nisi circuncidamini se
2. Cor. 6. cundum morem Mosi, non potestis esse sal
Eccle. 13. ui. Cum orta ergo seditio & disceptatio
esset nõ exigua Paulo ac Barnabæ aduer-
sus illos, statuerunt ut ascenderent Paulus
& Barnabas, & quidam alij ex illis ad a-
postolos ac presbyteros Hierosolymam, su
per hac quæstione. Illi ergo deducti ab ec-
clesia pertransibant Phœnicen & Samari-
Supra 11. am, narrantes conuersionem gentium, †&
adferebant gaudiũ magnum omnibus fratri
bus. Cum autem uenissent Hierosolymam,
Infra 28. †susceptisunt ab ecclesia, & ab apostolis
ac presbyteris, annunciauerũtq; quæcunq;
deus fecisset cum ipsis. Surrexerunt autem
quidam

quidam de factione phariſæorum qui credi
derant, dicentes, quod oporteret circunci-
dere eos, ac præcipere ut ſeruarent legem
Moſi: conueneruntq; apoſtoli ac presbyte
ri, ut diſpicerent de hoc negotio. Cum au-
tem magna diſceptatio fuiſſet, ſurgens Pe-
trus, dixit ad eos: Viri fratres, uos ſcitis
quod ab antiquis diebus deus inter nos e-
legit, *ut per os meum audirent gentes uer Luc.22.
bum euangelij, crederentq;. Et qui nouit Ioan.21.
corda, deus, teſtimonium præbuit illis, dãs
illis ſpiritũ ſanctum ſicut & nobis, nihilq;
diſcreuit inter nos & illos †cum fide puri- Rom.3.
ficauerit corda illorum. Nunc ergo quid
tentatis deum, †ut imponatur iugum ſu- Matt.23.
per ceruices diſcipulorum, quod neq; pa-
tres noſtri, neq; nos portare potuimus? †
Sed per gratiam domini Ieſu Chriſti credi- Ephe.2.
mus nos ſaluos futuros, quemadmodum Titum 3.
& illi. † Tacuit autem tota multitudo, & 1.Cor.14.
audiebant Barnabam ac Paulum narran-
tes quæ deus ædidiſſet ſigna & prodigia
inter gentes per ipſos. Et poſtquam conti-
cuiſſent, reſpondit Iacobus, dicẽs: Viri fra-
tres, audite me: Symeon narrauit quemad-
modum primum deus uiſitauerit, ut ſume-
ret ex gentibus populum in nomine ſuo,
& huic conſonant uerba prophetarum, ſi-
cut ſcriptum eſt: †Poſt hæc reuertar, ac Amos 9.
rurſus ædificabo tabernaculum Dauid,

quod collapsum est, & diruta eius instaurabo, & erigam illud, ut requirant qui reliqui sunt homines, dominum, & omnes gentes super quas inuocatũ est nomen meum:
Ioan.15. dicit dominus, qui facit hæc omnia. † Nota à sæculo sunt deo omnia hæc opera sua. Propter quod ego censeo, non obturbandum esse illis qui ex gentibus conuertũtur
Exod.20 ad deum: sed scribendum ad eos, † ut abstineant se ab inquinamentis simulachrorum,
Deut.4. † & scortatione, & suffocato, & sanguine.
Ephes.5. * Moses ẽm ab ætatibus antiquis in singulis ciuitatibus habet qui ipsum prædicent in synagogis, ubi per omne sabbatum legitur. Tunc placuit apostolis & senioribus cum tota ecclesia, ut delectos ex sese uiros mitterent Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Iudam, cognomẽto Barsabam, & Silam, uiros primarios inter fratres, missis per manus eorũ literis in hanc sententiam. Apostoli & presbyteri, & fratres, his qui sunt Antiochiæ, & in Syria, & in Cilicia fratribus, qui sunt ex gentibus, SALV-
Gal.2. TEM. Quoniam audiuimus, † quod quí-
2.Tim 2. dam è nobis egressi, turbauerunt uos, uerbis labefactantes animas uestras, iubentes
2.Cor.7. uos circuncidi, & seruare legem, † quibus non mandaueramus. Visum est nobis unanimiter congregatis, delectos uiros mittere ad uos, cum dilectis nostris Barnaba

&

& Paulo, † hominibus qui expoſuerunt a- Su. 13. 14
nimas ſuas pro nomine domini noſtri Ieſu 2. Tim. 2.
Chriſti. Miſimus ergo Iudam et Silam, qui
& ipſi uobis uerbis referent eadem. Viſum
eſt ẽm ſpiritu ſancto ac nobis, ne quid am-
plius imponeremus uobis oneris, ꝙ̃ hæc
neceſſaria: uidelicet † ut abſtineatis ab his Rom. 14.
quæ ſunt immolata ſimulachris, & ſangui- 1. Cor. 8.
ne, & ſuffocato, & ſcortatione. A quibus & 10.
ſi conſeruaueritis uoſipſos, benefacietis.
VALETE. Illi ergo dimiſſi uenerunt
Antiochiam, & congregata multitudine,
reddiderũt epiſtolam. Quam cum legiſſent,
gauiſi ſunt ſuper cõſolatione. Iudas autem
& Silas, cum eſſent & ipſi prophetę, ſermo
ne copioſo adhortati ſunt fratres, confirma
uerunt ꝙ̃. Commorati autem illic aliquan-
tulum temporis, dimiſſi ſunt cũ pace à fra-
tribus ad apoſtolos. Viſum eſt autem Silæ
manere ibidẽ, † Paulus uero & Barnabas Gal. 2.
demorabantur Antiochiæ, docentes & an-
nunciantes cum alijs etiam compluribus
ſermonem domini. Poſt aliquot autem dies
dixit ad Barnabam Paulus: Reuertentes
iam uiſitemus fratres noſtros per omnes ci-
uitates, in quibus annunciauimus ſermo-
nem domini, quomodo ſe habeant. Barna-
bas autem conſulebat, ut aſſumerent & Io-
annem, cognomento Marcũ. † Paulus aũt Sup. 13.
nolebat ut is qui defeciſſet ab ipſis ex Pam

phylia, nec isset cum eis in opus, adiungere tur. Tam acris aũt fuit inter eos discepta- tio, ut alter ab altero seiũgeretur, & Barna- bas quidem assumpto Marco, nauigaret in Cyprũ, Paulus uero allecto Sila, profectus est, traditus gratiæ dei à fratribus. Peram- bulabat aũt Syriam ac Ciliciã, confirmans ecclesias.

CAP. XVI.

PEruenit autem Derben & Lystram, & ecce discipulus quidam erat ibi, nomi-
2. Tim. 1. ne Timotheus, † filius mulieris cuiusdam
Phil. 3. Iudææ fidelis, cæterum patre Græco. †Hu-
Gal. 2. ic testimonium bonum reddebant qui Ly-
2. Cor. 9. stris erant & Iconij fratres. Hunc uoluit Paulus secum proficisci, & assumptum cir cuncidit eum propter Iudæos qui erant in illis locis. Sciebãt enim omnes quod pater eius erat Græcus. Cum autem pertrãsirent
Supra 15. ciuitates, * tradebant eis seruanda decreta quę erant ordinata ab apostolis & presby- teris qui erant Hierosolymis. Itaq; ecclesiæ confirmabantur fide, & abundabant nu- mero quotidie. Cum peragrassent autem Phrygiam & Galaticam regionem, uetitiq; essent à spiritu sancto loqui sermonem in Asia, profecti in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos spiritus. Cum autem pertransissent Mysiam, descen derunt Troadem, & uisio per noctem Pau lo uisa est. Vir Macedo quidam erat stans,

&

& deprecans eum, ac dicens: Profectus in Macedoniam, succurre nobis. Vt autem ui sum uidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam, †certi facti, quod uocasset Infra 20.
nos dominus ad euangelizandum eis. Cũ soluissemus igitur à Troade, recto cursu ue nimus Samothracen, & postero die Neapo lim, & inde Philippos, quæ est prima par- tis Macedoniæ ciuitas, colonia. Eramus autem in eadem urbe diebus aliquot com- morantes, & die sabbatorum egressi sumus è ciuitate iuxta flumen ubi solebat esse pre catio, & sedentes loquebamur mulieribus quæ conuenerant. Et quædam mulier no- mine Lydia, purpurarum uenditrix ciui- tatis Thyatirorum, colens deum, audiuit: † cuius dominus aperuit cor, ut intende- Ioan. 6.
ret his quæ dicebantur à Paulo. Cum au- tem baptizata esset & domus eius, depre- cata est, dicens: Si iudicastis me fidelem domino esse, †introite in domum meam, Gene. 18.
& manete, & adegit nos. Accidit autem 1. Reg. 28
euntibus nobis ad precationem, ut puella quædam habens spiritum Pythonis occur- reret nobis, quæ quæstum magnum præsta bat dominis suis diuinando. Hæc subse- 5. 8
quuta Paulum ac nos, †clamabat, dicens: Mar. Lu.
Isti homines serui dei excelsissimi sunt, qui annunciant nobis uiam salutis. Hoc au- tem faciebat multos dies. Sed ægre ferens

Paulus, & conuersus spiritui dixit: Præcipio tibi per nomẽ Iesu Christi, ut exeas ab ea. Et exijt eadem hora. Vidẽtes autem domini eius quod abiisset spes quæstus sui, apprehensum Paulum ac Silam, traxerunt in forum ad principes, & offerentes eos magi
Infra 17. stratibus, dixerunt: † Hi homines conturbant ciuitatem nostram, cum sint Iudæi, & annunciant instituta quæ non licet nobis suscipere neq; seruare, cum simus Romani.
Infra 17. †Et cõcurrit turba aduersus eos, ac magi
28.19. stratus, scissis uestibus suis, † iusserunt eos
2. Cor. 11 uirgis cædi. Cumq; multas plagas eis imposuissent, coniecerũt eos in carcerem, præcipientes custodi carceris, ut diligenter custodiret eos: qui cum tale præceptum accepisset, coniecit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum strinxit ligno. Media au-
Supra 5. tem nocte Paulus & Silas orantes, †laudabant deum. Exaudiebant autẽ eos qui uincti erant. Subito uero terræmotus factus est magnus, ita ut concuterentur fundamenta
Sup. 5. 12 carceris. † Et statim aperta sunt omnia ostia, & omnium uincula soluta sunt. Expergrectus autem custos carceris, cum uideret ianuas apertas carceris, euaginato gladio erat seipsum interfecturus, existimans aufugisse uinctos. Clamauit autem Paulus uoce magna, dicens: Ne quid feceris tibijpsi mali, uniuersi enim hic sumus. Postulatoq;

lumine

lumine irrupit, ac tremefactus accidit Paulo & Silæ ad pedes: & productis illis foras, ait: Domini, quid me oportet facere, ut saluus fiam? At illi dixerunt: † Crede in dominum Iesum, & saluus eris tu & domus tua. † Et loquuti sunt ei sermonem domini, & omnibus qui erant in domo eius. Et assumptis illis in illa hora noctis, abluit plagas, & baptizatus est ipse & omnes domestici illius continuo. † Cumq; perduxisset eos in domum suam, apposuit eis mensam, & exultauit quod cum uniuersa domo sua credidisset deo. Et cum dies ortus esset, miserunt magistratus uiatores, dicentes: Dimitte homines illos. Nunciauit autem custos carceris sermones hos Paulo: miserũt magistratus ut dimittamini. Nunc igitur exeuntes, ite in pace. Paulus autem dixit eis: Cæsos nos publice, indicta causa, cum simus Romani, coniecerũt in carcerem, & nunc occulte nos eiiciunt? Non profecto, sed ueniant ipsi, ac nos educant. Nunciauerunt autem magistratibus uiatores uerba hæc: timueruntq; audito quod Romani essent, & uenientes deprecati sunt eos: & eductos rogabant, ut egrederentur è ciuitate. Egressi autem è carcere, introierunt ad Lydiam: & uisis fratribus, consolati sunt eos, & profecti sunt.

Ioã. 3. 6.

Mar. 16.

Lu. 5. 19.

CAPVT XVII.

CVm autem iter fecissent per Amphipolim & Apolloniam, uenerunt Thessalonicam, ubi erat synagoga Iudæorum. Secundum consuetudinem autem suam Paulus introiuit ad eos, et per sabbata tria disserebat eis è scripturis, adaperiens & alle-
Luc.24. gans, †quod Christũ oportuisset pati, & re-
M.16.17 surgere à mortuis: & q̃d hic esset Christus Iesus, quem ego, inquit, annuncio uobis. *
Infra 28. Et quidam ex eis crediderunt, & adiuncti sunt Paulo & Silæ, & religiosorum Græcorum multitudo magna, mulieres q̃ primarix non paucæ. Zelo autem commoti †lu-
Esa. 21. Hier. 5.7. dæi increduli, & assumptis quibusdam circunforaneis uiris malis, ac turba coacta, concitauerunt ciuitatem, & urgentes domum Iasonis, quærebant eos producere ad populum. Et cum non inuenissent eos, trahebant Iasonem, & quosdã fratres ad prin-
Supra 16 cipes ciuitatis, clamantes: † Hi qui terrarum orbem conturbarunt, huc quoq; uene-
Ioan.18. runt, quos clanculum excepit Iason: † & hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse Iesum. Concitauerunt autem turbam, & magistratus ciuitatis audientes hæc. Et accepta satisfactione ab Iasone, & à cæteris, dimiserunt eos.
2. Cor.11 †Fratres uero confestim per noctem emiserunt Paulum simul & Silam in Berrhœam. Qui cum aduenissent, abierunt in synago-

gam

gam Iudæorum. Hi autem erant summo genere nati inter eos qui erant Thessalonicæ, qui receperant sermonem cum omni animi promptitudine, † quotidie scrutantes scripturas, an hæc ita se haberent. Et multi qui Ioan. 5. Sup. 15.
dem crediderunt ex eis, & Græcæ mulieres honestæ, & uiri non pauci. Cum aũt cognouissent Thessalonicẽses Iudæi, quod & Berrhœæ annunciatus esset à Paulo sermo dei, uenerunt, † & illic quoq; commoue- Supra 16
bant turbas. Statimq; tunc Paulum emiserunt fratres, ut iret uelut ad mare. Silas autem & Timotheus remanserunt ibi. Porrò qui prosequebantur Paulum, deduxerunt eum Athenas usq; : † & accepto mandato Infra 18.
ad Silam ac Timotheum, ut quàm celerrime uenirent ad se, profecti sunt. Paulus autem cum Athenis eos expectaret, incandescebat spiritus eius in ipso, cum uideret simulachrorũ cultui deditam ciuitatem. † Di Supra 9.
sputabat igitur in synagoga cum Iudæis & religiosis, & in foro quotidie cum his qui ipsum forte adissent. Quidam autem Epicurei & Stoici philosophi conflictabantur cum eo, & quidam dicebant: Quid uult spermologus hic dicere? Alij uero, Nouorum, inquiebant, dæmoniorum uidetur annunciator esse, quod Iesum & resurrectio- 1. Thes. 4
nem annunciaret eis. Et apprehensum eum ad Martium uicum duxerunt, dicentes:

Possumus ne scire, quæ sit ista noua, quæ à te refertur doctrina? Noua enim quædam ingeris auribus nostris. Volumus ergo scire quid nam uelint hæc esse. Athenienses autem omnes, & qui illic uersabantur hospites, ad nihil aliud uacabant, nisi ad dicendum aut audiendum aliquid noui. Stãs autem Paulus in medio Martij uici, ait: Viri Athenienses, per omnia ferè superstitiosiores uos uideo. Præteriens enim & cõtemplans culturas uestras, inueni & aram, in qua inscriptum erat: Ignoto deo. Quem ergo ignorantes colitis, hunc ego annuncio
Psal.145. uobis. *Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, hic cœli & terræ cum sit do
Esa.66. minus, *nõ in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cũ ipse det omnibus uitam & halitum
Genes.2. per omnia: *fecitq; ex uno sanguine omne genus hominum, ut inhabitaret super uniuersam faciem terræ: præfiniitq; præstituta tempora, præfixitq; terminos habitationis eorum, ut quærerent deum, si forte palpent eum & inueniant, quamuis non longe ab-
Ioan.1. sit ab unoquoq; nostrum, *Per ipsum enim uiuimus, & mouemur, & sumus, sicut & quidam uestratiũ poetarum dixerũt: Nam
Aratus. huius progenies etiam sumus. Genus ergo
Esa.40. cum simus dei, * non debemus existimare
42.&44 auro & argento, aut lapidi arte sculpto.

&

& inuento hominis, numen esse simile. Et tempora quidem huius ignorantiæ * cum hactenus dissimularit deus: †nunc annunciat hominibus, ut omnes ubiq; resipiscãt, eo quod statuit diem, in quo * iudicaturus est orbem terrarum cum iustitia, per eum uirum, per quem decreuerat, fide præstita omnibus, * cum excitarit illum ex mortuis. Cum audissent autem resurrectionem mortuorum, alij quidem irridebant, alij uero dixerunt: Audiemus te de hoc iterũ. Sic Paulus exiuit è medio eorum. Quidam uero uiri adhærentes ei, crediderunt, in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, alijq; cum eis.

Psal. 49. Rom. 2. 2. Cor. 12 Psal. 49. Rom. 6.

CAPVT XVIII.

POst hæc Paulus digressus Athenis, uenit Corinthum, & nactus quendam ludæum, *nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper uenerat ab Italia, & Priscillã uxorem eius, eo quod præcepisset Claudius, omnes Iudæos Roma decedere: accessit ad eos, *& quia eiusdem erat artificij, manebat apud eos & operabatur. Erat autem ars illorum texere † tabernacula. * Disputabat autem in synagoga per omne sabbatũ, suadebatq; Iudæis pariter & Grę cis. * Cum uenissent autem è Macedonia Silas & Timotheus, coartabatur spiritu Paulus, testificans Iudæis, Christum esse

2. Tim. 4. Phil. 3. †aulæa supra 13. 14 & 17. supra 17.

Iesum. Contradicentibus autem eis, ac blasphema loquentibus, excussis uestimentis, dixit ad eos: Sanguis uester super caput ue-
Sup. 13. strum. † Mundus ego posthac ad gentes uadam. Et migrans inde, intrauit in domum cuiusdam, nomine Iusti, colentis deum, cu-
Ioan. 4. ius domus erat contigua synagogæ. † Crispus autem archisynagogus, credidit domino cũ tota domo sua, multiq; Corinthiorum audientes credebant ac baptizaban-
Sup. 16. tur. † Dixit autem dominus nocte per uisionem Paulo: Noli timere, sed loquere, & ne taceas, propterea quod ego sim tecum: &
2. Cor. 2. nemo adorietur te ut affligat te, † quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate. Sedit autem ibi annum & sex menses, docens eos sermonem dei. Cæterum cum Gallio ageret proconsulem Achaiæ, insurrexerunt uno animo Iudæi in Paulum, & addu-
Infra 21. xerunt eum ad tribunal, dicentes: † Contra legem hic suadet hominibus colere deum. Cum autem Paulus iam pararet aperire os, dixit Gallio ad Iudæos: Si qua iniuria esset aut facinus malum, ô Iudæi, merito uos sustinerem: si uero quæstio est de sermone ac nominibus & lege uestrate, uos ipsi uideritis, Iudex enim ego horum nolo esse. Et abegit eos à tribunali. Apprehensum autem omnes Græci Sosthenẽ principem synagogæ, percutiebant ante tribunal, neque

quicq;

quicq̃ eorum Gallioni curæ erat. Paulus uero deinde commoratus dies multos, uale dicto fratribus, abnauigauit in Syriã, comitantibus eum Priscilla & Aquila, † posteaq̃ rasserat caput in Cenchreis: habebat enim uotum. Deuenitq̃ Ephesum, & illos ibi reliquit. Ipse uero ingressus synagogã, disputabat cum Iudæis. Rogãtibus autem eis, ut tempore ampliori maneret apud se: non annuit, sed ualedixit illis, dicens: Oportet omnino me festum quod instat agere Hierosolymis, sed iterum reuertar ad uos, deo uolente. Et soluit Epheso, † cumq̃ peruenisset Cæsareã, ascendisset q̃ & salutasset ecclesiã, † descendit Antiochiã Et commoratus illic aliquantum temporis, profectus est, perambulãs ex ordine Galaticam regionem ac Phrygiam, confirmans omnes discipulos, * Iudæus aũt quidam Apollos nomine, Alexandrinus genere, uir eloquẽs deuenit Ephesum, potens in scripturis. Hic erat institutus in uia domini, & feruens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quę sunt dñi, sciens tantũ baptisma Ioãnis. † Et hic cœpit libere loqui in synagoga. Quẽ cũ audissent Priscilla et Aquila, assumpserunt eũ, atq̃ exactius exposuerũt ei uiã dei. Cum aũt uellet ire Achaiam, exhortati fratres scripserũt discipulis, ut susciperent eum. Qui cũ uenisset, cõtulit multũ his qui

1. Cor. 9. Num. 6. Supra 10 Supra 13. 1. Cor. 1. & 3. Marc. 6.

crediderũt per gratiam. Vehementer enim
Ioan. 5. Iudæos reuincebat publice, † ostendẽs per scripturas quod Iesus esset Christus.

CAPVT XIX.

1. Cor. 1. † FActum est autem, † cum Apollos esset Corinthi, ut Paulus peragratis superioribus partibus, ueniret Ephesum, & repertis quibusdã discipulis, dixit ad eos: Num spiritũ sanctum accepistis posteaquam credidistis? At illi dixerunt ad eum: Imò neq; sit ne spiritus sanctus, audiuimus. Et ait ad
3. 1. 3. illos: Quo ergo baptizati estis? At illi dixe
M. R. L. runt: Ioannis baptismate. † Dixit autem
Ioan. 1. Paulus: Ioannes quidem baptizauit baptismo pœnitentię, populo loquens de eo qui uenturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est, de Christo Iesu. His auditis baptizati sunt in nomine domini Iesu. Et cum impo-
Supra 2. suisset illis manus Paulus, † uenit spiritus
& 4. sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. Erant autem omnes uiri
Supra 9. ferè duodecim. † Introgressus autem syna-
13. 14. 17. gogam, liberè loquebatur ad tres menses,
& 18. disputans & suadẽs de regno dei. Cum autem quidam indurarentur, nec crederent, male loquentes de uia domini coram multi
Matt. 10. tudine, † digressus ab illis segregauit discipulos, quotidie disputans in schola Tyranni cuiusdam. Hoc autem factum est per biennium, ita ut omnes qui habitabant in

Asia,

Asia, audirent sermonem domini Iesu, iudæi simul & Græci. † Virtutes q̃ non uulgares ædebat deus per manus Pauli, ita ut etiam super infirmos deferrẽtur à corpore eius sudaria & semicinthia, & recederent ab eis morbi, & spiritus mali egrederẽtur. Tentauerunt autem quidam è circumeuntibus iudæis exorcistis inuocare super eos qui habebant spiritus malos nomen domini Iesu, dicentes: Adiuramus uos per Iesum quem Paulus prædicat. Erant autem quidam filij Sceuæ iudæi principis sacerdotum septem qui hoc faciebant. Respondens autem spiritus malus, dixit: Iesum noui, & Paulum scio, uos autem qui estis? Et insiliens in eos homo in quo erat dæmoniũ malum, & dominatus eis, inualuit contra eos, ita ut nudi & uulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem innotuit omnibus iudæis simul & Græcis qui habitabant Epheſi, & incidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen domini Iesu. † Multiq̃ credentium ueniebant, confitentes & annunciantes facta sua. Multi autem ex eis qui curiosas artes exercuerant, comportatos libros exusserunt coram omnibus, & supputatis pretijs illorum, repererunt pecuniæ quinquaginta millia. Ita formiter crescebat sermo dei & confirmabatur. His autem expletis, † proposuit Paulus in spiritu

Mar. 16.

Matt. 3.

Supra 18 Infra 20.

transita Macedonia & Achaia, ire Hierosolymam, dicens: Postq̃ fuero ibi, oportet me & Romam uidere. Missis aũt in Macedoniam duobus ex his qui ministrabant sibi, uidelicet Timotheo & Erasto, ipse remansit ad tẽpus in Asia. † Ortus est autem illo tempore tumultus non exiguus de illa uia. Nam quidam nomine Demetrius, faber argẽtarius, qui faciebat delubra argentea Dianæ, † præstabat artificibus non exiguum quæstum: quibus conuocatis, & his qui similium rerum erant opifices, dixit: Viri, scitis quod ex hoc opificio quæstus nobis est, & uidetis & auditis, q̃d non solum in Ephesina ciuitate, sed penè per totã Asiã Paulus hic persuasit, & auertit multã turbã, † dicens, q̃d nõ sunt dij qui manibus fiant. Non solum autem hæc pars nobis in periculũ uenit, ne reprobetur, uerumetiam ne magnæ deæ Dianæ templum pro nihilo habeatur: futurumq̃ sit ut etiam destruatur maiestas eius, quam tota Asia & orbis colit. † His auditis, repleti sunt ira, & exclamauerunt, dicentes: Magna Diana Ephesiorum. † Et impleta est ciuitas tota confusione, & impetum fecerunt uno animo in theatrũ, correpto Gaio & Aristarcho Macedonibus, comitibus Pauli. † Paulo autẽ uolente intrare ad populum, non permiserunt discipuli. Quidam autem & ex Asiæ primo

Infra 20. & 21. 2. Cor. 11 Supra 16 Esa. 2. 45 & 46. Hier. 1. & 10. Psal. 113. Infra 21. 1. Cor. 4. 2. Cor. 11

primoribus qui erant amici eius, miserunt ad eum, rogantes, ne se daret in theatrum. †Alij quidem igitur aliud clamabant. Erat Supra 19
enim concio confusa, & plęrięq; nesciebant qua ex causa cõueniissent. De turba autem protraxerunt Alexandrum, propellẽtibus eum Iudæis. †Alexander autem manu silẽ- Infra 21.
tio postulato, uolebat rationem reddere populo Quem ut cognouerunt Iudæum esse, uox orta est una omnium, fermè ad horas duas clamantium: Magna Diana Ephesiorum. Cum autem sedasset scriba turbam, dixit: Viri Ephesij, quis enim est hominũ, qui nesciat Ephesiorũ ciuitatem cultricem esse magnæ deæ Dianæ, & à Ioue delapsi simulachri? Cum igitur his nemo contradicat, oportet uos sedatos esse, & nihil præcipitãter agere. Adduxistis ẽm homines istos, neq; sacrilegos, neq; cõtumelios os in deã uestram. Quod si Demetrius & qui cum eo sunt artifices, habẽt aduersus aliquem causam, †conuentus forenses aguntur, & pro Rom. 10.
consules sunt, accusent inuicem. Si quid autem de rebus alijs quęritis, in legitima concione dirimetur. Nam periculum est, †ne 2. Cor. 6.
seditionis hodiernæ rei fiamus, cum nulla subsit causa unde poterimus reddere rationem concursus istius. Et cum hæc dixisset, dimisit concionem.

CAPVT XX.

POstquam autem cessauit tumultus, nocatis ad se Paulus discipulis, complexusq; illos, profectus est ut iret in Macedoniam. Cum autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, uenit in Græciam, & ibi peractis mensi
2. Cor. 11 bus tribus, †cum essent illi structæ insidiæ à Iudæis soluturo in Syriam, habebat in animo ut reuerteretur per Macedoniã. Comitatus est autem eum usq; ad Asiam Sopater Berrhœensis, Thessalonicensium uero Aristarchus, & Secundus, & Gaius Der-
2. Tim. 4 bæus, ac Timotheus: †Asiani uero Tychi-
Infra 21. cus & Trophimus. Hi cum præcessissent, expectarunt nos Troade: nos uero abnauigauimus post dies azymorum à Philippis, & uenimus ad eos Troadem intra dies quinq;, ubi demorati sumus diebus septem.
Supra 2. Vno autem die sabbatorum, †cum conue-
1. Cor. 11 nissent discipuli ad frangendũ panem, Paulus differebat eis, profecturus postridie, protraxitq; sermonem usq; in mediam noctem. Erant autem lucernæ multæ in cœnaculo ubi eramus cõgregati. Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus in fenestra, cum degrauaretur somno profundo, differente diu Paulo, magis depressus somno, decidit ex tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus. Cum descendisset autem Paulus, incubuit super eum,

&

& complexus dixit: † Nolite turbari, anima enim eius in ipso est. Cum ascendisset autem, * fregisset q̃ panem, ac degustasset, diu colloquutus usq̃ ad diluculum, ita demum profectus est. Adduxerunt autem puerum uiuentem, & refocillati sunt non mediocriter. Nos autem conscensa naui soluimus Asson, inde excepturi Paulum. Sic enim ordinarat ipse per terram iter facturus. Cum autem conueniissemus Asson, recepto eo uenimus in Mitylenen. Et inde nauigantes, sequenti die uenimus contra Chium. Postridie uero appulimus Samum, & commorati Trogyllij, proximo die uenimus in Miletum: proposuerat enim Paulus præternauigare Ephesum, ne tempus tereret in Asia. † Festinabat enim, si possibile sibi esset, ut diem pentecostes ageret Hierosolymis. A Mileto autem missis Ephesum nuncijs, accersiuit presbyteros ecclesiæ: qui cum peruenissent ad ipsum, dixit eis: Vos scitis à primo die quo ingressus sum Asiã, † quomodo uobiscum per omne tempus fuerim, seruiens domino cum omni animi humilitate: † cum q̃ multis lachrymis & tentationibus, quę mihi acciderunt ex insidijs Iudæorum, ut nihil suffugerim eorum quæ essent in rem uestram, quin annunciarem uobis, & docerem uos publice ac per singulas domos, testificans Iudæis simul &

3. Re. 17.
4. Re. 4.
* Sup. 2.
1. Cor. 1.
Infra 21.
Sup. 19.
2. Tim. 3.

1. Tim.2. Græcis, †eam quæ erga deum est, pœniten
2 Pet.3. tiam ac fidem, quę est erga dominū nostrum
Heb.9.12 Iesum. Et nunc ecce ego alligatus spiritu,
proficiscor Hierosolymā, quæ in ea obuen
tura sint mihi ignorans, nisi q̄ spiritus san-
ctus per singulas ciuitates testificatur, di-
cens, q̄ uincula & afflictiones me manent.
Phil.1. †Verum nihil me mouet: nec̄ q̄ uita mea cha
ra est mihijpsi, ut cōsummem cursum meum
cum gaudio, & ministerium quod accepi à
domino Iesu, ad testificandum euangelium
gratię dei. Et nunc ecce ego scio, q̄ posthac
non uidebitis faciem meam uos omnes per
quos transiui, prædicans regnum dei. Qua
2. Reg.3. propter contestor uos hodierno die, †quod
Dan.13. mundus ego sum à sanguine omnium. Non
enim subterfugi, quo minus annunciarim
1. Tim.3. omne consilium dei uobis. † Attendite igi-
tur uobis & cuncto gregi, in quo uos spiri-
tus sanctus posuit episcopos ad regendum
Heb.9. ecclesiam dei, † quam acquisiuit sanguine
2. Tim.4. suo. Ego enim noui hoc, † quod ingressuri
sint post discessum meū lupi graues in uos,
non parcentes gregi. Et ex uobisipsis exo-
rientur uiri, loquentes peruersa, ut abdu-
2. Tim.4 cant discipulos post se, † propter quod ui-
gilate, memores q̄ per triennium nocte &
die non cessauerim cum lachrymis monere
unūquenq̄ Et nunc commendo uos fratres
Iean.1. deo, & † sermoni gratiæ ipsius, qui potens

est

est superstruere, & dare nobis hæreditatem
inter sanctificatos omnes. † Argentum & 2. Cor. 12
aurum aut uestem nullius concupiui, imò
† ipsi scitis ℣ necessitatibus meis, & his ℣ Gen. 3 31
mecum sunt suppeditauerũt manus hæ. O- Leuit. 19
mnia ostendi uobis, ℣ sic laborantes opor-
tet suscipere infirmos, ac meminisse uerbo-
rum domini Iesu, quoniam ipse dixit: † Bea Lu. 6. 11.
tum est dare potius ℣ accipere. Et cũ hæc
dixisset, positis genibus suis, orauit cum o-
mnibus illis. Magnus autem fletus coortus
est omniũ, & ruentes in collũ Pauli, oscula
bantur eum, dolẽtes maxime ob sermonem
quem dixerat, ℣ amplius faciem eius non
essent uisuri. † Et deducebãt eum ad nauẽ. Infra 12.

CAP. XXI.

CVm autem factum esset ut soluissemus,
auulsi ab eis, recto cursu uenimus Co-
um: & sequenti die Rhodum, & inde Pata
ram. Et nacti nauem, quæ traijceret in Phœ
nicen, ea conscensa soluimus. Cum autem
cœpisset nobis apparere Cyprus, relicta ea
ad sinistram nauigauimus in Syriam, ac ue-
nimus † Tyrum: nam huc nauis exponebat Matt. 11.
onus. Repertis ℣ discipulis mansimus ibi-
dem diebus septem. † Qui Paulo dicebant Sup. 20.
per spiritum, ne ascenderet Hierosolymam.
Et expletis diebus profecti ibamus, dedu-
centibus nos omnibus † unà cum uxori- 1. Tim. 3.
bus & filijs, donec exissemus ciuitatem, & Titum 1.

1. Cor. 9. positis genibus in littore, precati sumus. Et consalutatis nobis inuicem, conscendimus nauim: illi autem redierunt ad sua. Nos uero nauigatione explicita à Tyro, descendimus Ptolemaidam: & salutatis fratribus, mansimus diem unum cum illis. Postridie
Supra 10 uero nos qui eramus cũ Paulo, † uenimus Cæsaream. Et ingressi domum Philippi euangelistæ, qui erat unus è septem, mansi-
Supra 11. mus apud eum. † Huic autem erant quatuor filiæ uirgines prophetantes. Et cũ per maneremus dies complures, aduenit quidam à Iudæa propheta, nomine Agabus. Is cum uenisset ad nos, tulit cingulum Pauli, & alligans sibi pedes ac manus, dixit: Hæc dicit spiritus sanctus: Virum cuius est cingulum hoc, sic alligabunt Hierosolymæ Iudæi, tradentq; in manus gentiũ. Cum autem audissemus hæc, rogabamus & nos, et cæteri qui loci illius erant, ne ascenderet Hierosolymam. Tunc respondit Paulus, ac dixit: Quid facitis flentes & affligẽtes cor
Supra 20 meum? † Ego uero non solum uinciri, sed et mori paratus sum Hierosolymis pro nomine domini Iesu. Cum uero illi non persuaderetur, acquieuimus, dicentes: † Domini
Matt. 6. uoluntas fiat. Post dies autem istos sublatis sarcinis, conscendebamus Hierosolymam. Venerunt autem unà quidam ex discipulis à Cæsarea nobiscum, adducentes secum

secũ apud quem hospitaremur, Mnasonem quendam Cyprium, antiquum discipulum. Et cum uenissemus Hierosolymam, libenter exceperunt nos fratres. † Postero autem die Gal. 2. introibat Paulus nobiscum ad Iacobum, omnesq; conuenerũt presbyteri. Quos cum salutasset, narrabat per singula quæ deus fecisset inter gentes per ministerium ipsius. At illi cum audissent, glorificabãt dominũ, dixeruntq; ei: Vides frater, quot millia sunt Iudæorum qui crediderunt, & omnes studiosi sectatores sunt legis. Audierũt autem de te, quod defectionem doceas à Mose, omnes qui inter gentes sunt Iudęos, † dicẽs, Gal. 5. non debere eos circuncidere filios, neq; secundum instituta uiuere. Quid est ergo? omnino oportet conuenire multitudinẽ. Audient enim te uenisse. Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor, uotum habentes super se. † His assumptis purifica Supra 18. te cum illis, & impende super illis ut radãt capita, & scient omnes quod quæ de te audierunt nihil sunt, † sed ambulas & ipse cu 1. Cor. 9. stodiens legem. De his autem qui crediderunt ex gentibus nos scripsimus, decernentes ne quid huiusmodi obseruent, † nisi ut Supra 15. caueant & ab his quæ sunt immolata simulachris, & à sanguine, & suffocato, & scortatione. † Tunc Paulus assumptis uiris, 1. Cor. 9. postero die purificatus cum illis intrauit

in templum, annuncians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro uno quoq; eorũ oblatio. Dum autem septem dies iam penè essent expleti, hi qui ab Asia erant Iudæi, cum uidissent eum in templo, conturbarũt totum populum, & iniecerunt ei manus, clamantes: Viri Israelitæ, succurrite. †Hic est ille homo, qui aduersus populum & legem, & locum hunc omnes ubiq; docet: insuper & Græcos induxit in templum, et prophanauit sanctum locum hunc. †Viderant enim Trophimum Ephesium in ciuitate cum ipso, quẽ existimauerunt quod in templum introduxisset Paulus. †Cõmotaq; est ciuitas tota, & factus est concursus populi. Et apprehensum Paulum, protrahebant è templo, statimq; clausæ sunt fores. † Quærentibus autem illis eum occidere, nunciatum est tribuno cohortis, q tota conturbata esset Hierosolyma. Qui statim assumptis militibus ac centurionibus, decucurrit ad illos. At illi cum uidissent tribunum ac milites, cessauerunt percutere Paulum. † Tunc accedens tribunus, apprehẽdit eum, *& iussit alligari catenis duabus, & interrogabat quis nam esset, & quid fecisset. Alij autem aliud clamabant in turba. Et cum non posset certum cognoscere præ tumultu, iussit duci eum in castra. Et cum uenisset ad gradus, contigit ut portaretur à militibus

Infra 24.
2. Tim. 4.
2. Cor. 11
1. Cor. 6.
2. C. 6. 11
1. Cor. 4.

tibus propter uiolentiam turbæ. Sequebatur enim multitudo populi † clamans, Tol le eum. Et cũ cœpisset induci in castra Paulus, dicit tribuno: Licet ne mihi loqui ad te? Qui dixit: Græce nosti? † Nõnne tu es ille Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia uirorum sicariorum? Dixit autẽ Paulus: Ego sum homo quidem Iudæus Tarsensis non obscuræ Cilicum ciuitatis ciuis. Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum. Et cum ille permisisset, Paulus stans in gradibus † annuit manu ad plebem, & magno silentio facto, alloquutus est lingua Hebræa, dicens. Luc. 23. 2. Tim. 2. Supra 5. Supra 19

CAPVT XXII.

VIri fratres & patres, audite meam, quæ nunc apud uos utor, excusationẽ. Cum audissent autem quod Hebręa lingua sibi loqueretur, magis præstiterunt silentium. Et dicit: † Ego quidem sum uir Iudæus, natus in Tarso Ciliciæ, cæterum educatus in hac ciuitate † ad pedes Gamalielis, institutus accurate in patria lege, sectator dei, sicut & uos omnes estis hodie, † qui hanc uiam persequutus sum usque ad mortem, alligans ac tradens in carceres uiros pariter ac mulieres, sicut & princeps sacerdotum mihi testis est, & totus seniorum ordo, à quibus etiam epistolis ad fratres ac Supra 9. Supra 5. Infra 26.

Supra 9. ceptis, † Damascum pergebam adducturus & illos qui illic essent unctos Hierosolymam, ut punirētur. Accidit autem mihi iter facienti, & appropinquanti Damasco circiter meridiem, ut subito de cœlo circunfulgueret me lux multa, cecidiq; in solum, & 2. Cor. 15 audiui uocem dicentem mihi: † Saul, Saul, Gal. 1. quid me persequeris? Ego uero respondi: Supra 9. Quis es domine? Dixitq; ad me: Ego sum Iesus ille Nazarenus quem tu persequeris. Et qui mecū erant lumen quidem uiderunt, & exterriti sunt, uocem autem non audierunt eius qui loquebatur mecum. Dicebam autem: Quid faciam domine? Dominus autem dixit mihi: Surge, ac uade Damascum, & ibi tibi dicetur de omnibus quæ ordinata sunt tibi ut facias. Et cum non uiderem præ gloria luminis illius, per manum deductus à comitibus qui erant mecum, ueni Damascum. Ananias aūt quidam uir pius, secundū legem testimonio probatus omnium illic habitantiū Iudæorū, ueniens ad me, & adstans, dixit mihi: Saul frater, recipe uisum. Et ego eadem hora recepto uisu, uidi illum. At ille dixit: Deus patrū nostrorum præparauit te, ut cognosceres uoluntatem suam, & uideres id quod iustum est, & au- Ibidem. dires uocem ex ore eius, † quia eris testis illi apud omnes homines, eorum quę uidisti & audisti. Et nunc quid contaris? Exurge

& baptizare, & ablue peccata tua, inuoca
to nomine domini. Factū est autē cum essem
reuersus Hierosolymam, & orarem in tem-
plo, ut raperer extra me, † & uiderem eum 1. Cor. 12.
dicentem mihi: Festina & exi uelociter Hie Gal. 1.
rosolymis, quoniam non recipient testimo-
nium tuum de me. † Et ego dixi: Domine, Ibidem.
ipsi sciunt ꝙ ego pertrahebam in carcerem,
& cædebam in singulis synagogis eos qui
credebāt in te. † Et cum funderetur sanguis Supra 7.
Stephani testis tui, ego quoque adsistebam
& assentiebar morti illius, & custodiebam
uestimenta interficientium illum. † Et dixit Gal. 1.
ad me: Vade, quoniam ego ad gentes pro- Ephe. 3.
cul mittam te. Audiebant autem eum usque
ad hoc uerbū. Atꝙ sublatis uocibus, dice-
bant: Tolle de terra hominem istiusmodi,
non enim fas est eum uiuere. Vociferanti-
bus autem eis, & proijcientibus uestimen-
ta, & puluerem iactantibus in aerem, iussit
tribunus induci eum in castra, † & impera- 2. Cor. 6.
uit eum flagris examinari, ut sciret propter & 11.
quam causam sic acclamarēt ei. Et cum ad-
strinxissent eum loris, dixit adstanti sibi cen
turioni Paulus: Num hominem Romanum
& indemnatum licet uobis flagellare? Quo
audito, centurio accessit ad tribunum, &
nunciauit ei, dicens: Quid facturus es? hic
enim homo Romanus est. Accedens autem
tribunus, dixit illi: Dic mihi, num tu Ro-

manus es? At ille dixit: Etiam. Et respondit tribunus: Ego multa summa ciuitatem istam comparaui. At Paulus ait: Ego uero & natus sum. Protinus ergo discesserũt ab illo qui eum fuerãt examinaturi. Tribunus quoq; timuit postquam resciuit quod Romanus esset, & quod uinxisset eum. Postero autem die uolens scire certum, qua ex causa accusaretur à Iudæis, soluit eũ à uinculis, & iussit principes sacerdotum conue
Luc. 21. nire totumq; concilium, † ac deductum Paulum sistebat coram illis.

CAPVT XXIII.

Infra 24. INtentis autem oculis in concilium Paulus, ait: Viri fratres, ego omni conscientia bona cõuersatus sum coram deo usq; in hodiernum diem. Princeps autem sacerdotum
1. Co. 4. Ananias præcepit adstantibus sibi, † ut percuterent os eius. Tunc Paulus dixit ad eũ: Percussurus est te deus, paries dealbate. †
Deut. 16. Et tu sedes iudicans me secundum legem, & contra legem iubes me percuti? Et qui adstabant dixerunt: Summo sacerdoti dei maledicis? Dixit autẽ Paulus: Nesciebam fratres quod pontifex esset. Scriptum est e-
Exo. 22. nim: † Principi populi tui non maledices. Sciens autem Paulus quod una pars esset Sadducæorum, & altera pharisæorũ, excla
Phil. 3. mauit in cõcilio: Viri fratres, † ego pharisæ
Supra 4. us sum, filius pharisæi, * de spe & resurrectione

ctione mortuorum ego iudicor. Et cùm hoc dixisset, facta est dissensio inter pharisæos ac Sadducæos, & dissecta est multitudo. † Nam Sadducæi quidem dicunt, non esse resurrectionem, neq; angelum, neq; spiritum: pharisæi autem utraq; confitentur. Factus est autem clamor magnus: & cum surrexissent scribæ de factione pharisæorum, depugnabant, dicentes: † Nihil mali inuenimus in homine isto. Quod si spiritus loquutus est ei aut angelus, ne repugnemus deo. Et cum magna seditio coorta esset, ueritus tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descendere & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in castra. † Sequenti autem nocte adsistens ei dominus, ait: Bono animo esto Paule. Vt enim testificatus es de me Hierosolymis, † sic te oportet & Romæ testificari. Facto autem die, collegerunt se quidam ex Iudæis, & deuouerunt se, dicentes, neq; esuros se, neque bibituros, † donec occiderent Paulum. Erant autem plures quàm quadraginta uiri qui hanc coniurationem fecerant. Qui accesserunt ad principes sacerdotum ac seniores, & dixerunt: Deuotione deuouimus nosipsos, nihil gustaturos, donec occidamus Paulum. Nunc ergo uos significate tribuno & concilio, ut cras producat illum ad uos, tanquã aliquid certius cognituros

Matt. 22.
Luc. 23.
Ioan. 18.
Infra 26. & 27.
Ephes. 3.
2. Tim. 1.
2. Cor. 6. 11.

de eo. Nos uero prius q̃ appropinquet, parati sumus interficere illum. Cum autem audisset filius sororis Pauli insidias, uenit & intrauit in castra, nunciauitq; Paulo. Accersito autem Paulus ad se uno ex centurionibus, ait: Adolescentem hunc adduc ad tribunum, habet enim quod renunciet illi. Et ille quidem assumens eum, duxit ad tribunum, & ait: Vinctus Paulus accersitum me rogauit ut hunc adolescentem perducerem ad te, habentem aliquid quod loquatur tibi. Apprehẽsa autem tribunus manu illius, secessit cum eo seorsum, & percontatus est illum: Quid est quod habes significandum mihi? Ille autem dixit: Iudæi conspirarũt ut rogarent te, uti crastino die educeres Paulum in conciliũ, quasi aliquid certius inquisituri sint de illo: tu uero ne morem gesseris illis. Insidiantur enim ei ex eis uiri plures quadraginta, qui seipsos deuouerunt, ne uel edant uel bibant, donec interficiant eum, & nunc parati sunt expectantes ut promittas. Tribunus igitur dimisit adolescentem, præcepitq; ei, Ne cui effutias, inquiens, quod hæc indicaueris mihi. Et accersitis duobus quibusdam centurionibus, dixit: Parate mi
Supra 10 lites ducentos, ut eant † Cæsaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos à tertia hora noctis, & iumenta præbete, ut impositum Paulum, saluum perducant ad

Felicem

Felicem præsidem, scriptis literis in hanc formam: † Claudius Lysias potentissimo præsidi Felici salutem. Virum hunc comprehensum à Iudæis, cum iam esset interficiendus ab eis, superueniens cum exercitu, eripui: cognito quod Romanus esset. Volens q̃ scire causam, ob quam accusarent illum, † deduxi eum in concilium eorum. Quem comperi accusari de quæstionibus legis ipsorum, † nullum dignum morte aut uinculis habentem crimen. Et cum indicatum esset mihi de insidijs, quas parauerant illi Iudęi, protinus misi eum ad te, pręcepto dato etiam accusatoribus, ut quæ habẽt aduersus eum, dicant apud te. Vale. Milites uero iuxta quod sibi iniunctum erat, receptum Paulum duxerunt per noctem Antipatridem. Postero autẽ die dimissis equitibus, ut cum eo irent, reuersi sunt in castra. Qui cum uenissent Cęsaream, ac tradidissent epistolam præsidi, statuerunt coram eo & Paulum. Cum legisset autem præses, & interrogasset ex qua prouincia esset, et cognouisset q̃ ex Cilicia: Audiam te, inquit, † cum accusatores quoq; tui aduenerint. Iussit q̃ in prætorio Herodis custodiri eum.

Infra 24. Supra 22 Infra 25. 26. Deut. 16.

CAPVT XXIIII.

POst quinq; autem dies descendit † princeps sacerdotum Ananias cum senioribus & Tertullo quodam oratore, qui adie-

Supra 23 Infra 25.

runt præsidem contra Paulũ. Et citato Paulo, cœpit accusare Tertullus, dicens: Cum in multa pace agamus per te, & multa recte gerãtur in populo hoc per tuam prouidentiam, & semper & ubiq; cõprobamus, præstantissime Felix, cum omni gratiarũactione. Sed ne diutius te detineam, oro te ut audias nos paucis pro tua humanitate. Nacti enim sumus uirum hunc pestiferum, & concitantem seditionẽ omnibus Iudæis in uniInfra 25. uerso orbe, † & autorem sectæ NazarenoSup. 22. rum, * qui etiam templum prophanare conatus est, quem & apprehensum uoluimus secundum legem nostram iudicare. Sed superueniens tribunus Lysias, cum magna ui eripuit eum è manibus nostris, iubens accusatores eius ad te uenire, ex quo poteris ipse inquisitione facta de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum. Adiecerunt autem & Iudæi, dicentes: hæc ita se habere. Respõdit autem Paulus, cum annuisset ipse præses, ut diceret: Aequiore animo pro meipso causam dico, cum sciam te multis iam annis iudicẽ fuisse genti huic, Ibidem. qui possis cognoscere, † quod non plures sunt mihi dies q̃ duodecim, ex quo ascendi adoraturus Hierosolymam: & neque in templo compererunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbæ, neque in synagogis, neq; in ciuitate, neq; probare

bare possunt ea de quibus me accusant. † 10. 8. 12.
Confiteor aũt hoc tibi, ꝙ iuxta uiam quam M.R.L.
uocant hæresim, sic colo patrium deum, cre
dens omnibus quæ in lege & prophetis scri
pta sunt, spem habens in deum, fore, quam
& hi ipsi expectant, † resurrectionem mor- Exo. 3.
tuorum iustorũ simul & iniustorum. Quin Matt. 22.
in hoc & ipse studeo sine offendiculo con-
scientiam habere erga deum, & erga homi
nes semper. † Post annos autem plures ac- Sup. 11.
cessi, eleemosynas exhibiturus in gentem 1. Cor. 6.
meam & oblationes, in quibus compere- 2. Cor. 9.
runt me purificatum in templo, haud cum
turba, neq; cum tumultu. Quidam autẽ ex
Asia Iudæi, quos oportebat apud te præsto
esse & accusare, si quid haberent aduersum
me: aut hi ipsi dicant, si quid deprehende-
runt in me iniquitatis, † cum stem in conci- Sup. 23.
lio: nisi de una hac uoce qua clamaui inter
eos stans: De resurrectione mortuorum e-
go iudicor hodie à uobis. Auditis autem
his, Felix distulit illos, certo sciens quæ ad
eam uiam attinebant, dicens: † Cum tribu- Ibidem.
nus Lysias descenderit, pernoscam cau-
sam uestram. Iussitq; centurioni, ut custodi-
ret Paulum, sineretq; eum relaxari, & ne
quem ex illius familiaribus uetaret submi-
nistrare ei, aut adire eum. Post aliquot au-
tem dies cum aduenisset Felix cum Drusilla

uxore sua quæ erat Iudæa, accersiuit Paulum, & audiuit ab eo fidem quæ est in Christum. Disputante autem illo de iustitia &
I.5.L.10. temperantia, † & de iudicio futuro, tremefactus Felix respondit: In præsentia abi, cæterum opportunitatem nactus accersam te,
Heb.13. †simul & illud sperans, fore ut pecunia sibi daretur à Paulo, ut solueret ipsum, propter quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum eo. Biennio autem expleto, accepit successorem Felix Portium Festum.
2.Cor.6. †Volens autem gratiã præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum uinctum.

CAPVT XXV.

Supra 24 FEstus ergo susceptа prouincia, post triduum ascendit Hierosolymam ab urbe Cæsarea. Significarunt̃q; illi princeps sacerdotum ac primores Iudæorum de Paulo, & rogabant eum, postulantes fauorem aduersus eum, ut accerseret eum Hierosolymam, insidias tendentes, ut interficerent eum in uia. Festus autem respondit, ut seruaretur quidem Paulus Cæsareæ, se uero breui illò profecturum. Qui ergo inter uos inquit, potentes sunt, unà nobiscum descendant, & si quod est in hoc uiro crimen, accusent eum. Demoratus autem inter eos diebus amplius quàm decem, descendit Cæsaream, & postero die sedit pro tribunali, iussit̃q; Paulum adduci. Qui cum perductus esset,

esset, circumsteterunt eum qui ab Hierosolymis descenderant Iudæi, multa & grauia crimina intendentes aduersus Paulum, quę non poterant probare, Paulo pro se respondente, quod neq; in legem Iudæorum, neq; in templum, neq; in † Cæsarem quicquam peccasset. Festus autem uolens gratificari Iudæis, respondens Paulo, dixit: Vis Hierosolymam ascendere, & ibi de his iudicari apud me? Dixit autem Paulus: † Ad tribunal Cæsaris sto, ubi me oportet iudicari: Iudæis nullam iniuriam feci, sicut & tu melius nosti. Si enim nocui, aut dignũ morte aliquid feci, non recuso mori. Si uero nihil est eorum de quibus hi accusant me, nemo potest me illis donare. Cæsarem appello. Tunc Festus cum consilio colloquutus, respondit: Cæsarem appellasti? ad Cæsarem ibis. Et cum dies aliquot transacti essent, Agrippa rex & Bernice descenderunt Cæsaream salutaturi Festum. Et cum dies complures ibi commorarentur, Festus regi retulit causam Pauli, dicens: Vir quidam est relictus à Felice uinctus, de quo cum uenissem Hierosolymam, significarunt mihi principes sacerdotum & seniores Iudæorum, postulantes aduersus illum sententiam. Quibus respondi: Non est Romanis consuetudo ob gratiam donare aliquem hominem, ut pereat, † priusquam

Supra 18

Infra 26.

Deut. 16.

is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat de crimine. Cum ergo huc conuenissent, sine ulla dilatione, sequenti die sedens pro tribunali, iussi adduci uirum. De quo cum stetissent
Sup. 23. accusatores, † nullum crimen intendebant super hisce rebus, de quibus ego suspicabar, sed quæstiones quasdam de sua superstitione habebant aduersus eum,
Sup. 24. * & de quodam Iesu defuncto, quem affirmabat Paulus uiuere. Hæsitans autem ego de huiusmodi quæstione, dicebam: num uellet ire Hierosolymam, & ibi iudicari super istis. Paulus autem cum appellasset, ut seruaretur Augusti cognitioni, iussi seruari eum, donec mitterē eum ad Cæsarem. Agrippa autem dixit ad Festum: Volebam & ipse hominem audire. Cras, inquit, audies eum. Postero autem die cum uenisset Agrippa & Bernice cum multo apparatu, & introissent in auditorium cum tribunis & uiris principalibus ciuitatis, iubente Festo adductus est Paulus. Et dicit Festus: Agrippa rex, & omnes qui simul adestis nobiscum uiri, uidetis hunc hominem, de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me, & Hierosolymis & hic: † acclamantes non oportere eum uiuere amplius. Ego uero comperi nihil dignum morte eum admisisse. Cæterum cum his ipse appellasset Augustū, sta-
Supra 23.

tui

turi mittere eum. De quo quid certum scribam domino, non habeo. Quapropter produxi eum ad uos, & maxime ad te rex Agrippa, ut examinatione facta, habeã quod scribam. Iniquum enim mihi uidetur mittere uinctum, & crimina de quibus accusatur, non significare.

CAPVT XXVI.

AGrippa uero ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro temetipso. † Tunc Paulus extenta manu pro se dicebat: Super omnibus de quibus accusor à Iudæis, rex Agrippa, existimo me beatum, qui causam dicturus sim apud te hodie, cum tu maxime sis gnarus earum quæ apud Iudæos sunt, & consuetudinum, & quæstionum. Quapropter obsecro te, ut patienter me audias. Itaque uitam quidem meam, quam egi ab adolescentia, quæ ab initio fuit in gente mea Hierosolymis, nouerunt omnes Iudæi, qui prius nouerant me ab initio, si uelint testimonium ferre, † quod secundum ex quisitissimam sectam nostræ religionis, uixerim pharisæus. † Et nunc stretus spe repromissionis, quæ ad patres nostros facta est à deo, sto iudicio subiectus, ad quam duodecim tribus nostræ instanter nocte & die colentes deum, sperant se peruenturas. De qua spe accusor, rex Agrippa, à Iudæis. Cur incredibile iudicatur apud uos,

Supra 12. 13. 21.

Gal. 1.

Ge. 3. 22. Deut. 18. Psal. 131.

M.9.R.5 L.7.l.11. †si deus mortuos suscitat? Et ego quidem existimabam me aduersus nomen Iesu Nazareni multa repugnando facturum, quod
Supra 9. & feci Hierosolymis. † Et multos sancto-
Sup.8.22 rum ego carceribus inclusi, à principibus
Supra 8. sacerdotũ potestate accepta: † & cum occiderentur, detuli sententiam. Et per omnes synagogas frequenter puniens eos, compellebam blasphemare: & amplius insaniens in eos, persequebar etiam in exteras usque
Supra 9. ciuitates. † Quarũ rerũ studio cum irem Damascũ, cum authoritate & permissu princi-
Sup. 22. pum sacerdotũ, † die medio rex, in uia uidi è cœlo supra splendorem solis, circunfulsisse me lumen, & eos qui mecum faciebant iter. Cum autem nos decidissemus in terram, audiui uocem loquentem ad me, ac di-
Sup.9.22 centem Hebraica lingua, Saul Saul, quid me persequeris? Durũ est tibi contra stimulos calcitrare. Ego autem dixi: Quis es do-
Supra 22 mine? At ille dixit: † Ego sum Iesus quem tu persequeris. Sed exurge & sta super pedes
Supra 9. tuos. Ad hoc enim apparui tibi, † ut constituam te ministrum ac testem, & eorum quæ uidisti, & eorum in quibus apparebo tibi: eripiens te à populo & gentibus, in quas nunc te mitto, ut aperias oculos eorum, ut conuertãtur à tenebris ad lucem, & à potestate satanæ ad deum, ut accipiant remissionem peccatorũ, & sortem inter eos qui sanctificati

dificati sunt per fidem quæ est erga me. Vn
de rex Agrippa, non fui inobediens cœle-
sti uisioni, † sed his qui sunt Damasci pri- Ibidem.
mum, & Hierosolymis, & per omnẽ regio-
nem Iudææ: deinde & gentibus annuncia-
bam, † ut pœnitentiã agerent, & conuerte- Infra 28.
rentur ad deum, opera facientes digna his, Sup. 2.3.
qui resipuissent. Hac ex causa Iudæi me in 5. 8.17.
templo comprehensum tentauerunt interfi- Supra 18
cere. * Auxilium igitur nactus dei, usque in 25.
hodiernum diem sto, testificans tum paruo Infra 28.
tum magno: nihil aliud dicẽs, q̃ ea quę pro
phetæ prædixerant futura esse, & Moses:
an passurus fuerit Christus, an primus ex Esa. 50.
resurrectione mortuorũ lumen annunciatu 53.
rus sit populo & gentibus. Hæc autem cum Psal. 21.
pro se diceret, Festus magna uoce ait: Insa- Supr. 12.
nis Paule. Multæ te literæ ad insaniã con-
uertunt. Et Paulus: Non insanio, inquit,
optime Feste, † sed ueritatis & sobrietatis Ioan. 8.
uerba eloquor. Scit enim de his rex, apud
quem & libere loquor. Latere enim eum
nihil horum arbitror. † Neq; enim hoc in Ioan. 18.
angulo gestũ est. Credis rex Agrippa pro-
phetis? Scio quod credis. Agrippa autem
ad Paulum ait: Modica ex parte persua-
des mihi, ut fiam Christianus. Et Paulus
ait: † Optarim à deo, non solum modica 1. Cor. 7.
ex parte, uerumetiam magna, non te modo,
sed omnes etiam qui me audiunt hodie, esse

tales, qualis ego sum, exceptis uinculis his. Et hæc eo loquuto, surrexit rex ac præses, & Bernice, & qui assidebant eis. Et cum se cessissent, loquebantur inter se, dicentes: †
Su. 23. 25 Nihil morte aut uinculis dignũ facit homo
Sup. 25. iste. Agrippa autem Festo dixit: * Dimitti
Infra 28. poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

CAPVT XXVII.

POstq̃ autem decretum est, ut nos nauigaremus in Italiã, †tradiderunt & Paulum, & quosdam alios uinctos centurioni,
2. Cor. 11 nomine Iulio, cohortis Augustæ. Conscensa autem naue Adramyttina, nauigaturi iuxta loca Asiæ, soluimus, perseuerante nobiscum †Aristarcho Macedone Thessalo-
Col. 4. nicensi. Sequenti autem die appulimus Sidonem. Et Iulius humaniter tractato Pau-
Infra 28. lo, † permisit ut ad amicos profectus, ab illis curaretur. Et inde quum soluissemus,
1. Cor. 4. subnauigauimus iuxta Cyprum, † propte-
2. Cor. 11 rea quod essent uenti contrarij. Et pelagus quod est contra Ciliciam & Pamphyliam, emensi, peruenimus Myram, quæ est Lyciæ, & ibi nactus centurio nauem Alexandrinam nauigantem in Italiam, imposuit nos in eam. Et cum multis diebus tarde nauigaremus, uix̃q deueniss emus contra Gnidum, prohibente nos uento, adnauigauimus Cretæ iuxta Salmonem. Et uix præterlegentes illam, peruenimus

in

in locum quendam, qui uocatur Pulchri portus, cui uicina erat ciuitas Lasæa. Multo autem tempore peracto, † & cum esset 2. Cor. 11
iam periculosa nauigatio, ob id quoq; quod iam ultra tempus sustinuissent inediam, admonebat eos Paulus, dicens eis: Viri, uideo quod cum iniuria multoq; damno, non solum oneris & nauis, sed etiam animarum nostrarum futura sit nauigatio. Centurio autem gubernatori & nauclero magis credebat, quàm his quæ à Paulo dicebantur. Et cum aptus portus non esset ad hybernandum, complures cœperunt consilium soluendi illinc, si quo modo possent peruecti Phœnicen illic hybernare. Is est portus Cretæ spectans ad Africum & ad Chorum. Aspirante aũt Austro rati se propositi compotes, cum soluissent Asson, prætерlegebãt Cretam. Verum haud multo post † coor- Ibidem.
tus est contra ipsam uentus Typhonicus, qui uocatur Euroaquilo. Cumq; correpta esset nauis, nec posset obniti uento, data naue flatibus, ferebamur. In insulam autem quandã deuecti, quæ uocatur Clauda, uix potuimus obtinere scapham. Qua sublata, adiutorijs utebantur, subcingentes nauem, timẽtesq; ne in Syrtim incidereẽt, demisso uase, sic ferebantur. Cum aũt uehemẽti tempestate iactaremur, sequenti die iactũ fecerũt, ac tertio die nostris manibus armamenta

nauis proiecimus. Porrò neq; sole neq; sy-
deribus apparentibus ad complures dies,
2. Co. 11. & tempestate non exigua immtnente, †iam
ablata erat spes omnis salutis nostræ. Cum
autem multa iam esset inedia, tũc stans Pau
Sup. 1. lus in medio eorum, dixit: Oportebat qui-
dem ô uiri audito me non soluere à Creta,
nec accersere nobis iniuriam hanc & iactu
ram. Et nunc hortor ut bono animo sitis. Ia
ctura enim animæ nulla erit ex uobis, sed
Supra 12. tantum nauis. † Adstitit enim mihi hac no-
23. cte angelus dei, cuius sum ego, quem & co
Supra 25 lo, dicens: Ne timeas Paule, Cæsari te opor
tet sisti. Et ecce donauit tibi deus omnes qui
nauigant tecum. Propter quod bono ani-
mo estote uiri. Credo eñ deo, quod sic erit
Infra 28. quemadmodũ dictum est mihi. † In insulam
autem quandam oportet nos eijci. Sed po-
steaquã quartadecima nox superuenit, na-
uigantibus nobis in Adria circa mediũ no
ctis, suspicabantur nautæ apparere sibi ali-
quam regionem. Qui & demissa bolide, re-
pererunt passus uiginti, ac pusillum inde di
gressi, rursumq; demissa bolide, repererunt
passus quindecim. Timentesq;, ne in aspe-
ra loca inciderent, de puppi iactis ancoris
quatuor, optabant diem oriri. Nautis uero
quærentibus fugere è naui, cum demisissent
scapham in mare, sub prætextu uelut è pro-
ra ancoras extensuri, dixit Paulus centu-
rioni

rioni & militibus: Nisi hi in naui manserint, uos salui fieri non potestis. Tunc abscinderunt milites funes scaphæ, & passi sunt eam excidere. Et cum dies inciperet apparere, hortabatur Paulus omnes sumere cibũ, dicens: Dies hic decimus quartus est, quod expectantes ieiuni permanetis, nihil accipientes, propter quod hortor uos, ut sumatis cibũ: hoc enim ad salutẽ uestram 10. 12.
pertinet, †quia nullius uestrum capillus de Mat. Lu.
capite cadet. Et cum hæc dixisset, *sumpto Mat. 15.
pane, gratias egit deo in conspectu omniũ: Ioan. 6.
& cum fregisset, cœpit edere. Porrò animis iam recreatis omnium, sumpserũt & ipsi cibum. Eramus uero uniuersæ animæ in naui ducentæ septuagintasex. Et satiati cibo, alleuabant nauẽ, †eijcientes triticum in ma Sup. eod.
re. Cum autem dies esset, terrã non agnoscebant: sinum uero quendã animaduertebant, habentem littus, in quod cogitabant, si possent, impingere nauem. Et cũ ancoras sustulissent, comittebant se mari, simul laxatis iuncturis gubernaculorum, & sublato arte mone ad auræ flatum, tendebant ad littus. Et cum incidissent in locum bimarem, † im Ibidem.
pegerunt nauem. Ac prora quidẽ infixa manebat immobilis: puppis uero soluebatur à ui undarũ. Militum autem consilium erat, ut uinctos occiderẽt, ne quis cum enatasset, effugeret. At centurio uolens seruare Pau-

lum, compescuit eos à consilio, iussitq; ut qui possent natare, abijcerent se primos, & in terram euaderent, cæteriq; partim in tabulis, partim in quibusdam nauis fragmentis. Et sic factum est, ut omnes incolumes euaderent in terram.

CAPVT XXVIII.

Supra 27 ET cum euasissent, tunc cognouerunt † q; Melite insula uocaretur. Barbari uero præstabant non uulgarem humanitatem nobis. Accensa enim pyra, recipiebant nos omnes propter imbrem qui imminebat, &
2. Cor. 11 propter frigus. † Cum congregasset autem Paulus sarmentorum multitudinem, & imposuisset in ignem, uipera è calore prorepens inuasit manum eius. Vt uero uiderunt Barbari pendentem bestiam de manu eius, inter sese dicebant: Omnino homicida est homo hic, quem seruatum è mari ultio non sinit uiuere. Et ille quidem excussa uipera in ignem, mali nihil passus est. At illi existimabant futurum, ut incenderetur, aut concideret repente mortuus. Diu autem illis expectantibus, & intuentibus nihil mali illi
Supra 14 accidere, † mutata mente, dicebant eum esse deum. In locis autem illis erant prædia primati insulæ, nomine Publio, qui nos exceptos, triduo benigne tractauit hospitio. Contigit autem patrem Publij febribus ac dysenteria uexatum decumbere. Ad quem

Paulus

Paulus intrauit, & cum orasset, imposuis- Matt. 8.
setq; ei manus, sanauit eum. Hoc igitur fa- Mar. 1.
cto, †cæteri quoq; qui habebant infirmita- Luc. 4.
tes in insula, accedebãt & sanabantur, qui
etiam multis honoribus nos honorauerũt,
& soluentibus imposuerunt quæ necessaria
erant. Post menses autem tres nauigauimus
in naui Alexandrina, quæ in insula hyema
uerat, cui erat insigne Castor & Pollux. Et
cum uenissemus Syracusas, mansimus tri-
duo. Inde circumlegentes deuenimus Rhe-
gium, & post unum diem afflante Austro,
postridie uenimus Puteolos, ubi repertis
fratribus, rogati sumus manere apud eos
dies septem, & sic uenimus Romam. †Et in Supra 15.
de cum audissent fratres de nobis, prodie-
runt in occursum nobis usq; ad Appij fo-
rum ac tres tabernas. Quos cum uidisset
Paulus, gratijs actis deo, sumpsit fiduciam.
Cum autẽ uenissemus Romam, centurio tra
didit uinctos principi exercitus. †Permis- Supra 27
sum est aũt Paulo ut maneret solus cum cu-
stodiente ipsum milite. Post tertiũ aũt diem
cõuocauit Paulus Iudęorũ primores. Cũq;
uenissent, dicebat eis: Ego, uiri fratres, cum Supra 24
nihil feceri aduersus plebẽ aut instituta ma 25.
iorũ, uinctus ab Hierosolymis traditus sum
in manus Romanorũ: qui cũ examinassent,
uoluerũt me dimittere, eo q; nulla esset cau Luc. 23.
sa mortis in me. Sed cõtradicẽtibus Iudęis, Sup. 26.

coactus sum appellare Cæsarem, non quasi habeam de quo gentẽ meam accusem. Propter hanc igitur causam aduocaui uos, ut
Deut. 18. uiderẽ & alloquerer, † Propter spem enim Israelis catena hac circundatus sum. At illi dixerunt ad eum: Nos neq; literas accepimus de te à Iudæa, neq; aduenies aliquis fratrũ nunciauit, aut locutus est aliquid de te mali. Volumus autem ex te audire quæ sentias. Nam de secta ista notum est nobis,
Luc. 2. †q; ubiq; ei contradicitur. Cum constituissent autem illi diem, uenerunt ad eum in hospitium complures, quibus exponebat testificans regnum dei, † suadens q; eis de le-
Gen. 3. su ex lege Mosi & prophetis, à mane usque
Esa. 7. 9. 11. ad uesperam: * & quidã credebãt his quæ
Mich. 5. dicebantur, quidam uero non credebant.
*Sup. 17 Cumq; inter se non essent concordes, discedebant, ubi dixisset Paulus unum uerbum: Bene spiritus sanctus loquutus est per Isaiam prophetam ad patres nostros, dicens:
Esa. 6. †Vade ad populum istum, & dic: Auribus
Mat. 13. audietis, & non intelligetis: & uidentes ui-
Marc. 4. debitis, & non perspicietis. Incrassatum est
Luc. 8. enim cor populi huius, & auribus grauiter
Ioã. 12. audierunt, & oculos suos compresserunt,
Matt. 3. ne quando uideant oculis, & auribus audi-
Psal. 66. ant, & corde intelligant, * & conuertãtur,
Esa. 11. & sanem eos. Notũ ergo sit uobis, † quod
41. 60. gentibus missum est hoc salutare dei, et ipsi audient.

audient. Et cum hæc dixisset, exierũt ab eo Iudæi, multã habentes inter se disceptationem. Mansit autem Paulus biennio toto in suo cõducto, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad ipsum, prædicans regnum dei, † ac docens quæ sunt de domino Iesu cum omni fiducia, nemine prohibente. Hiere. 16. & 31. Iohel. 3. Mal. 1. Supra 18

Actorum apostolicorum finis.

IN EPISTOLAM PAVLI ad Romanos Argumentum, per D. Erasmum Roterodamum.

IAm quo res sit dilucidior, argumentum epistolæ paucis explicandum. Atque ut exordiar ab ipso nomine, quanquã me non fugit Hieronymum in commẽtarijs, quos scripsit in epistolam ad Philemonem, in hac esse sententia, ut existimet Apostolũ prius uocatũ †Saulum, Pauli uero cognomen ceu trophæum usurpasse à Sergio Paulo proconsule, quẽ Christo lucrifecit, quem admodũ legimus in Actis apostolorũ cap. 13. Rursus alios esse, quibus placeat in Iudaismo dictum Saulum, mutata religione simul & nomen mutasse. Sed alteram opinionem minus probabilem facit, ꝙ Lucas Act. 9.

Act.13. †hoc ipso, quod modo citauimus, capite scribit: Saulus, qui & Paulus, repletus spiritu sancto, haud obscure declarans eum binominē fuisse, prius q̄ Sergius Paulus esset conuersus. Alteram planè refellit, † q̄ cum alijs aliquot locis, tum in eodē capite Saulus dicitur iam Christi prædicans euangelium. Dixit illis spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam. Proinde mihi uero propior uidetur Origenis opinio, quē admodum in ueteris instrumenti libris aliquot comperimus diuersis nominibus notatos, uelut Idida dictum, qui alias nocatus est Salomon: & Oziam alicubi dictum, qui alibi sit Azarias. Item in euāgelicis literis, Lucæ dictum Leui, qui se in suo euangelio Matthæum nominat: ita Paulo geminum fuisse uocabulum, quanquam ipse in suis epistolis se nunquam Saulum appellat, sed ubiq̄ Paulum, fortassis ob id q̄ Paulí uocabulum Græcorum ac Romanorū ad quos scribebat, auribus esset familiarius. Saulus enim sic à Saul Hebræa uoce deflexum apparet, ut Græci à Ioseph Iosephum deflexerunt. Paulus autem Hebræis sonat mirabilem, si tamen ferendam putamus Romanæ seu Græcanicæ uocis etymologiam è peregrina lingua peti. Quod tamen Hieronymus, quum alicubi in alijs reprehendat, hic sibi permittit, opinor, ut in re non admo-

Act.22. 26.

Binomines in sacris literis.

Etymologiam non recte peti ex aliena lingua.

admodum seria. Certe Græcis sonat quietum, Latinis pusillum. Saul Hebræis sonat postulatum: & si Ambrosio credimus, inquietudinem siue tentationem. Atque hæc quidem de ratione nominis, ut in argumento penè plus satis. Cæterum dictauit hanc epistolam, excipiēte Tertio, quod is quoq; in calce epistolæ testatur, adijciens, Saluto uos ego Tertius, qui scripsi epistolam in domino. Missam apparet è Corintho, per Phœben fœminam Cenchreensem. Est autem Cenchreę portus Corinthiorum, haud procul ab urbe dissitus. Quod si tempus quoq; requiratur, scriptam apparet post utranq; ad Corinthios epistolā (unde putāt in hac absolutæ iam & confirmatæ pietatis argumenta potissimum elucere) id temporis cum peragrata iam Achaia, in qua Corinthus est, & huic finitima Macedonia, usq; ad Illyricum, ac non solum prædicato ubiq; Christi euangelio, in his duntaxat locis, in quibus aliorum apostolorum nemo prædicauerat, uerumetiam † iuxta Petri monita, collecta à suis aliquanta pecunia, in subsidium pauperum, adornaret iter Hierosolymam, ut exhibito quod acceperat, illinc proficisceretur in Hispaniam, Roma iter facturus, atque illic obiter salutaturus Christianos, de quorum fide ac religione audierat, cum ipsos nondum uidisset.

Scriba.

Locus.

Tempus.

Gal. 2.

Argumentum epistolæ.

Acciderat enim illis diuersum quiddã atq; Galatis Siquidem hi primum recte à Paulo instituti, postea fraude pseudapostolorum circumuenti sunt, & retracti in Iudaismum Contrà Romani primum male instituti à pseudapostolis, simulatq; pro sua prudentia senserant fraudem, resipuerunt, & in eo quod rectum esse cognouerunt perseuerabant. Nam in ecclesiæ nascentis primordijs erant, † qui existimarent euangelij gratiam, quoniam Abrahæ posteris, & Iudaicæ genti peculiariter promissa uidebatur, non esse propagandam in prophanas gentes, & simulachrorum ac dæmonum cultui deditas. In qua sententia & Petrum apparet fuisse, † qui uiso monendus erat, ut Cornelium Centurionem admitteret: quo nomine mox illi exhibitum est negotium Hierosolymis, † expostulantibus his qui ex Iudaismo conuersi fuerant ad Christũ, q̃ cum incircuncisis habuisset commercium, atq; in his probabile est & apostolos aliquot fuisse. Sic enim legimus in Actis capite 11. Audierunt autem apostoli & fratres qui erant in Iudæa, quoniã & gentes receperunt uerbũ dei. Cum autẽ ascendisset Petrus Hierosolymam, disceptabant aduersus illum qui erant ex circuncisione, dicentes: Quare introisti ad uiros præputium habentes, & manducasti cum illis? Erant rursus,

Act. 11. Opinio apostolorum in initio.

Act. 10.

Act. 11.

qui

qui licet non existimarent gentes prorsus
arcendas ab euangelij consortio, † non ad- Act. 15.
mittendas tamen ducebant, nisi circuncide
rentur ritu Iudaico: perinde quasi Christus
egeret adminiculo legis Mosaicæ, simul ut
euangelij gloriam in suam gentem transfer
rent. Et in Actis apostolorū capite 11. pro-
ditum est, eos qui ob persequutionem, quæ
accidit à morte Stephani, profugerant in
Phœnicen, in Cyprum & in Antiochiã, ne
mini prędicasse Christum, nisi solis Iudæis.
Rursus capite 15. quidam Iudæi ueniunt
Antiochiam, palàm aduersus Paulum &
Barnabam prædicantes, non esse spem salu
tis, nisi iuxta Mosi præscriptum circunci-
derentur: tantus q̃ tumultus per hos conci
tatus est, ut coacto concilio decretum sit, ut
Paulus & Barnabas unà cum aduersarijs
Hierosolymam irent, & lis apostolorum ac
seniorum arbitrio componeretur. Atq̃ illic
rursum acriter obnitentibus nõnullis, præ-
sertim factionis pharisaicæ Christianis, cu-
ius fuerat & Paulus, coacta est synodus a-
postolorum & seniorum: ac Petri Iacobiq̃
autoritate decretum est, ne gentes oneraren
tur lege Mosaica, tantum temperarent ab
esu suffocati animantis, à sanguine, à carni
bus simulachro immolatis, & à stupris: q̃d
tamen pro ratione temporum inuincibili Iu
dæorum superstitioni datum esse, uel illud

argumento est, quod tria illa iam olim uidemus esse sublata, ac prorsus abolita. Ex eodem fonte nata est illa Pauli cũ Petro concertatio Antiochiæ, cum gentium apostolus cernens suos ob Petri simulationem periclitari, palàm illum redarguit, quemadmodum refert ipse in epistola ad Galatas capite secundo. Rursum Hierosolymis autore Iacobo, quo purgaret iam inter Iudæos sparsum rumorem, quod retrahere uideretur à lege Mosaica, cum cæteris caluicium induxit capiti: & iuxta ritũ Iudaicum purgatus, munus obtulit in templo, sicuti refert Lucas Actorum capite uigesimoprimo. Quoquidem ex loco uidetur Iacobus, tametsi gentes prius onere legis Mosaicæ propemodum liberasset, esse tamen in hac sententia, ut putaret à Iudæis exigendam esse legis obseruationem: uel in hoc ut placarentur hi, qui nondum sic profecerant in euangelica ueritate, ut possent omnino patrios ritus contemnere. Sic enim loquitur, ut est coniectandũ multitudinis cõgregatæ nomine, Iacobus: Et sciẽt omnes, quia quæ de te audierunt, falsa sunt: sed ambulas & ipse custodiens legem. Nec alia de causa, opinor, totondit caput ex uoto Cenchreis cap. 18. Consimili necessitate circuncidit Timotheum capite 16. cum esset matre quidem Iudæa natus, sed patre ethnico. Tantæ molis erat ex Iudæo facere Christia-

num. Est enim ei genti peculiaris quædam pertinacia, nec ulla fuit unquam suæ religionis tenacior, ut elegãter docet Iosephus in apologia Iudaicarũ antiquitatũ. Ad hæc ut Iudęorum natio tum omnibus orbis nationibus erat peculiariter inuisa, ita uicissim omnes execrabantur illi, ceu impuros prophanos & impios: adeo ut nec congressu dignarentur, & templum suum pollui crederent, si quis forte incircunciſus esset ingressus. Tantum erat præciſæ pelliculæ supercilium. Cum igitur spes non esset, fore, ut Græci Romaniq; legem inuisam reciperent, & incredibili pertinacia reclamarẽt Iudæi, Paulus intelligens periculum esse, ne tam exitiabili dissidio magna ex parte periret Euangelij fructus & Christi gloria Mosaici nominis obscurare tur admixtu, hoc in primis agit ubiq;, ut legis ceremonias abroget, atque antiquet, omnemq; salutis adipiscendæ fiduciam in unum Christũ trãsferat. Sicut autem Galatas acriter, sed tamen amanter obiurgat, quod essent in Iudaismum adducti: ita Romanos præmunit & instruit, ne à pseudoapostolis, quos sciebat nusquam cessare, illaqueentur incauti: sed in recta doctrina quam amplecti cœpissent, persisterẽt. Erat enim Romæ ingens Iudæorum numerus, siue illuc à Pompeio translatus, siue quod

Iudaicæ gẽtis pertinacia.

iam Romanorũ esset prouincia Iudæa, quorum superstitio crebro & apud Iuuenalem atq; Horatium, & apud Senecam notatur. Cum quibus & Paulo multũ negotij fuisse posteaquàm Romam peruenisset, testatur extremum caput Actorum apostolicorum, ac miro cõsilio singularis artifex in hac epistola sermonem temperat inter Iudæos & Gentes, dum studet omneis omnibus modis ad Christum pellicere: neq; uult, si fieri possit quenquam omnino mortalium perire suo duci cui militabat: itaq; nũc hos obiurgat, nũc illos, nunc rursus erigit ac subleuat. Gentium supercilio deprimit, ostendens nihil illis profuisse, neq; naturæ legẽ, neq; philosophiam, cuius professione tumebant, quo minus in omne scelerum dedecus prolaberentur. † Rursum Iudæorum arrogantiam coercet, qui legis fiducia perdidissent id quod erat totius legis caput, fidem in Christum Iesum, docens legis ceremonias antiquatas esse, iam coruscante Christi euangelio, quem legis umbræ delinearant, abrogata iam otia sabbatorum, circunciſionis iniuriam, Calendarum recursus, ter quotannis redeuntes ferias, delectum ciborũ, in singulos dies iterum sordidanda lauacra, pecudum innoxiarum lanienam, templi religionem assiduis inquinati cædibus. Has rerum umbras emicante luce

Summa doctrinæ Paulinæ.

Rom. 3.

Ceremoniæ.

te luce ueritatis euanescere: Veros esse filios Abrahæ, qui fidem Abrahæ referrent: uere Iudæos esse qui Christum profiterentur: uere circuncisos, qui mentem haberent à fœdis cupiditatibus repurgatam. Veram iustitiam ac perfectam salutem citra legis auxilia, per euangelium ac solam fidem in Christo conferri ex æquo omnibus: licet ea salus peculiariter olim esset promissa Iudæis: sed ita his promissa, ut prophetæ non tacuerint fore, ut illis reijcientibus, ad gentes prædicatio Christi propagaretur. Per legem Mosaicã ueram iustitiam nulli contingere, sed per fidem: idq; docet tum exemplo Abrahæ, tum uarijs ipsius legis testimonijs. Et ad eum modum detracto utriusq; supercilio, adempta utriusq; fiducia sui, omnes æquat in negotio fidei euangelicæ, ita gratulans saluti gentium, ut suæ gentis cæcitatẽ paterno deploret affectu, licet illam ubiq; pertinacissime infensam experiretur: atq; id per se durum, ita mitigat, ut dicat nec omnes excæcatos, & fore ut aliquando resipiscat Iudæorum natio fide gentium prouocata. Atque hic obiter uaria multiplexq; doctrina de præfinitis, siue prædestinatis, de præscitis, de uocatis, de gratia & merito, de libero arbitrio, de diuino consilio nobis inscrutabili, de lege naturæ, de lege Mosi, de lege peccati. Varij item allego

Fontes allegoriarum.

riarum fontes, dum duos facit Adam: alterum quo nascimur iuxta carnem mortales: alterũ, quo renascimur immortales futuri. Duos homines, internum & externum: internum spiritui & rationi parentem, externum cupiditatibus & affectibus obnoxiũ: quorũ priorem aliquando spiritum appellat: posteriorem interim corpus, siue membra, interim carnem, aliquoties legem peccati uocat. Duplicem mortem, corporis & animi, & tertiam qua morimur peccato & peccãdi affectibus. Triplicem item uitam, qua uiuimus corpore, qua animo, & qua uiuimus iustitiæ & peccato. Duplicem seruitutem, aut libertatem, qua uicissim uel innocentiæ seruimus, emancipati à peccatis, uel peccatis seruimus liberi à iustitia. Duplicem Iudaismũ, duplicem circũcisionem: geminos posteros Abrahæ: duas parteis legis Mosaicæ, carnalem, ueluti corpus: spiritualem, uelut animã legis. Duplicem baptismũ, quo primũ abluimur à peccatis pristinis sacro lauacro, & quo Christo cõmorimur, abdicatis mũdi affectibus. Duplicẽ sepulturã, corporalem, qua triduo sepultus est Christus: & spiritualẽ, quia nos semoti à mundi uitijs, requiescimus in illo. Duplicem resurrectionem, alterã quæ pręcessit in Christo, in nobis sequutura: alteram qua nos à peccatis pristinis rediuiui progredimur

mur à uirtute ad uirtutẽ, hac parte quoad licet futurã immortalitatem meditãtes. Duplicẽ iustitiam, dei & hominũ. Duplex iudicium, dei & hominũ. Duplicem gloriã siue laudem, apud deũ et apud homines. His differtis, transit ad locum moralem, in primis adhortãs ad mutuam concordiã exemplo mẽbrorum corporis. Et quoniam pax constare non potest ubi fastus est aut liuor, obsecrat ut obsequijs mutuis mutuũ amorem alant foueantq; Romanos, ut Iudæorũ infirmitatem ex diuina legis assuetudine relictam, ferant: contrà Iudæos, ne gentibus in euangelij consortium ascitis inuideant, sed illorũ fidem ac libertatem potius æmulentur: & cum idem sit omnium deus, idem Christus, eadem gratia, idem præmiũ, omnes in unum corpus coalescant: neq; quisquã sibi arroget quicq;, sed si qua dote præcellat aliquis, eam ad fratris opem accommodet. Atq; hunc locum uarie tractat, docens quales se præstare debeant erga Iudæos incredulos, quales erga Christianos supstitiosiores, siue ut ipse uocat, infirmos: quales erga superiores, quales erga inferiores, quales erga pares, quales erga principes ac magistratus ethnicos, sed suo utcunq; fungentes officio: quales in prosperis, quales in aduersis. Deinde rursum laude Romanorũ mitigat admonitiõis acerbi-

Moralis locus.

tatem, & suam apud illos autoritatem commendat, commemorãs quanto plus cæteris promouerit in euangelio Christi. Declarat quanta teneatur illos uidendi cupiditate, & spem facit sui aduentus, cur eum differre cogatur aperit, laudans spontaneam Macedonum & Corinthiorum in pauperes sanctos liberalitatem, tacite ac uerecunde Ro-

Salutationes Pauli. manos ad æmulandum prouocans. Caput extremum penè totum occupat salutationibus, non frigide congestis multorum nominibus, sed mire suo cuiq; addito elogio. Postremo quoniam penitus nouerat & pseudapostolorum improbam uersutiam, & Romanorum simplicitatem ac facilitatem, admonet, etiam atq; etiam caueant, ne illorũ blandiloquentia fallantur. Quanquam autem horum plæraque peculiarius ad eam pertinent ætatem, in qua rudis adhuc paulatim sùppullulabat ecclesia Iudæis & gentibus admixta, ac principibus ethnicis obnoxia: tamen nihil est, unde non ad hæc quoq; tempora salutaris aliquid doctrinæ possit accommodari: ueluti de fugienda superstitione, quæ dissidiorum est seminarium, & sic habet speciem pietatis, ut nihil sit ueræ pietati aduersius: de stulta fiducia philosophiæ mundanæ, de fiducia nostrorum operum, de negligendis his quæ ad ceremonias pertinent, quo magis ad ea quæ ueræ sunt pie-

tatis

tatis proficiamus: de merito fidei, de uitando fastu, de toleranda alicubi minus eruditorum aut superstitiosiorum imbecillitate: de mutuis obsequijs alenda concordia, de ferendis aliquousq; malis principibus & impijs episcopis, ne turbetur ordo status publici: de malefactis beneficentia superandis, de non iudicando quod ad te non pertineat, de commode interpretando quicquid recto animo fieri potest, de cauenda insidiosa blanditloquentia, alijsq; id genus rebus, in quibus hodieq; communis hominū uita uersatur. Sed utilitatem huius epistolæ æquat, ac penè superat difficultas: idq; mihi tribus potissimum de causis accidere uidetur, siue quod non alibi sermonis ordo confusior, nusquam oratio hyperbatis magis hiulca, nusquam anantapodotis crebrius inabsoluta, quod subinde queritur interpres Origines in huiusmodi difficultatibus passim luctans ac laborans. Quod utrū interpreti aut scribæ Tertio sit tribuendū, an ipsi Paulo, aliorum esto iudicium. Ipse sanè agnoscit sermonis imperitiam, licet rerum inscitiam deprecetur. Rursus adeò nō affectauit orationem arte humana compositam, ut eam sibi fugiendam etiam duxerit, ne quid hinc decederet gloriæ crucis: atq; ob id Origenes existimat superuacaneum esse, sermonis compositionem in eo requi-

Difficultas epistolæ ad Romanos unde.

Pauli sermo incōpositus.

rere. Hieronymus aliàs illi uindicat oratio nis artificium, aliàs adimit, ingenue confitens, è corrupto Cilicum sermone nonnihil traxisse uitij. Augustinus etiam rhetorũ ornamẽta flosculosq; ex huius depromit epistolis. Quin & in Actis dux uerbi est, & in epistola ad Corinthios priore, supra cæteros omnes linguis loquitur. Quãuis enim, ut testatur Hieronymus, id temporis totus Oriens Græce loqueretur, tamen ut consentaneũ est, apud Celtas non eandem fuisse Romani sermonis castimoniam, quæ fuit Romæ: ita ueriſimile est, non parum interfuisse inter Cilicem Græce loquentem, & Atticum. Ad hæc orationis incõmoda accessit Hebraismus, cuius idiomata passim refert ita Græce loquẽs, ut nihilo secius interim Hebræum agnoscas. Alteram difficultatis causam arbitror, quod ob rerũ inexplicabiliũ obscuritatem, non alia sit credrioribus impedita salebris, aut altioribus interrupta uoraginibus, adeo ut ipse relicto quod instituerat, exclamare cogatur: O altitudo diuitiarũ. Quid quod quædam mysteria prudens sic attingit, ut ceu per transennam duntaxat ostendat, pro temporum illorũ ratione, proq; captu eorum quibus scribit, orationem attemperans. Nouerat & uiderat ille quædam, quæ nefas esset homini loqui, & nouit quatenus esset opus

lacte,

lacte, quatenus cibo solido. Sciebat ætatũ in Christo gradus, & quid cui foret adhibendum. Hoc consilio Petrus apostolus apud rudem concionem uerba facturus de Christo, uirum eum nominat, deum tacet. Tertiam, opinor, crebram ac subitam personarum mutationem, dum nunc Iudæos, nunc gentes, nunc utrinq; : modo credẽtes, modo incredulos respicit, aliàs infirmi, aliàs firmi: interim pij, interim impij, personam sustinet. Quibus fit, ut Lector uelut in labyrinthis ac meandris quibusdam inextricabilibus oberrans, nec unde sit ingressus, satis uideat, ne quà sit exitus. Vt mihi non minus uere quàm eleganter Origenes Paulum adsimilem faciat ei, qui hospitem in opulentissimi cuiuspiam principis palatium inducat, diuersis uiarum ambagibus & conclauũ secessibus perplexum. Quædam autem procul ostẽdat, ex ditissimo opum thesauro, quædã propius admoueat, quædam uideri nolit: sæpe interim per aliud ingressus ostium aliunde exeat, ut hospes ipse miretur unde uenerit, ubi sit, aut quà sit exeundum. Agnouit hoc & Petrus apostolus in epistola secunda testans, esse in Paulinis epistolis quædam intellectu difficilia, quæ parum eruditi, parumq; firmi deprauarent ad suam perniciem. Nos difficultates has pro uirili conati sumus

amoliri, nisi quod quædam Paulinæ linguę adeo peculiaria sunt, ut aliquoties mutari nõ queant: uelut hæc, fides, gratia, corpus, caro, membra, spiritus, mens, sensus, ædificare: aliaq; huius generis. Quæ ut prorsus mutari non debuerunt, ita quoad licuit, emollire studuimus. Sed iam ipsum audiamus Romanis Romane, imò omnibus crassius & explanatius loquentem.

Argumenti finis.

EPISTOLAE PAVLI APOstoli denuo recognitæ per Erasmum Roterodamum.

EPISTOLA PAVLI Apostoli ad Romanos.

CAPVT I.

PAVLVS seruus Iesu Christi, uocatus ad munus apostolicũ, segregatus in euangelium dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, † qui genitus fuit ex semine Dauid secũdum carnem: qui declaratus fuit filius dei cum potentia, secundũ spiritum sanctificatio-

Luc. 1.
2. Tim. 2.

ficationis, ex eo quod resurrexit è mortuis Iesus Christus dominus noster, per quem accepimus gratiam ac muneris apostolici functionem, ut obediatur fidei inter omnes gentes super ipsius nomine, quorum de numero estis & uos, uocati Iesu Christi. Omnibus qui Romæ estis dilectis dei, uocatis sanctis, † gratia uobis & pax à deo patre 1. Cor. 1.
nostro & domino Iesu Christo. Primũ qui- 2. Cor. 1.
dem gratias ago deo meo per Iesum Chri- Galat. 1.
stum super omnibus uobis, quod fides ue- Ephes. 1.
stra annunciatur in toto mundo. † Testis 2. Tim. 1.
enim mihi est deus, quẽ colo spiritu meo in euangelio filij ipsius, quod indesinẽter mentionem uestri faciam, semper in precibus meis orans, si quo modo tandem aliquãdo prosperum iter contingat, uolente deo, ut ueniam ad uos. Desidero enim uidere uos, ut aliquod impertiar uobis donum spirituale, quo cõfirmemini: hoc est, ut communem capiam consolationem in uobis, per mutuam fidem, uestram simul & meam. Nolo autem uos ignorare fratres, quod sæpe proposueram uenire ad uos, licet præpeditus fuerim ad hũc usq; diem, quo fructũ aliquem haberem inter uos quoq;, quemadmodum & inter reliquas gentes. Græcis simul & Barbaris, eruditis pariter ac rudibus debitor sum, ita quantum in me est, paratus sum uobis quoq; qui Romæ estis euangelizare.

Non enim me pudet euangelij Chriſti. Potentia ſiquidem eſt dei, ad ſalutem omni credenti Iudæo primum ſimul & Græco, Iuſtitia enim dei per illud patefit ex fide in fidē.
Abac. 2. Sicuti ſcriptum eſt: † Iuſtus autem ex fide
Galat. 3. uiuet. Patet enim ira dei de cœ-
Heb. 10. lo aduerſus omnem impietatem, & iniuſti-
Rom. 10. tiam hominum, qui ueritatem in iniuſtitia detinēt, propterea quod id quod de deo cognoſci poteſt, manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis patefecit. Siquidem quæ ſunt inuiſibilia illius, ex creatione mūdi, dum per opera intelliguntur, peruidentur: ipſaq; æterna eius potentia ac diuinitas, in hoc, ut
1. Cor. 3. ſint inexcuſabiles, † propterea quod cum
Epheſ. 4. deum cognouerint, non ut deum glorificauerunt, neq; grati fuerunt, ſed fruſtrati ſunt per cogitationes ſuas, & obtenebratum eſt
1. Cor. 1. inſciens cor eorum. † Cum ſe crederent eſſe ſapiētes, ſtulti facti ſunt, mutauerunt q; gloriam immortalis dei, per imaginem, non ſolum ad mortalis hominis ſimilitudinem effictam, uerumetiam uolatilium & quadrupedum & reptilium: quapropter tradidit illos deus per cupiditates cordium ſuorum in immunditiā, ut ignominia afficiant corpora ſua inter ſe mutuo, qui commutarunt ueritatem eius mendacio, & uenerati ſunt coluerunt q; ea quę condita ſunt, ſupra eum qui cōdidit, qui eſt laudādus in ſæcula, Amen.

men. *Quamobrem tradidit eos deus in cu Rom.9.
piditates ignominiosas. Nam & fœminæ illorum mutauerunt naturalem usum in eum qui est præter naturam. Similiterq; & masculi relicto naturali usu fœminæ, exarserunt per appetentiam sui, alius in alium, masculi in masculos fœditatem perpetrantes, & præmiū quod oportuit erroris sui in sese recipientes. Et quemadmodū non probauerunt, ut deum agnoscerent, ita tradidit eos deus in reprobam mentem, ut facerent quæ non conueniebat, repleti omni iniustitia, scortatione, uersutia, auaritia, malitia, pleni inuidia, cæde, contentione, dolo, malis præditi moribus, susurrones, obtrectatores, deiosores, contumelioſi, elati, glorioſi, excogitatores malorum, parentibus immorigeri, expertes intelligentiæ, pactorum haudquaquam tenaces, alieni à charitatis affectu, nesciſ fœderis, immiſericordes. Qui cum dei iustitiam nouerint, nempe quod iſ qui talia faciunt, digni sint morte, non solum ea faciunt, uerumetiam assentiuntur ijs qui faciunt.

CAPVT II.

QVapropter inexcusabilis es ô homo, quisquis es q iudicas. †Nã hoc ipso Matt.7.
quod iudicas alterum, teipsum cõdemnas. Badẽ enim facis tu, q iudicas. Scimus autẽ

quod iudicium dei est secūdum ueritatem, aduersus eos qui talia agunt. Cogitas aūt hoc ô homo, qui iudicas eos qui talia faciunt, & facis eadem, quod tu suffugies iudicium dei? Aut diuitias bonitatis illius, ac tolerantiæ lenitatis & contemnis, ignorans quod bonitas dei ad pœnitentiam te inuitat? Sed iuxta duritiam tuam, & cor pœnitere nesciū, colligis tibi ipsi iram in die iræ, Matt. 15. quo patefiet iustum iudicium dei, † qui redditurus est unicuiq; iuxta facta sua: his quidem qui perseuerantes in benefaciēdo, gloriam & honorem & immortalitatem quærunt, uitam æternam: his uero qui sunt contentiosi, & qui ueritati quidem non obtemperant, sed obtemperant iniustitiæ, uentura est indignatio, & ira, afflictio & anxietas, aduersus omnem animam hominis perpetrantis malum, Iudæi primū, simul & Græci. Gloria uero & honor, & pax omni operanti bonū, Iudæo primum, simul & Græ- Ephes. 6. co. † Non enim est personarum respectus Gal. 2. apud deum. Quicūq; enim sine lege peccae Col. 3. uerunt, sine lege & peribunt: & quicunq; Act. 10. in lege peccauerunt, per legem iudicabun- Iaco. 2. tur. *Nō enim qui audiūt legem, iusti sunt 1. Pet. 1. apud deum: sed qui legem factis exprimūt, *Mat. 7. iusti habebuntur. Nam cum gentes quæ le- Iaco. 1. gem non habent, natura quæ legis sunt, fecerint, eæ legem nō habentes, sibi ipsis sunt lex,

lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, simul attestante illorum conscientia, & cogitationibus inter se accusantibus, aut etiã excusantibus, in eo die cum iudicabit dominus occulta hominum, iuxta euangelium meum per Iesum Christum. Et ecce tu Iudęus cognominaris, & acquiescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti uoluntatem, ac probas eximia, institutus ex lege, confidis ꝙ teipsum ducem esse cęcorum, lumen in tenebris uersantium, eruditorem insipientium, doctorem imperitorum, habentem formã cognitionis ac ueritatis per legem. Qui igitur doces alium, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non adulterãdum, adulterium committis: qui execraris simulachra, sacrilegium admittis: qui de lege gloriaris, per legis transgressionẽ deum dehonestas. Nam nomen dei propter uos male audit inter gentes, quemadmodum scriptum est. †Nam circuncisio quidem prodest, si legem seruaueris: quod si transgressor legis fueris, circuncisio tua in præputiũ uersa est. Ergo si præputium iustificationes legis seruauerit, nonne præputium illius pro circuncisione imputabitur? & iudicabit quod est ex natura præputium, si legem seruauerit, te qui per literam & circuncisionem transgressores legis? Non is qui in manifesto Iudæus †Ezec. 36

sit, Iudæus est: nec ea quæ in manifesto sit carnis circuncisio, circuncisio est, sed qui
Deut. 10. in occulto Iudæus fuerit, is Iudæus est: † et
30. circuncisio cordis, circuncisio est, quæ spiritu constat, nõ litera: cuius laus non ex hominibus est, sed ex deo.

CAPVT III.

QVid igitur habet in quo præcellat Iudæus? aut quæ utilitas circunciſionis? Multũ per omnem modum. Nam primum quidem illud, quod illis commissa sunt oracula dei. Quid enim, si quidam fuerunt increduli? Num incredulitas illorum fidem
Ioan.3.8. dei faciet irritam? Absit. † Imò sit deus ue-
Psal.15. rax, omnis autem homo mendax. Quemad-
Psal.50. modum scriptum est: * Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Quod si iniustitia nostra dei iustitiam commendat, quid dicemus? Num iniustus deus, qui inducat iram? Humano more loquor, absit. Nam quomodo iudicabit deus mundum? Etenim si ueritas dei per meum mendacium excelluit, in gloriam ipsius, quid posthac & ego ueluti peccator iudicor? Ac non potius (quemadmodum de nobis male loquuntur, & sicut quidam aiunt nos dicere) faciamus mala, ut ueniant bona. Quorum damnatio iusta est. Quid igitur?

Præ-

Præcellimus eos? Nullo modo. Nam ante
causis redditis ostendimus, & Iudæos &
Græcos omnes peccato esse obnoxios, si-
cut scriptum est: † Non est iustus, ne unus Ps.13.52.
quidem: non est qui intelligat, non est qui
exquirat deum: omnes deflexerunt, simul
inutiles facti sunt, non est qui exerceat bo-
nitatem, non est usq; ad unum. †Sepulchrũ Psa.5.13.
apertum guttur eorum, linguis suis ad do-
lum usi sunt, uenenum aspidum sub labijs
eorum. Quorũ os execratione & amarulen
tia plenum est, ueloces pedes illorum ad ef
fundendum sanguinem. Contritio & cala-
mitas in uijs eorum, & uiam pacis non co-
gnouerunt. Non est timor dei coram oculis
eorum. Scimus autem quod quæcunq; lex
dicit, his qui in lege sunt, dicat: ut omne os
obturetur, & obnoxius fiat totus mundus
deo, propterea quod ex operibus legis non
iustificabitur omnis caro in cõspectu eius.
†Per legem enim agnitio peccati. Nunc ue Gal.2.
ro absque lege iustitia dei manifestata est,
dum comprobatur testimonio legis ac pro-
phetarum. Iustitia uero dei per fidem Iesu
Christi in omnes, & super omnes eos qui
credunt. Non enim est distinctio. Omnes
enim peccauerunt, ac destituuntur gloria
dei. Iustificantur autem gratis per illius
gratiam, per redemptionem quæ est in

Christo Iesu, † quem proposuit deus reconciliatorem, per fidem interueniente ipsius sanguine, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præteritorum peccatorum, quæ deus tolerauit, ad ostendendam iustitiam suam in præsenti tempore: in hoc, ut ipse sit iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu. Vbi igitur gloriatio? Exclusa est. Per quam legem? Operum? Non, imò per legem fidei. † Arbitramur igitur fide iustificari hominem absq; operibus legis. An Iudæorũ deus tantum? an non & gentium? Certe & gentium. Quandoquidem unus deus, qui iustificabit circuncisionem ex fide, & præputium per fidem. Legem igitur irritã facimus per fidem? Absit, imò legem stabilimus.

1.Ioan.1. 2.Tim.2. Gal.2.

CAPVT IIII.

QVid igitur dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Nam si Abraham ex operibus iustificatus fuit, habet quod glorietur, at nõ apud deum. Quid enim scriptura dicit? † Credidit autem Abraham deo, & imputatum est ei ad iustitiam. Ei uero qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Porrò ei qui non operatur, sed credit in eum qui iustificat impium, imputatur fides sua ad iustitiam. Quemadmodum & Dauid explicat beatificã-

Gen.15. Gal.3. Iaco.2.

ficationem hominis, cui deus imputat iustitiam absque operibus: † Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum obtecta sunt peccata. Beatus uir cui non imputabit dominus peccatum. Beatificatio igitur hæc in circuncisionē tantū, an & in præputium deuenit? Dicimus enim quod imputata fuerit Abrahæ fides ad iustitiam. Quomodo ergo imputata est, cum esset in circuncisione, an cum esset in præputio? Non in circuncisione, sed in præputio. Et signum accepit circuncisionis signaculū iustitiæ fidei, quæ fuerat in præputio, ut esset pater omnium credentium per præputium, ut imputaretur & illis iustitia, & pater circuncisionis, ijs qui non solum genus ducerent à circuncisis, uerumetiam ingrederentur uestigijs fidei, quæ fuit in pręputio patris nostri Abrahæ. Non enim per legem promissio contigit Abrahæ aut semini eius, illum hæredem fore mundi, sed per iustitiam fidei. † Etenim si ij qui ad legem pertinent hæredes sunt, inanis facta est fides, & irrita facta est promissio. Nam lex iram operatur. Siquidem ubi non est lex, ibi nec transgressio est. Idcirco ex fide datur hæreditas, ut secundum gratiam, ut firma sit promissio uniuerso semini: non ei, quod est ex lege tantum, uerumetiam ei, quod est ex fide Abrahæ, qui est pater omnium nostrum. Sicut scriptum

Psal. 31.

Gal. 3.

Gen.17. 28. Eccl.44. Ge.13.22 est: † Patrem multarum gentium constitui te: nimirum ad exemplum dei cui credide-rat, qui uitæ restituit mortuos, ac uocat ea quæ non sunt, tanquã sint, qui præter spem sub spe credidit, se fore patrem multarum gentium, iuxta id quod dictũ est: † Sic erit semen tuum. Ac non infirmatus fide, haud considerauit suum ipsius corpus iam emor tuum, cum centum ferè natus esset annos, nec emortuam uuluam Saræ: uerum ad pro missionem dei non hæsitabat ob incredulita tem, sed robustus factus est fide, tribuens gloriam deo, certa persuasione concepta, q̃ is qui promiserat, idem potens esset & præ stare. Quapropter etiam imputatum est illi ad iustitiam. Non scriptum est autem pro-pter illum tantum, imputatum fuisse illi, sed etiam propter nos, quibus imputabitur, cre dentibus in eum, qui excitauit Iesum domi num nostrum à mortuis: † qui traditus fuit propter peccata nostra, et excitatus est pro pter iustificationem nostri.

1. Tim.2. 1.Ioan. 1.

CAPVT V.

IVstificati igitur ex fide, pacem habemus erga deum, per dominum nostrum Iesum Christum, per quem & contigit nobis, ut fide perduceremur in gratiam hanc, in qua stamus, & gloriamur sub spe gloriæ dei. Nec id solum, uerumetiam gloriamur su-

per

per afflictionibus, sciẽtes quod afflictio pa Iaco.1.
tientiam pariat, patientia uero probatio-
nem, probatio autem spem. Porrò spes non
pudefacit, quod dilectio dei effusa sit in cor
dibus nostris per spiritum sanctum, qui da-
tus est nobis. Christus enim, cum adhuc
essemus infirmi iuxta temporis rationem,
pro impijs mortuus est. Nam uix pro iu-
sto quisquam morietur. Siquidem pro bo-
no forsitan aliquis etiam mori sustinet. †
Commendat autem suam charitatem erga Heb.9.
nos deus, quod cum adhuc essemus pecca- 1.Pet.3.
tores, Christus pro nobis mortuus fuit.
Multo igitur magis iustificati nunc sangui-
ne eius, seruabimur per eum ab ira. Nam
si cum inimici essemus, reconciliati fuimus
deo per mortem filij eius, multo magis re-
cõciliati seruabimur per uitam ipsius. Non
solum autem hoc, uerumetiam gloriantes
in deo per dominum nostrum Iesum Chri-
stum, per quem nunc reconciliationem asse
quuti sumus. Propterea quemadmodum
per unum hominem peccatum in mundum
introijt, ac per peccatum mors: & sic in o-
mnes homines mors peruasit, quatenus o-
mnes peccauimus. Vsque ad legem enim
peccatum erat in mundo. Porrò peccatum
non imputatur cum non est lex. Imò regna-
uit mors ab Adam usque ad Mosen, in eos
quoque qui non peccauerant, ad simili-

tudinem transgressionis Adam, qui typum gerit illius futuri. At non ut peccatum, ita & donum. Nam si unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donum per gratiam, quæ fuit unius hominis Iesu Christi, in multos exuberauit. Et non sicut per unum qui peccauerat, uenerat mors, ita donum. Nam condemnatio quidem ex uno delicto ad condemnationem, donum autem ex multis delictis ad iustificationē. Etenim si per unius delictum mors regnauit per unum: multo magis hi qui exuberantiā gratiæ & doni iustitiæ accipiunt, per uitam regnabunt, authore uno Iesu Christo. Itaq; sicut per unius delictum propagatum est malum in omnes homines ad condemnationem, ita & per unius iustificationem propagatur bonum in omnes homines ad iustificationem uitæ. Quemadmodum enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti fuimus multi, ita per obedien-
Gal. 3. tiam unius iusti constituentur multi. † Cæterum lex obiter subijt, ut abundaret delictum. Vbi uero exuberauit peccatum, ibi magis exuberauit gratia, ut quēadmodum regnauerat peccatum in morte, sic & gratia regnaret per iustitiā ad uitam æternam, per Iesum Christum.

CAPVT VI.

Quid

QVid igitur dicemus? Manebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit. Qui mortui sumus peccato, quomodo posthac uiuemus in eodem? † An ignoratis quod quicunq; baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eius baptizati sumus? Sepulti igitur sumus unà cum illo per baptismum in mortem: ut quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis per gloriam patris, † ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Nam si insititij facti sumus illi per similitudinem mortis eius, nimirum & resurrectionis participes erimus, illud scientes, quod uetus ille noster homo cum illo crucifixus est, ut aboleretur corpus peccati, ut posthac non seruiamus peccato. Etenim qui mortuus est, iustificatus est à peccato. Quod si mortui sumus cum Christo, credimus quod & uiuemus cum illo: scientes quod Christus excitatus à mortuis, non amplius moritur, mors illi non amplius dominatur. Nam quod mortuus fuit, peccato mortuus fuit semel: quod autem uiuit, uiuit deo Ita & uos reputate uosipsos mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem deo per Christum Iesum dominũ nostrum. Ne regnet igitur peccatum in mortali uestro corpore, ut obediatis illi per cupiditates eius. Neque accommodetis membra uestra, arma iniustitiæ peccato, sed accommo

Gal. 3.

Ephe. 4.
Col. 3.

detis uosmetipsos deo, uelut ex mortuis uiuentes & membra uestra, arma iustitię deo. Peccatum enim uobis non dominabitur. Nõ enim estis sub lege, sed sub gratia. Quid igitur? Peccabimus quod non simus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis quod cui accommodatis uosipsos seruos ad obediendum, eius serui estis cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obedientiæ ad iustitiam? Gratia autem deo, quod fuistis quidem serui peccati, sed obedistis ex animo in eam, in quam traducti estis, formam doctrinæ. Cæterum liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ. Humanum quiddam dico propter infirmitatem carnis uestræ. †Quemadmodum enim præbuistis membra uestra seruа immunditiæ & iniquitati, ad aliam atq; aliam iniquitatem, sic & nũc præbete membra uestra serua iustitiæ, ad sanctificationẽ. Cum enim serui essetis peccati, liberi eratis iustitiæ. Quem igitur fructum habebatis tunc in his, de quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors. Nunc uero manumissi à peccato, serui autem facti deo, habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem autem uitam æternam. Etenim autoramenta peccati, mors: donum autem dei, uita æterna, per Christum Iesum dominum nostrum.

Ioan. 8.
Esa. 1.
Ezec. 36.

CAPVT VII.

An

AN ignoratis fratres (scientibus enim le
gem loquor) quod lex tantisper domi-
netur homini, quoad ea uixerit? † Nam ui- 1. Cor. 7.
ro obnoxia mulier, uiuenti uiro alligata est
per legem: quod si mortuus fuerit uir, libe-
rata est à lege uiri. † Proinde uiuente uiro, Mat. 5.
adultera uocabitur, si se iunxerit alteri ui-
ro. Sin autem mortuus fuerit uir, libera est
à iure uiri, ut non sit adultera, si iuncta fue-
rit alteri uiro. Itaq; fratres mei uos quoque
mortificati estis legi per corpus Christi, ut
iungeremini alteri: nimirum ei qui ex mor-
tuis surrexit, ut fructificemus deo. Cũ enim
essemus in carne, affectus peccatorum, qui
sunt per legem, uigebãt in membris nostris
ad fructificandum morti. Nunc autem libe-
rati sumus à lege, mortui ei in qua detine-
bamur, ut seruiamus per nouitatẽ spiritus,
& non per uetustatem literæ. Quid ergo di
cemus? † Lex peccatum est? Absit. Sed pec Gal. 5.
catum non cognoui, nisi per legem. Nam &
concupiscentiam non nouissem, nisi lex di-
xisset: Non concupisces. Sed occasione ac- Exo. 20.
cepta, peccatum per præceptum genuit in Deut. 5.
me omnem concupiscentiam. Siquidem
absq; lege peccatum erat mortuum. Ego au
tem uiuebam sine lege quondam. Porrò ue
niente mandato, peccatum reuixit, ego ue-
ro mortuus sum. Et repertum est mandatum

quod institutum erat ad uitam, mihi cedere ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per præceptum decepit me, & per illud occidit † Itaq; lex ipsa quidem sancta, & præceptū sanctum ac iustum & bonum. Ergo quod bonū erat, mihi factū est mors? Absit Imò peccatum. Vt appareret peccatum, per id quod erat bonum, mihi gignere mortem, ut fieret maiorem in modum peccans peccatum per præceptum. Scimus enim quod lex spiritualis est, at ego carnalis sum, uenditus sub peccatum. Quod enim ago non probo. Non enim quod uolo, hoc facio, sed quod odi, hoc ago. Si uero quod non uolo, hoc facio, cōsentio legi, quod bona sit. Nunc autem non iam ego perpetro illud, sed inhabitans in me peccatum. Noui enim q̄ non habitet in me, hoc est, in carne mea, bonum. Nam uelle adest mihi, at ut faciam bonū, non reperio. Non enim quod uolo, facio bonum, sed quod non uolo malum, hoc ago. Porrò si quod non uolo ego, hoc facio: non iam ego perpetro illud, sed inhabitans in me peccatum. Reperio igitur per legem, uolenti mihi facere bonū, q̄d mihi malum adiunctū sit. Delectat enim me lex dei secundum internum hominem. Sed uideo aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis meæ, & captiuum reddentem me legi peccati, quæ est in membris

2. Tim. 1.

meis

meis. Miser ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio? Gratias ago deo per Iesum Christum dominum nostrum. Itaque idem ego mente quidem seruio legi dei, carne uero legi peccati.

CAPVT VIII.

NVlla igitur nunc est condemnatio his qui insiti sunt Christo Iesu: qui non iuxta carnem uersantur, sed iuxta spiritum. Nam lex spiritus uitę per Christum Iesum, liberum me reddidit à iure peccati & mortis. Etenim quod lex præstare non poterat, ea parte qua imbecillis erat per carnem, hoc deus proprio filio, misso sub specie carnis peccato obnoxiæ præstitit, ac de peccato condemnauit peccatum per carnem, ut iustificatio legis impleretur in nobis: qui non secundum carnem uersamur, sed secundum spiritum. Nam qui carnales sunt, quæ carnis sunt curant: at qui spirituales, quæ spiritus sunt. Nã affectus carnis, mors est: affectus uero spiritus, uita & pax. Propterea quod affectus carnis inimicitia est aduersus deũ: nam legi dei non subditur, siquidem ne potest quidem. Qui uero in carne sunt, deo placere non possunt: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu: siquidem spiritus dei habitat in uobis. Quod si quis spiritum Christi nõ habet, hic non est eius. Porrò si Christus in uobis est, corpus qui-

dem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui excitauit Iesum à mortuis, habitat in uobis, is qui excitauit Christum ex mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, propter ipsius spiritum inhabitantem in uobis. Proinde fratres, debitores sumus, non carni, ut secundum carnem uiuamus: nam si secundum carnem uixeritis, moriemini. Quod si spiritu facta corporis mortificetis, uiuetis. Etenim quicũq; spiritu dei ducuntur, hi sunt filij dei. † Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum ad timorem, sed accepistis spiritum adoptionis, per quem clamamus, Abba pater. Idem spiritus testatur unà cum spiritu nostro, q̃ simus filij dei. † Quod si filij, igitur & hæredes. Hæredes quidem dei, cohęredes autem Christi. † Siquidem simul cum eo patimur, ut & unà cum illo glorificemur. Nam reputo non esse pares afflictiones præsentis temporis ad gloriã, quæ reuelabitur erga nos. Etenim solicita creaturæ expectatio expectat, ut palàm fiant filij dei. Quippe uanitati creatura subiacet, nõ uolens, sed propter eum qui subiecit illam sub spe. Quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorũ dei. Scimus enim quod omnis creatura congemiscit, simul q̃ nobiscum parturit usq; ad hoc tempus.

2. Tim. 1.
Gal. 4.
Ibidem.
1. Co. 12.
Heb. 4.

tempus. Non ſolum aũt illa, ſed & ipſi, qui primitias ſpiritus habemus: & noſipſi in nobiſipſis gemimus, adoptionem expectãtes, redemptionem corporis noſtri. Siquidem ſpe ſeruati ſumus. Porrò ſpes ſi uideatur, non eſt ſpes. Quod eñ quis cernit, cur idem ſperet? Si uero quod nõ uidemus ſperamus, id per patientiam expectamus. Cõſimiliter aũt & ſpiritus auxiliatur infirmitatibus noſtris. Siquidem hoc ipſum, quid oraturi ſimus, ut oportet, non nouimus: uerum ipſe ſpiritus intercedit pro nobis gemitibus ineñarrabilibus. † At ille qui ſcrutatur corda, Pſal. 7.
nouit quis ſit ſenſus ſpiritus, quoniã ſecun Hier. 17.
dum deũ intercedit pro ſanctis. Scimus aũt
ꝙ his qui diligũt deũ, omnia ſimul adiumento ſunt in bonũ: nimirũ his qui iuxta propoſitũ uocati ſunt. Quoniã quos præſciuerat, eoſdẽ & præfiniuit, cõformes imaginis filij ſui, ut ipſe ſit primogenitus inter multos fratres. Porrò quos prędefinierat, eoſdẽ & uocauit: & quos uocauit, eos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, hos & glorificauit. Quid igitur dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis contra nos? † Qui proprio filio Ioan. 3.
non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradi Eſa. 53.
dit illum, qui fieri poteſt, ut non & cum eodem omnia nobis donet? Quis intentabit crimina aduerſus electos dei? Deus eſt qui iuſtificat, quis ille qui cõdemnet? Chriſtus

est qui mortuus est, imò qui & suscitatus est, qui etiam est ad dexteram dei, qui & intercedit pro nobis. Quis nos separabit à dilectione dei? num afflictio? num angustia? num persecutio? num fames? num nuditas? num periculum? num gladius? Quemadmo-
Psal. 43. dum scriptum est: † Propter te mortificamur tota die, habiti sumus uelut oues destinatæ mactationi. Verum in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos. Nam mihi persuasum habeo, quod neq; mors, neq;
2. Cor. 11 uita, † neq; angeli, neq; principatus, neque potestates, neq; instantia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profunditas, neq; ulla creatura alia poterit nos separare à dilectione dei quæ est in Christo Iesu domino nostro.

CAPVT IX.

Gal. 1. VEritatem dico in Christo, † non mentior, attestante mihi simul conscientia mea, per spiritum sanctum, quod dolor mihi sit magnus, & assiduus cruciatus cordi meo. Optarim enim egoipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, cognatis meis secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum est adoptio, & gloria, & testamenta, & legis constitutio, & cultus, & promissiones, quorum sunt patres, & hi ex quibus est Christus, quantum attinet ad car-
Sup. 1. nem, † qui est in omnibus deus laudandus in sæcula, Amen. Non autem hæc loquor

quor quod exciderit sermo dei. Non enim omnes qui sunt ex Israel, sunt Israel: neque quia sunt semen Abrahę, statim omnes filij, † sed per Isaac nominabitur tibi semen, hoc est, non qui filij carnis, hi filij dei: sed qui sunt filij promissionis, recensentur in semẽ. Promissionis enim sermo hic est: † In tempore hoc ueniam, & erit Saræ filius. Non solum autem hoc, sed & † Rebecca ex uno conceperat Isaac patre nostro. Nondum enim natis pueris, cum neq; boni quippiam fecissent, neq; mali, ut secũdum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex uocãte, dictum est illi: Maior seruiet minori. Sicut scriptum est: † Iacob dilexi, Esau uero odio habui. Quid igitur dicemus? Num iniustitia est apud deum? Absit. Nam Mosi dicit: † Miserebor, cuiuscunq; misereor: & cõmiserabor, quencunq; commiseror. Itaq; nõ uolentis est, neq; currentis, sed miserentis dei. Dicit enim scriptura Pharaoni: † In hoc ipsum te excitaui, ut ostendam in te potentiã meam, & ut annuncietur nomen meum in tota terra. Itaq; cui uult miseretur: quem autem uult, indurat. Dices ergo mihi: Quid adhuc cõqueritur? Nam uoluntati illius quis restitit? Atqui ô homo, tu quis es, qui ex aduerso respondes deo? † Num dicet figmentum ei qui finxit, Cur me finxisti ad hunc modũ? An non

Gal. 4. Gen. 21. Gen. 18. Gen. 25. Mal. 1. Exod. 33. Exo. 9. Esa. 45. Eccli. 38.

Hiere. 18. habet potestatem figulus luti, ut ex eadem massa fingat aliud quidem uas in honorẽ, aliud uero in ignominiam? Quod si deus uolens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, tulit multa animi lenitate uasa iræ, apparata in interitum: & ut notas faceret diuitias gloriæ suæ erga uasa misericordiæ, quæ præparauerat in gloriã. Quos & uocauit, nimirum nos, non solum ex Iudæis, uerumetiam ex gentibus. Quemad-

Osee 2. modum & Osee dicit: † Vocabo populum

1. Pet. 2. qui meus nõ erat, populum meum: & eam quæ dilecta non erat, dilectam. Et erit in loco ubi dictũ fuerat eis: Non populus meus uos, ibi uocabuntur filij dei uiuentis. Isaias

Esa. 10. autem clamat super Israel: † Si fuerit numerus filiorum Israel ut arena maris, reliquiæ saluæ erunt. Sermonem enim perficiens & abbreuians cum iustitia: quoniam sermonem abbreuiatum faciet dominus in terra.

Esa. 1. Et quemadmodũ prius dixit Esaias: † Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semẽ, ut Sodoma facti fuissemus, & Gomorrhæ assimilati fuissemus. Quid igitur dicemus? quod gentes quæ nõ sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem eam quæ est ex fide: contra Israel, qui sectabatur legem iustitiæ, ad legem iustitiæ non peruenit. Propter quid? Quia non ex fide, sed tanquam ex operibus legis. Impegerũt

enim

enim in lapidē offendiculi: quemadmodum
scriptum est: † Ecce pono in Sion lapidem Esa.28.
offendiculi, & petrā offensionis: & omnis
qui credit in eo, non pudefiet.

CAPVT X.

FRatres, propensa quidem uoluntas cor-
dis mei, & deprecatio quæ fit ad deum,
pro Israel est ad salutem. Testimoniū enim
illis perhibeo, quod studium dei habēt, sed
non secundum scientiam. Nam ignorantes
dei iustitiam, & propriā iustitiam quæren-
tes constituere, iustitiæ dei nō fuerunt sub-
diti. Nam perfectio legis Christus, ad iusti-
ficationem omni credenti. Moses enim scri
bit de iustitia quæ est ex lege, † quod qui fe Leuit. 18
cerit ea homo, uiuet per illa. Cæterum quæ Gal. 3.
ex fide est iustitia, ea sic loquitur: † Ne di- Deut. 30.
xeris in corde tuo: Quis ascendet in cœ-
lum? Hoc est Christum ex alto deducere.
Aut, quis descendet in abyssum? Hoc est,
Christum ex mortuis reducere. Sed quid
dicit? † Prope te uerbum est in ore tuo, & Hiere. 8
in corde tuo. Hoc est uerbum fidei quod
prædicamus: Nempe si confessus fueris o-
re tuo dominū Iesum, & credideris in cor-
de tuo quod deus illum excitauit à mor-
tuis, saluus eris. Corde enim creditur ad
iustitiam, ore autem confessio fit ad salu-
tem. Dicit enim scriptura: † Omnis Esa. 28.

qui fidit illi, non pudefiet. Non enim est di-
2. Cor. 8. stinctio uel Iudæi, uel Græci. † Nam idem
Iohel. 2. dominus omnium, diues in omnes inuocan
Act. 2. tes se. * Quisquis enim inuocauerit nomen
domini, saluus erit. Quomodo igitur inuo-
cabunt eum, in quem nõ crediderũt? Quo
modo autem credent ei, de quo non audie-
runt? Quomodo autem audient absq; prædi-
cante? Quomodo autem prædicabunt, ni
Esa. 52. si missi fuerint? Sicut scriptum est: † Quàm
Naum 1. speciosi pedes annunciantium pacem, an-
nunciantium bona. At non omnes obedie-
Esa. 53. runt euangelio. Esaias enim dicit: † Domi
Ioan. 12. ne, quis credidit sermonibus nostris? Ergo
fides ex auditu est: auditus autem per uer-
bum dei. Sed dico, An non audierunt? At-
Psal. 18. qui † in omnẽ terram exiuit sonus eorum,
& in fines orbis terrarũ uerba illorum. Sed
dico, Nunquid nõ cognouit Israel? Primus
Deut. 32. Moses dicit: Ego ad æmulationẽ prouo-
cabo uos per gentem quæ non est gens, per
gentem stultam ad iram commouebo uos,
Esa. 65. Esaias autem post hunc audet, ac dicit: †
Inuentus fui his qui me nõ quærebant: con
spicuus factus sum his qui de me non inter
rogabant. Aduersus Israel autem dicit: To
to die expandi manus meas ad populũ non
credentem, & contradicentem.

CAPVT XI.

Dico

Dico igitur: Nũ repulit deus populum
suũ? Absit. Nam & ego Israelita sum,
ex semine Abrahæ, tribus Beniamin. Non
repulit deus populum suum, quem ante a-
gnouerat. An nescitis de Elia quid dicat
scriptura? Quomodo interpellat apud deũ
aduersus Israel, dicens: *Domine, prophe- 3. Reg. 19
tas tuos occiderunt, & altaria tua subrue-
runt, & ego relictus fui solus, & insidian-
tur uitæ meæ. †Sed quid dicit ei diuinũ re- Ibidem.
sponsum? Reliqui mihi ipsi septem millia ui
rorum, qui non inflexerunt genu imagini
Baal. Sic igitur & in hoc tempore reliquiæ
secundum electionem gratiæ fuerũt. Quod
si per gratiam, non iam ex operibus. Quan-
doquidem gratia, iam non est gratia. Sin ex
operibus, iam non est gratia. Quandoqui-
dem opus, non iam est opus. Quid igitur?
Quod quærit Israel, hoc nõ assequutus est,
sed electio consequuta est: reliqui uero ex-
cæcati sunt. Quemadmodum scriptum est:
† Dedit eis deus spiritum compunctionis: Esa. 6.
oculos, ut non uideant: & aures, ut non au 13. 4. 8.
diant, usq; ad hodiernum diem. Et Dauid M.R.L.
dicit: † Vertatur mensa illorũ in laqueum, Ioan. 12.
& in captionem, & in offendiculum, & in Act. 28.
retaliationem ipsis. Obtenebrentur oculi †Ps. 68.
eorum, ut non uideant, & tergum illorum
semper incurua. Dico igitur: Num deo im-
pegerunt, ut conciderent? Absit. Sed per la

psum illorũ salus contigit gentibus, in hoc ut eos ad æmulandum prouocaret. Quod si lapsus illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio illorum diuitiæ gentium: quanto magis plenitudo illorũ? Vobis enim dico gentibus, quatenus ego quidẽ sum apostolus gentium, ministerium meum illustro, si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos reddam nõnullos ex illis. Nam si reiectio illorum est reconciliatio mundi, quæ erit assumptio, nisi uita ex mortuis? Quod si primitię sanctæ, sancta est & conspersio. Et si radix sancta, sancti erũt et rami. Quod si nõnulli rami defracti sunt, tu uero cũ esses oleaster, insitus fuisti illis, & consors radicis & pinguetudinis oleæ factus es, ne glorieris aduersus ramos: q̃d si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. Dices igitur: Defracti sunt rami, ut ego insererer. Bene dicis: per incredulitatẽ defracti sunt, tu uero fide cõstitisti. Ne efferaris animo, sed timeas. Nam si deus naturalibus ramis nõ pepercit, uide ne qua fiat, ut nec tibi parcat. Ecce igitur bonitatẽ ac seueritatem dei: in eos quidem qui ceciderunt, seueritatẽ: in te uero bonitatem, si permanseris in bonitate. Quoniam & tu excideris: & illi rursum, si non permanserint in incredulitate, inserentur. Potest enim deus denuo inserere illos. Etenim si tu ex naturali exci-

si exectus es oleastro, & præter naturam in situs es in ueram oleam: quanto magis hi qui naturales sunt, inserentur propriæ oleæ? Non enim uolo uos ignorare fratres mysteriũ hoc, ut ne sitis apud uosmetipsos elati animo, quod excæcatio ex parte Israeli accidit, donec plenitudo gentium aduenerit, & sic totus Israel saluus erit. Sicut scriptum est: † Aduenier ex Sion ille qui liberat, & auertet impietates à Iacob. Et hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata ipsorum. Secundum euangelium quidem inimici propter uos, secundum electionem autẽ dilecti propter patres. Nam dona quidem & uocatio dei, eiusmodi sunt, ut eorum illum pœnitere non possit. Quemadmodum enim & uos quondam increduli fuistis deo, nunc autem misericordiam estis consequuti per illorum incredulitatem: sic & isti nunc increduli facti sunt, ex eo quod uos misericordiam estis adepti, ut & ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim deus omnes sub incredulitatem, ut omnium misereretur. O profunditatem diuitiarum & sapientiæ, & cognitionis dei, † quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles uiæ eius. * Quis enim cognouit mentem domini? Aut quis illi fuit à consilijs? Aut quis prior dedit illi, & reddetur ei? Quoniam ex illo, & per illum,

Esa. 59.

Sap. 17.

Ibidem 9.

Esa. 40.

1. Cor. 2.

Rom. 15. & in illum omnia. † Ipsi gloria in sæcula, Amen.

CAP. XII.

Phil. 4. OBsecro igitur uos fratres per miserationes dei, † ut præbeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, acceptam deo, rationalem cultum uestrum. Et ne accommodetis uos ad figuram sæculi huius, sed transformemini per renouationem mentis
Ephe. 5. uestræ, † ut probetis quæ sit uoluntas dei,
1. Thes. 4 quod bonum est, acceptum & perfectum. Dico enim per gratiam, quæ data est mihi, cuilibet uersanti inter uos, ne quis arroganter de se sentiat, supra quàm oportet de se sentire: sed ita sentiat, ut modestus sit & sobrius, ut cuic deus partitus est mensuram
1. Cor. 12 fidei. † Quemadmodum enim in uno corpo
Ephes. 4. re membra multa habemus, membra uero omnia non eundem habent actum: sic multi unum corpus sumus in Christo, singulatim autem alij aliorum membra, sed tamen habentes dona iuxta gratiam datam nobis uaria: siue prophetiam iuxta portionem fidei, siue ministeriū in administratione, siue qui docet in doctrina, siue qui exhortatur in exhortatione, qui impertit in simplicitate, qui præest in diligentia, qui miseretur in hilaritate. † Dilectio sit non simulata. Sitis odio
Amos 5. Ephe. 4. prosequentes quod malum est, adhærentes
2. Pet. 2. 5 ei quod bonum est, per fraternam charitatem,

tem, ad mutuo uos diligendos propensi, ho
nore alius alium præuenientes: studio non
pigri, spiritu feruentes, tempori seruientes,
spe gaudentes, in afflictione patientes, pre-
cationi instãtes, † necessitatibus sanctorum Heb. 13.
communicantes, hospitalitatem sectantes. 5. 6.
†Bene loquamini de ijs qui uos insectan- Mat. Lu.
tur, bene loquamini inquam, & ne male pre
cemini. Gaudete cum gaudentibus, & flete
cum flentibus: eodem animo alij in alios
affecti, † non arroganter de uobisipsis sen- Prou. 3.
tientes, sed humilibus uos accommodãtes. Esa. 5.
Ne sitis arrogantes apud uosmetipsos, * ne * Pro. 20
que cuiquam malum pro malo reddatis. † 1. Pet. 3.
Prouide parantes honesta in conspectu o- 2. Cor. 8.
mnium hominum, si fieri potest, quantum in Exo. 20.
uobis est, †cum omnibus hominibus in pa- Heb. 12.
ce uiuentes, non uosmetipsos ulciscentes di
lecti, quin potius date locum iræ. Scriptum
est enim: † Mihi ultio, ego rependam, dicit Deut. 32.
dominus. * Si igitur esurit inimicus tuus, Hebr. 10.
pasce illum: si sitit, da illi potum. Hoc enim Prou. 25.
si feceris, carbones ignis coaceruabis in
caput illius. Ne uincaris à malo, imò uin-
ce bono malum.

CAPVT XIII.

OMnis anima potestatibus supereminen
tibus subdita sit. †Non enim est pote- 1. Pet. 2.
stas nisi à deo: quæ uero sunt potestates, à Sap. 6.
deo ordinatæ sunt. Itaque quisquis resistit

potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem restiterint, sibijpsis iudiciũ accipient. Nam principes non terrori sunt bene agentibus, sed male. Vis autem non timere potestatem? Quod bonum est facito, & feres laudem ab illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Quod si feceris id quod malũ est, time. Nõ enim frustra gladium gestat. Nam dei minister est, ultor ad iram ei qui, quod malũ est, fecerit. Quapropter oportet esse subditos, non solum propter iram, uerumetiam propter conscientiam. Propter hoc enim & uectigalia soluitis. Siquidẽ ministri dei sunt,
Matt.22. in hoc ipsum incumbentes. †Reddite igitur omnibus quod debetur: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorẽ, timorem: cui honorem, honorem: Nemini quicquã debeatis, nisi hoc, ut inuicem diligatis. Nam qui diligit alterũ, legem expleuit. Si-
Deut.5. quidem illa: †Non mœchaberis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, nõ concupisces: & si quod aliud præceptũ, in hoc sermone summatim cõprehen-
Leuit.19. ditur: nempe, †Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Dilectio proximo malũ non operatur. † Consummatio itaq; legis, est dilectio.
Matt.22. Præsertim cum sciamus tempus, quod tem-
Gal.5. pestiuum sit, nos iam à somno expergisci.
Iaco.2. Nũc enim propius adest nobis salus, quàm tum, cum credebamus. Nox progressa est,

dies

dies autem appropinquat. Abijciamus igitur opera tenebrarum, & induamur arma lucis: tanquam in die compositè ambulemus, † nõ comessationibus et ebrietatibus, Luc. 21.
non cubilibus ac lasciuijs, non contentione & æmulatione, sed induamini dominum Iesum Christum. Et carnis curam ne agatis ad concupiscentias.

CAPVT XIIII.

PORRÔ eum qui infirmatur fide, assumite, non ad dijudicationes disceptationum. Alius quidem credit uescendum esse quibuslibet: alius autem qui infirmus est, holeribus uescitur. Qui uescitur, non uescentem ne despiciat: & qui non uescitur, uescentem ne iudicet. Deus enim illum assumpsit. † Tu quis es, qui iudicas de alieno famulo? Proprio domino stat aut cadit, imò sulcietur ut stet. Potens enim est deus efficere ut stet. Hic quidẽ iudicat, diem ac diem conferens: ille autem idem iudicat de quouis die. Vnicuiq; sua mens satisfaciat. Qui curat diem, domino curat. Et qui nõ curat diem, domino non curat. Qui uescitur, domino uescitur, gratias enim agit deo: & qui non uescitur, domino non uescitur, & gratias agit deo. Nullus enim nostrum sibijpsi uiuit, et nullus sibijpsi moritur. Nam siue uiuimus, dño uiuimus: siue morimur, domino morimur. Siue igitur uiuamus siue Iacob. 4.

moriamur, domini sumus In hoc eñ Christus & mortuus est, & resurrexit, & reuixit, ut mortuis ac uiuentibus dominetur. †

Iaco. 4. Tu uero cur iudicas fratrem tuum? Aut etiam tu cur despicis fratrem tuum? Omnes enim statuemur apud tribunal Christi. Scri

Esa. 45. ptum est enim: †Viuo ego, dicit dominus:

Phil. 2. Mihi sese flectet omne genu, & omnis lin-

2. Cor. 2. gua confitebitur deo. †Igitur unusquisque nostrum de seipso rationem reddet deo. Ne posthac igitur alius alium iudicemus: uerum illud iudicate magis, ne offendiculum ponatur fratri, aut lapsus occasio. Noui siquidem, & persuasum habeo per dominum Iesum, nihil esse commune per se, nisi ei qui existimat aliquid esse cõmune, illi commune est. Verum si propter cibum frater tuus contristatur, nõ iam secundum charitatem ambulas. Ne cibo tuo illum perdas, pro quo Christus mortuus est. Ne uestrum igitur bonum, hominum maledicentiæ sit obnoxium. Nõ enim est regnum dei cibus ac potus, sed iustitia & pax, & gaudium, in spiritu sancto. Etenim qui per hæc seruit Christo, acceptus est deo, & probatus hominibus. Itaq; quæ sunt pacis sectemur, & quæ ædificationis alius erga alium. Ne ci-

Titum 1. bi causa destruas opus dei. †Omnia quidẽ

1. Cor. 8. pura, sed malum est homini qui per offendiculum uescitur. Bonum est non edere carnes,

nes, neq; bibere uinum, neq; quicquam per quod frater tuus impingit, aut offenditur, aut infirmatur. Tu fidem habes? Apud temetipsum habe coram deo. Beatus qui nõ iudicat seipsum in eo quod probat. At qui dijudicat, si ederit, condemnatus est: quoniam non edit ex fide. Porrò quicquid ex fide non est, peccatum est.

CAPVT XV.

DEbemus autem nos qui potentes sumus, infirmitates impotentium portare, ac non placere nobisipsis. Nam unusquisq; nostrum proximo placeat in bonum ad ædificationẽ. Etenim Christus non placuit sibijpsi, sed quemadmodũ scriptũ est: † Opprobria opprobrantium tibi inciderunt in me. Nã quæcunq; præscripta sunt, in nostram doctrinam præscripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Deus autem patientiæ & consolationis det uobis idem mutuo inter uos sentire secundũ Iesum Christum, ut unanimiter uno ore glorificetis deum, ac patrem domini nostri Iesu Christi. Quapropter assumite uos inuicem, quemadmodum & Christus assumpsit nos in gloriam dei. Illud autem dico, Iesum Christum ministrum fuisse circũcisionis pro ueritate dei, ad cõfirmandas promissiones patrum. Cæterum ut gentes pro misericordia glorifi- Gal. 6. Psal. 68. 4

2.Reg.22 cent Deum, ſicut ſcriptum eſt: † Propter
hoc confitebor tibi in gentibus, & nomini
Pſal.117. tuo canã. Et rurſum dicit: † Gaudete gẽtes
Pſal.116. cum populo eius. Et rurſum: Laudate do-
minum omnes gentes & collaudate eum
Eſa.11. omnes populi. Et rurſum Eſaias dicit: † E-
rit radix Ieſſe, & qui exurget ad imperan-
dum gentibus, in eo gentes ſperabunt. De-
us autem ſpei impleat uos omni gaudio &
pace in credendo, in hoc, ut exuberetis in
ſpe per potentiam ſpiritus ſancti. Perſua-
ſum enim habeo fratres mei & ipſe ego de
uobis, quod & ipſi pleni eſtis bonitate, im-
pleti omni ſcientia, ualentes etiam inuicem
alius aliũ admonere. Sed tamen audacius
ſcripſi uobis fratres, ex parte ueluti com-
monefaciens uos, propter gratiam quæ da-
ta eſt mihi à deo, in hoc, ut ſim miniſter Ieſu
Chriſti in gentes, adminiſtrans euangelium
dei, ut fiat oblatio gentiũ acceptabilis, ſan-
ctificata per ſpiritum ſanctum. Habeo igi-
tur quod glorier per Chriſtum Ieſum, in his
quæ ad deum pertinẽt. Non enim auſim lo-
qui quicquam eorum, quæ non effecit Chri
ſtus per me, in obedientiam gentium, uer-
bo & facto per potentiam ſignorum ac pro
digiorum, per potentiam ſpiritus dei, ut ab
Hieruſalem, & in circumiacentibus regio-
nibus, uſq; ad Illyricum impleuerim euan-
gelium

gelium Christi: ita porrò annitens prædicare euangeliũ, non ubi nominatus erat Christus, ut ne super alienum fundamentum ædificarem, sed quemadmodum scriptũ est:
† Quibus non est annunciatum de eo, uidebunt: & qui non audierant, intelligent. Esa. 52.
Quapropter & præpeditus sum sæpe, quo minus uenirem ad uos. Nunc uero cũ non amplius habeam locum in regionibus his, desiderium autem habeam ueniendi ad uos multis iam annis, quandocunq; iter instituero in Hispaniam ueniam ad uos. Spero enim fore, ut istac iter faciens, uideam uos, & à uobis producar illuc, si tamen uestra consuetudine prius ex parte fuero expletus. Nunc autem proficiscor Hierosolymam ministrans sanctis. Visum est enim Macedoniæ & Achaiæ communicationem aliquam facere in pauperes sanctos qui sunt Hierosolymis. Nam ita uisum est ipsis, & debitores illorum sunt. † Etenim si spiritualia sua communicauerunt gentibus, debent & hæ in carnalibus ministrare illis. Hoc igitur ubi perfecero, & obsignauero illis fructum hunc, reuertar per uos in Hispaniam. Scio nanq; quod ubi uenero ad uos, cũ plenitudine benedictionis euangelij Christi uenturus sim. Obsecro autem uos fratres per dominum nostrum

1. Cor. 9.
2. Cor. 9.

Iesum Christum, & per dilectionem spiritus, ut me laborantem adiuuetis precationibus pro me ad deum, ut liberer ab incredulis in Iudæa, utq; ministeriũ hoc meum, quod exhibebo Hierosolymis, acceptum sit sanctis: ut cum gaudio ueniã ad uos per uoluntatem dei, unaq; uobiscum refociller. Deus autem pacis sit cum omnibus uobis. Amen.

CAPVT XVI.

1 COmmendo autem uobis Phœben sororem nostram, quæ est ministra ecclesiæ Cenchreensis, ut illam suscipiatis in Christo: ita ut decet sanctos, & adsitis ei in quo cunq; uobis eguerit negotio. Nã hæc cum multis adfuit, tum mihi etiam ipsi. Salutate Priscam & Aquilam, adiutores meos in Christo Iesu, qui pro anima mea suam ipsorum ceruicem suppposuerunt. Quibus non ego solus gratias ago, sed & omnes ecclesiæ gentium. Item quæ in domo illorum est congregationem. Salutate Epænetum dilectum meũ, qui est primitiæ Achaiæ in Christo. Salutate Mariam, quæ multum laborauit erga nos. Salutate Andronicum, & Iuniam, cognatos meos & concaptiuos meos, qui sunt insignes inter apostolos, qui etiam ante me fuerunt in Christo. Salutate Ampliam dilectum meum in domino. Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo, &

sto, & Stachyn dilectum meum. Salutate Apellam, probatum in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli familiaribus. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi familiaribus, hos qui sunt in domino Salutate Tryphænam & Tryphosam, quæ laborant in domino. Salutate Persidem dilectam, quæ multum laborauit in domino. Salutate Rufum electum in domino, & matrem illius ac meam. Salutate Asyncritũ, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Mercurium, & qui cum his sunt fratres. Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & sororem eius, & Olympam, & qui cum his sunt, omnes sanctos. Salutate uos inuicem cum osculo sancto. Salutant uos ecclesiæ Christi. Obsecro autem uos fratres, ut considereretis eos qui dissidia & offendicula contra doctrinam, quam uos didicistis, gignunt, & declinetis ab illis. Nam qui eiusmodi sunt, domino Iesu Christo non seruiunt, sed suo uentri, & per blandiloquentiam & assentationem decipiunt corda simplicium. Nam uestra obedientia ad omnes permanauit. Gaudeo igitur sanè de uobis. Sed uolo uos sapientes quidem esse ad bonum, synceros autem ad malum. Deus autem pacis conteret satanam sub pedes uestros breui. Gratia domini nostri Iesu Christi sit uobiscum. Salutant Phil. 3.

uos Timotheus cooperarius meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater, cognati mei. Saluto uos ego Tertius, qui scripsi epistolam in domino. Salutat uos Gaius hospes meus & ecclesiæ totius. Salutat uos Erastus, quæstor ærarius ciuitatis, & Quartus frater. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus uobis, Amen. Ei autem qui potens est uos confirmare secundum euangelium meum, & præconium Iesu Christi, iuxta reuelationem mysterij, temporibus æternis taciti, manifestati uero nunc, & per scripturas propheticas iuxta delegationem æterni dei in obedientiã fidei, in omnes gentes patefacti, soli sapienti deo, per Iesum
Rom.3. Christum, †cui gloria in sæcula, Amen.

Ad Romanos missa fuit à Corintho per Phœben ministram Cenchreensis ecclesiæ.

IN EPISTOLAM AD CO rinthios priorem argumentum, per Erasmum Roterodamum.



Orinthus Achaiæ metropolis olim erat, ob portuum commoditatem (est enim Isthmos) emporium totius Achaię tum celeberrimum, tum opulentissimum. Ferè fit autem, ut etusmodi ciuitatum mores multo sint corruptissimi, quod undiq; ex omni natione non tam mores quàm uitia soleant importari: & magnam uitæ licentiam negotiatorum genus sibi uindicat. Proinde Corinthij, tametsi prædicatione Pauli iam pridem euangelicam doctrinam accepissent, tamen adhuc ingenij uitæq; prioris uestigia nonnulla ac reliquiæ manebant, adeo ut periculum esset, ne per philosophos, crucis prædicationem, ut humilem & indoctam fastidientes, & pseudapostolos ad Iudaismum inuitantes, à Christi synceritate alienarentur. Vsqueadeo ardua res est, ab ijs in quibus natus sis, & quibus diu assueueris, in alium hominem transformari. Quin diuus Hieronymus in præfatione secundi libri Commentariorum, quos scripsit in Epistolam ad Galatas, testatur sua etiamnum ætate a-

pud Achaicos, horum quæ Paulus Corinthijs obijcit extitisse reliquias. Cum hodie satis esse putemus aquula modo tingi, ut subito fias Christianus. Paulus igitur sciens non minoris esse uirtutis parta tueri, quàm parasse: filios suos, quos magno studio Christo genuerat (nam sesquiannum apud illos egerat) pari studio ad Christum reuocat, & in euangelica doctrina confirmat, nunc apostolica sæuiens authoritate, corripiens, obiurgans, ac minitans denique: nunc paterno affectu blandiens atq; exhortans, & necessariæ reprehensionis acrimoniam laudis admixtu leniens, & sapientum medicorum exemplo, amarum absinthij pharmacum prælito melle condulcans, ac singulis malis opportuna admouens remedia. Primum opulentiæ comes solet esse tumor ac ferocitas. Et inter feroces plærunque factiones oriuntur, dum nullus alteri uult cedere, & se quisque potiorem ducit. Ad hæc opes comitatur luxus & gulæ studium, luxus libidinem comitem trahit. Porrò negotiatorum peculiaris est auaritia. Neque uero solum tumebant opibus, uerumetiam Græcanicæ philosophiæ supercilio, sine qua cæteros, ut Barbaros despiciebant. Tumoris erat, quod ex dignitate apostolorum, à quo quisque fuerat baptizatus, efferrent sese. Hinc illæ

dissi-

dissidiorum uoces, ego Apollo, ego Cephę, ego Pauli. Præterea quod ne in conuenticulis quidem solennibus satis inter eos conueniret, quum in donis spiritualibus sibi quisq; placeret: & dum in eodem dono sibi nollent inuicem cedere, tumultus & confusio nasceretur, adeo ut in publico conuentu mulieres etiam loquerentur ac docerent. Porrò luxus simul & tumoris erat, quod quoties ad sacrosanctam cœnam conuenirent, quam Paulus dominicā uocat, in qua maxime conueniebat pręstare Christianam concordiam, diuites non expectatis tenuioribus, cibum caperent, & usq; ad temulentiam sese ingurgitarent, esurientibus cæteris, ut iam non solum dissidium illic esset & intemperantia, uerumetiam indecora quædam inæqualitas, quam dominica cœna ne sciebat. Iam partim tumoris, partim philosophiæ uitium erat, quod Paulum quidam illorũ, ut tenuem atq; humilem, deinde ineloquentem & imperitum fastidirent. Proprium uero philosophiæ fuit, quod resurrectionem mortuorum, fidei nostræ basim, in dubium uocarent. Luxus erat, quod promiscue uescerentur ijs, quæ tum simulachris dæmonum immolabantur, non uitato offendiculo infirmorum. Libidinis erat, quæ nusquam gentium regnabat impunitius quàm

Corinthi, & præter alia reptus sit inter eos, qui patris uxorem, hoc est, nouercam suam stupro contaminarit, nec huius authorem flagitij è suo contubernio profligarint, quod & cũ alijs flagitiosis Christianis commercium habuerint, uelut illorum uitijs fauentes. Huc pertinet quod præter decorum & uiri essent comati, & mulieres non uererentur nudo capite conspici in cœtu ecclesiastico, uelut ipso corporis habitu mores effœminatos, ac delicias præ se ferentes. Auaritiæ erat quod non de fama, neque de capite, sed de re pecuniaria inter sese lites agitarent, eo glisscente pecuniæ studio, ut Christiani rerum eiusmodi contemptũ professi, apud ethnicos & impios iudices litigarent, magno dedecore Christiani nominis. Et adeo non negligerent potius pecuniolæ iacturam, ut ipsi ultro alios in huiusmodi negotijs circumuenirẽt. Postremo de matrimonio inter sese dissentiebãt, iam tum asseuerãtibus quibusdam Christianis, in totum à coniugio temperandũ, cum uiderent apostolos ab uxoribus suis abstinere. Morbos ostendi Corinthiorum, non omnium, sed quorundam, qui ne gregem uniuersum contagio inficerent, Paulus his remedijs occurrit. Primo loco præfatus fiduciam suam de futura illorũ constantia in euangelio Christi, seuerius obiurgat ac docet, ne

per

per contentionem humanam in hominibus glorientur, sed per concordiam ex æquo glorientur in Christo, cui uni accepta ferenda sunt omnia, obiter indicans fontem eiusmodi dissidiorum animi tumorem esse. Proinde à supercilio mundanæ philosophię ad crucis humilitatem reuocat, quæ licet ostentationem non habeat, uim tamen & energiam habet. Indicat & authores huius mali pseudapostolos, qui post Pauli abitum sese ingerebant, declarans se rectum iecisse fundamentum: cauendum, ne illi superstruerent, quod paulò post esset demoliendum: hoc est, ne quid discerent Corinthij, quod mox esset dediscendum. Deinde ceu pater cum filijs expostulat, quod huc prouecti sint magnitudinis, ut iam authorem suum uelut humilem contemnãt, nihil non perpetientem Euangelij gratia, cui ob idipsum magis etiam fauere conueniebat. Hortatur autẽ filios, ne degenerent à patre, neu ultro se pædagogis in seruitutem dedant. Atque hęc quidem potissimum agit capite primo, secundo, tertio, & quarto. Porrò quarti finis ad quinti initium mihi uidetur pertinere. De incesto præcipit, & publico consilio decernit, uitandam hominis consuetudinem: partim quo pudore correctus resipiscat, partim ne huius contactu cæteri inficiantur. Admonet autem, non hunc modo

uitandum, uerumetiam omnes qui falso titulo Christiani manifestis flagitijs essent infames. Nam ethnicos flagitiosos non ita oportere uitari, uel quod nostra non referat, quales illi sint: uel quod passim essent flagitiosi, ut omnes uitandi fuerint ei qui flagitiosos uellet effugere. Hæc agit capite 5. Tertio de litibus admonet, si quid huiusmodi quæstionum inter ipsos natum esset, quod ipsum tamen inter Christianos fœdũ uideretur, ob pecuniam, quæ nobis debeat esse uilissima, contendere, ne res eò procedat, ut ethnici iudices adeantur, sed ipsi per arbitros quoscunq; rem inter se transigant: idq; agit capite sexto, cuius magna pars ad septimum pertinet, mea quidem sententia: nimirum ab eo loco, quo de matrimonio tractaturus, inter cætera uitia scortationem, adulterium, & masculam Venerem damnat, idq; prosequitur sub initium proximi capitis: Nescitis quod membra uestra templa sunt Christi? Quarto loco præcipit de matrimonio, de uiduitate, de impari connubio, de diuortijs, de uirginitate: obiter admonens, ob susceptum Christianismum, non esse mutandum uitæ statum. Totoq; hoc sermone ita hortatur ad cœlibatum & continentiam, ut tamen coniugij remedium non adimat ijs, quibus opus est. Hoc agitur capite septimo. Quinto, docet,

cet, carnes immolatas simulachris re nihil differre à cæteris carnibus, tamen ab his abstinendum, si periculum sit, ne quis ethnicus aut Christianus infirmior, ex eo quod uescerís, existimet te simulachrorũ assentiri culturæ. Ab his & huiusmodi uitijs ueterum exemplo deterret. Idq; agit cap. 8. ac rursus capite nono. Nam in medio expatiatur in commendationem sui, tacite se præferens cæteris apostolis, etiam summis, qui solus omnium Corinthijs gratis impartierit doctrinam euangelicam. Sexto docet, quid oporteat obseruari in conuentu publico Christianorum, ne uiri sint comati, ne mulieres nudo capillitio: tum in dominico conuiuio seruetur communitas & æqualitas: neque enim illic agi negotium uentris, quod domi rectius agatur, sed mysticis epulis repræsentari cœnam dominicam. Præterea monet, ne quis ob dotem spiritualem sibi placeat, sed suam quisque dotem in commune conferat commodum, exemplo membrorum corporis, exhortans, ut reliquis quidem donis, quæ contigerunt, recte utantur, præcipue tamen enitantur ad charitatẽ, sine qua reliqua adeo nihil conducant ut officiant etiam. Porrò cum charitati primas tribuerit, proximas tribuit prophetiæ: sic enim uocat enarrationem arcanæ scripturæ. In hac admonet uitan-

dum esse tumultum & confusionem. Id fore, si uicissim & pauci dicant, mulieribus interim silere iussis, adeo ut nec discendi gratia rogare liceat in cœtu. Hæc agit capite undecimo, duodecimo, decimotertio, & decimoquarto. Septimo loco uarijs argumentis adstruit resurrectionem mortuorum, declarans qualis, & quibus modis ea sit futura. Atq; id quidem capite 15. Postremo capite familiaria quædam subijcit, de collatione pecuniæ in subsidia pauperum, de suo ad Corinthios reditu. Postremo Timotheum, & alios aliquot illis commendat. Diuus Ambrosius putat hanc non esse primam epistolam, quam Paulus scripserit Corinthijs: hanc, opinor, coniecturam secutus, quod capite quinto: Scripsi, inquit, uobis in epistola, quasi prius alteris literis super hac re ad illos scripserit. Etiamsi Græci interpretes dissentiunt. Hanc missam putant per Timotheum, cuius semel atque iterum facit mentionem, simulq; per Stephanam, Fortunatum, & Achaicum, quos illis commendat. Rursus alij putant ab Epheso missam, q; in calce scribat: Permanebo autem Ephesi usque ad pentecosten. Alij è Philippis, nam hanc inscriptionem habent Græcorum codices. Nec mihi coniectare licet, quid sequuti sint qui ita senserunt, nisi colligũt ex itinere scriptam,

ob

ob ea quæ scribit Paulus: Veniam autem cum Macedoniam pertransiero, nam Macedoniam pertrãsibo. Ac mox: Nolo enim uos modo in transitu uidere.

EPISTOLA PAVLI APOstoli ad Corinthios prima.

CAPVT I.

PAVLVS uocatus apostolus Iesu Christi, † per uoluntatem dei, & Sosthenes frater ecclesiæ dei, quæ est Corinthi, sanctificatis per Christum Iesum, uocatis sanctis, unà cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in quouis loco, uel suo uel nostro. † Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. † Gratias ago deo meo semper pro uobis de gratia dei, quæ data est uobis per Christum Iesum, quod in omnibus ditati estis per ipsum, in omni sermone, & omni cognitione, quibus rebus testimonium Iesu Christi confirmatum fuit in uobis, adeo ut non destituamini in ullo dono, expectantes reuelationem domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit uos usque ad finẽ, inculpatos in die domini nostri Gal. 1. Ibidem. Infra 14.

2. Thes. 3. Iesu Christi. †Fidelis deus, per quem uocati estis in consortium filij ipsius Iesu Christi domini nostri. Obsecro autem uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut idem loquamini omnes, & non sint inter uos dissidia, sed sitis integrũ corpus eadem mente, & eadem sententia. Significatum est enim mihi de uobis fratres mei, à familiaribus Chloæ, ꝙ contentiones sint inter uos. Dico autẽ illud, quod unusquisꝙ uestrum
Infra 3. dicit: † Ego quidem sum Pauli, ego uero Apollo, ego uero Cephæ, ego uero Christi. Num diuisus est Christus? Num Paulus crucifixus est pro uobis? aut in nomine Pauli baptizati fuistis? Gratias ago deo, ꝙ neminem uestrum baptizauerim, nisi Crispum & Caium, ne quis dicat, ꝙ in meo nomine baptizauerim. Baptizaui autẽ & Stephanæ familiam. Præterea haud scio num quem alium baptizarim. Non enim misit me Christus ut baptizarem, sed ut euangelizarem, non erudito sermone, ne inanis reddatur crux Christi. Nam sermo crucis ijs quidẽ qui pereunt, stultitia est: at nobis qui salutem consequimur, potẽtia dei est. Scriptum
Esa. 29. est enim: † Perdã sapientiã sapientium, et in
Abd. 1. telligentiã intelligentium reijciam. * Vbi sa-
Esa. 33. piens? ubi scriba? ubi disputator sæculi huius? Nónne infatuauit deus sapientiã mundi huius? Nam postquã in sapientia dei non

cognouit

cognouit mundus per ſapientiam deum, uiſum eſt deo, per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. † Quandoquidem & Iudæi ſignum poſtulant, & Græci ſapientiam quærunt. Nos autẽ prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem offendiculum, Græcis uero ſtultitiam: ſed ijſdem uocatis Iudæis, pariter & Græcis, Chriſtum dei potentiam, ac dei ſapientiam. Quoniam ſtultitia dei ſapientior eſt q̃ homines, & imbecillitas dei robuſtior eſt q̃ homines. Videtis enim uocationẽ ueſtram fratres, quod non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi claro genere nati, uerũ quę ſtulta erant ſecundum mundum delegit deus, ut pudefaceret ſapientes: & quæ erant imbecillia in mũdo delegit deus, ut pudefaceret ea quæ ſunt robuſta: & quę ignobilia erant in mundo contempta q̃ delegit deus: & ea quæ non erãt, ut ea quæ ſunt obliteraret, ut ne gloriaretur ulla caro coram ipſo. Ex eodẽ autem uos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus fuit nobis ſapiẽtia à deo, iuſtitia q̃, & ſanctificatio, & redemptio. Vt quemadmodum ſcriptum eſt: † Qui gloriatur, in domino glorietur. Matt. 12. 24. Luc. 11. Hier. 9. 2. Cor. 10.

CAPVT II.

ET ego cum uenerim ad uos fratres, non ueniebam cum eminentia ſermonis, aut ſapientiæ, annuncians uobis teſtimonium

dei. Non enim me iudicaui quicquam scire inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Et ego per infirmitatem, & cum timore, ac in tremore multo apud uos uersatus sum: & sermo meus, & prædicatio mea non erat in persuasorijs humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus ac potentiæ, ut fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in potentia dei. Porrò sapientiam loquimur inter perfectos: sapientiam autem non sæculi huius, neque principum sæculi huius, qui abolentur: sed loquimur sapientiam dei in mysterio, quæ est recondita, quam præfinierat deus ante sæcula, in gloriam nostram, quam nemo principum sæculi huius cognouit. Nam si cognouissent, haudquaquam dominum gloriæ crucifixissent. Sed quemadmodum scriptum est: †

Esa. 64. Quæ oculus non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quę præparauit deus diligentibus se. Nobis autem deus reuelauit per spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunditates dei. Quis enim hominũ nouit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in eo? Sic & ea quæ sunt dei nemo nouit, nisi spiritus dei. Nos uero non spiritũ mundi accepimus, sed spiritum qui est ex deo, ut sciamus quæ à Christo donata sint nobis, quę & loquimur, nõ sermonibus quos docet

docet humana sapientia, sed quos docet spiritus sanctus, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis autē homo non accipit ea quæ sunt spiritus dei: stultitia siquidem illi sunt, nec potest cognoscere quod spiritualiter dijudicatur. At spiritualis dijudicat quidem omnia, ipse uero à nemine dijudicatur. † Quis enim cognouit mentem domini, qui consilium daturus sit illi? Nos autem mentem Christi tenemus. Sap. 9. Esa. 40. Rom. 11.

CAPVT III.

ET ego fratres, non potui loqui uobis ut spiritualibus, sed loquendum fuit ut carnalibus, ut infantibus in Christo. Lactis potu uos alui, & non cibo. Nondum enim poteratis, imò ne nunc quidem adhuc potestis, nam adhuc carnales estis. Siquidem cum in uobis sit æmulatio & contentio, & factiones, nónne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Etenim cum dicat aliquis: † Ego quidem sum Pauli: alter uero, ego Apollo, nónne carnales estis? Quis igitur est Paulus? quis autem Apollo? nisi ministri per quos credidistis, & ut cuiq; dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus dedit incremētum. Itaq; neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui dat incrementum, deus. Cæterum is qui plantat, & is qui rigat unū sunt: unusquisq; tamen suam mercedē accipiet iuxta Supra 1.

suum laborem. Etenim dei sumus cooperarij, dei agricolatio, dei ædificatio estis iuxta gratiam dei quę data est mihi. Vt sapiens architectus fundamentum posui, alius autem super illud ædificat. Porrô quisq; uideat quomodo superstruat. Nam fundamentum aliud nemo potest ponere, præter hoc quod positum est, quod est Iesus Christus. Quod si quis superstruit super fundamẽtum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, cuiusq; opus manifestum fiet. Dies enim declarabit, quod in igne reuelatur: & cuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus mãserit, quod superstruxit, mercedem accipiet: si cuius opus exustum fuerit, damnum patietur, ipse uero saluus fiet, sed sic, tanquam per ignem.

Infra 6. 2. Cor. 6. †An nescitis q templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Si quis templum dei prophanat, hunc perdet deus. Nam templum dei sanctũ est, quod estis uos. Ne quis seipsum fallat. Si quis sibi uidetur sapiens esse inter uos, in sæculo hoc stultus fiat, ut

Rom. 1. reddatur sapiens. †Etenim sapientia mundi huius stultitia est apud deum. Scriptũ est

Iob 1. enim: †Qui comprehẽdit sapientes in astu-

Psal. 93. tia ipsorum. Et rursum: †Dominus nouit cogitationes sapientium quod sint uanæ. Itaque ne quis glorietur in hominibus. Oñia nanq; uestra sunt, siue Paulus, siue Apollos,

los, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue præsentia, siue futura: omnia inquã uestra sunt, uos autem Christi, Christus uero dei.

CAPVT IIII.

Sic nos æstimet homo, ut ministros Christi & dispẽsatores mysteriorũ dei. Quod supereſt autem, illud requiritur in dispensatoribus, ut fidus aliquis reperiatur. Mihi uero pro minimo est, ut à uobis dijudicer, aut ab humano iudicio, imò nec meipsum dijudico. Nullius enim rei mihi conscius sum, sed non per hoc iustificatus sum. Cæterum qui me iudicat, dominus est. Proinde ne ante tempus quicquam iudicetis, donec uenerit dominus, qui & illustraturus est occulta tenebrarum, & patefaciet consilia cordium, ac tunc laus erit unicuiq; à deo. Hæc autem fratres per figuram transtuli in meipsum, et in Apollo, propter uos, ut in nobis discceretis, ne qs supra id quod scriptum est, de se sentiat, ut ne hic illius, ille huius nomine inflemini, alius aduersus alium. Quis enim te dijudicat? Quid autem habes quod non accepisti? Quod si etiam accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Iam saturati estis, iam ditati estis, absq; nobis regnũ adepti estis, atq; utinam sane adepti sitis, ut & nos simul uobiscũ regnemus. Arbitror enim quod deus nos, qui su- 2. Cor. 6.

mus apostoli postremi, ostenderit tanquam morti addictos. Quoniam spectaculum facti sumus mũdo, & angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum, uos autem prudentes per Christum: nos imbecilles, uos autem ualidi: uos clari, nos cõtempti. Ad hoc usq; tẽpus & esurimus & sitimus, & nudi sumus, et colaphis cędimur, & incertis uagamur sedibus, & laboramus operantes propriis manibus: male audientes, benedicimus: persecutionem patientes, sustinemus: conuitijs affecti, obsecramus: ueluti excrementa mundi facti sumus, omnium reiectamẽtum ad hunc usq; diem. Non quo uos pudore suffundam hæc scribo, sed ut filios meos dilectos admoneo. Nam etiam si innumeros pædagogos habeatis in Christo, non multos tamen habetis patres. Siquidem in Christo Iesu per euangeliũ ego
Infra 11. uos genui. † Adhortor itaq; uos, ut imitatores
Ephes. 5. mei sitis. Hac de causa misi uobis Timotheum, qui est filius meus dilectus, & fidelis in domino, qui uobis in memoriã reducet uias meas quæ sunt in Christo, quem admodum ubique in omni ecclesia doceo. Perinde quasi non sim uenturus ad uos, inflati sunt quidã. Sed ueniam breui ad uos, si dominus uoluerit, & cognoscam non sermonem istorum qui inflati sunt, sed uirtutem. Non enim in sermone regnum est dei,

sed

sed in uirtute. Quid uultis? Cum uirga uenio ad uos, an cum charitate, & spiritu lenitatis.

CAPVT V.

OMnino auditur inter uos stuprum, & huiusmodi stuprū, quod nec inter gentes nominatur, ut aliquis uxorem patris habeat. Et uos inflati estis, ac nō potius luxistis, ut tolleretur de medio uestrum qui facinus hoc perpetrasset. Nam ego quidem, †ut absens corpore, præsens autē spiritu, Col. 2.
iam decreui tanq̄ præsens, ut is qui sic hoc patrauit, in nomine domini nostri Iesu Christi, congregatis uobis & meo spiritu, unà cum potestate domini nostri Iesu Christi, tradatur satanæ ad interitum carnis, quo spiritus saluus sit in die domini Iesu. Non est bona gloriatio uestra. † An nescitis q̄d Gal. 5.
paululum fermenti totam conspersionem fermentat? Expurgate itaq̄ uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis infermentati. Nam & pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. Itaq̄ festum celebremus, non in fermento ueteri, nec in fermento malitiæ & uersutiæ, sed in panibus fermento carentibus: hoc est, synceritate & ueritate. Scripsi uobis per epistolam: † Ne commiscereminī cum scortatoribus, Eccli 13.
ac non omnino cum scortatoribus mundi huius, aut cū auaris, aut cū rapacibus, aut

simulachrorũ cultoribus : Alioqui utinam uidelicet è mundo exissetis. Nunc autẽ scripsi uobis, ne commisceamini. Si quis, cum frater appelletur, fuerit scortator, aut auarus, aut simulachrorum cultor, aut cõuicia tor, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi ne cibum quidem capiatis. Quid enim ad me attinet etiam de his qui foris sunt iudicare? Nónne de his q̃ intus sunt iudicatis? Eos uero qui foris sunt, deus iudicat. Etiã profligate istũ qui malus est ex uobisipsis.

CAPVT VI.

SVstinet aliquis uestrum, negotiũ habens cum altero, iudicari sub iniustis, & non magis sub sanctis? An nescitis quod sancti mundum iudicabunt? Et si per uos iudicatur mundus, indigni estis minimis iudicijs? An nescitis quod angelos iudicabimus, nõ tantum ista quæ ad uictum pertinent? Proinde iudicia si quidẽ habueritis de ijs quæ ad uitæ usum attinent, qui contempti sunt in ecclesia, eos constituite. Ad erubescentiam uestram dico. Adeo non est inter uos sapiens? ne unus quidem, qui possit dijudicare inter fratrem suum & fratrem? Sed frater cum fratre litigat, idq̃ sub infidelibus? Itaq̃ iam quidem omnino delictum in uobis est, quod lites habetis inter uos inuicẽ. Cur non potius iniuriam patimini? cur non potius damnum accipitis? Imõ uos iniuriam

riam facitis, et damno afficitis, idq; fratres?
An nescitis quod iniusti regni dei hæreditatem non consequentur? †Ne erretis. Neque scortatores, neq; cultores simulachrorum, neq; adulteri, neq; molles, neque qui concumbunt cum masculis, neq; fures, neque auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regni dei hæreditatem accipient. Atq; hæc eratis quidã, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis per nomen domini Iesu, et per spiritum dei nostri. *Omnia mihi licent, at non omnia conducunt. Omnium mihi potestas est: at ego nõ redigar sub ullius potestatem. Escæ uentri destinatæ sunt, & uenter escis, deus autem & hunc & illas abolebit. Corpus uero nõ stupro, sed domino, & dominus corpori. Deus aũt & dñm suscitauit, & nos suscitabit per potentiam suam. An nescitis, quod corpora uestra membra sunt Christi? Num igitur tollens membra Christi, faciam scorti membra? Absit. An nescitis, quod qui adglutinatur scorto, unum corpus est? †Redigentur enim, inquit, duo in carnem unam. At qui adglutinatur domino, unus spiritus est. Fugite scortationem. Omne peccatum quodcunq; fecerit homo, extra corpus est: sed qui scortatur, in proprium corpus peccat. †An nescitis quod corpus uestrũ templum est habitantis in uobis spiritus sancti,

Ephes. 5. 1. Tim. 1.
Infra 10. Eccli. 37.
Gen. 2. Matt. 19. Marc. 10
Ephes. 5.
Sup. 3. 2. Cor. 6.

quem habetis à deo, & non estis ipsi uestri
Infra 7. iuris? *Nam empti estis pretio. Glorificate
1. Pet. 1. iam deum in corpore uestro, & in spiritu ue
stro, quæ sunt dei.

CAPVT VII.

CAeterũ de quibus scripsistis mihi: Bo-
num est homini uxorem nõ attingere.
Attamen propter stupra uitãda, suã quisq;
uxorem habeat, & suum quæq; uirum ha-
beat. Vxori uir debitã beneuolentiam red-
dat: similiter autẽ & uxor uiro. Vxor pro-
prij corporis ius non habet, sed maritus:
similiter & maritus proprij corporis ius
non habet, sed uxor. Ne fraudetis uos inui-
cem, nisi si quid ex consensu, pro tempore,
ut uacetis ieiunio & precationi, & rursum
in unum conueniatis, ne tentet uos satanas
propter intemperantiam uestram. Hoc au-
tem dico iuxta indulgentiã, non iuxta præ-
ceptum. Nam uelim omnes homines esse ut
& ipse sum. Sed unusquisq; proprium do-
num habet ex deo, alius quidem sic, alius
autem sic. Dico autem inconiugatis & ui-
duis, bonum eis est, si manserint ut & ego.
Quod si se non continent, contrahant ma-
trimonium. Nam satius est matrimonium
contrahere, quàm uri. At coniugatis præ-
Matth. 5. cipio, non ego, imò dominus: † Vxor à
uiro non separetur: quod si separata fuerit,
maneat

maneat innupta, aut marito reconcilietur, & maritus uxorem ne dimittat. Reliquis autem ego dico, non dominus, Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc assentitur ut habitet cum illo, ne dimittat eam: & mulier quæ habet maritum infidelem, & is assentitur ut habitet cum ea, ne dimittat illum. Sanctificatus est enim maritus incredulus per uxorem, & sanctificata est uxor incredula per maritum. Alioqui filij uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Quod si incredulus discedit, discedat. Non est seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi, sed in pace uocauit nos deus. Qui nanq; scis mulier, an maritum sis seruatura? Aut qui scis uir, an uxorem sis seruaturus? Vtcunq; fuerit, unusquisque ut ipsi partitus est deus, †unusquisque ut illum uocauit dominus, ita ambulet: & sic in ecclesijs omnibus ordino. Circuncisus aliquis uocatus est? ne accersat præputium. In præputio aliquis uocatus est? ne circuncidatur. Circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum dei. Vnusquisque in ea uocatione, in qua uocatus fuit, maneat. Seruus uocatus es? ne sit tibi curæ: quinetiam si potes liber fieri, potius utere. Etenim qui in domino uocatus est seruus, libertus domini est. Similiter & qui liber uocatus fuit, seruus est Christi,

Ephe. 4.

Supra 6. 1.Petri 1. *Pretio empti fuistis, nolite fieri serui hominum. Vnusquisque in eo quo uocatus fuit, fratres, maneat apud deum. De uirginibus autem præceptum domini non habeo, consilium tamen do, tanquam misericordiam consequutus à domino, in hoc ut sim fidelis. Arbitror igitur hoc bonum esse propter præsentem necessitatem. Nam bonum

Matth. 5. Mar. 10. est homini sic esse. *Alligatus es uxori? ne quære dtuortium. Solutus es ab uxore? ne quæras uxorem. Quod si duxeris uxorem, non peccasti. Et si nupserit uirgo, non peccauit. Attamen afflictionem in carne habituri sunt huiusmodi. Ego uero uobis parco. Cæterum illud dico fratres, tempus contractum est: superest, ut qui habent uxores, sint tanquam non habeant: & qui plorant, tanquam non plorent: & qui gaudent, tanquam non gaudeant: & qui emunt, tanquã non possideant, et qui utuntur mundo hoc, tanquam non utantur. Præterit enim habitus huius mundi. Velim autẽ uos absq; solicitudine esse. Qui cœlebs est, curat ea quæ sunt domini, quomodo placiturus sit domino: at qui duxit uxorem, solicitus est de his quæ sunt mundi, quomodo placiturus sit uxori. Diuisa sunt hęc duo, mulier & uirgo. Innupta curat ea quę sunt domini, ut sit sancta cum corpore, tum spiritu. Contra, quæ nupta est, curat ea quæ sunt mũdi, quo

modo

modo placitura sit uiro. Hoc autem ad id quod uobis cõducibile est dico: non uti laqueum uobis inijciã, sed ut quod honestum ac decorũ est sequamini, & adhęreatis dño absq; ulla distractione. Quod si quis indecorũ uirgini suæ putat, si prætereat nubendi tempus, & sic oportet fieri: quod uult faciat, non peccat, iungãtur matrimonio. Cæterum, qui stat firmus in corde, non habens necessitatem, sed potestatem habet propriæ uoluntatis, & hoc decreuit in corde suo, ut seruet suam uirginem, benefacit. Itaq; qui elocat nuptum, bene facit: attamen qui non elocat nuptum, melius facit. † Vxor alligata est matrimonio, quandiu uiuit maritus eius. Quod si dormierit maritus illius, libera est ad cui uelit nubendum, modo in domino. Attamen beatior est si sic maneat, iuxta meam sententiam. Opinor autẽ quod & ipse spiritum dei habeam. Rom. 7.

CAPVT VIII.

CAeterũ de his quæ simulachris immolantur, scimus q̃ omnes scientiã habemus. Sciẽtia inflat, charitas uero ædificat. Quod si quis sibi uidetur aliquid scire, nondum quicquam nouit, quemadmodũ oporteat scire. At si quis diligit deum, hic cognitus est ab illo. De esu igitur eorũ quæ simulachris imolãtur, scimus q̃ nullũ est simulachrum in mũdo, et q̃d nullus sit deus alius,

nisi unus. Nam etiãsi sunt qui dicantur dij, siue in cœlo siue in terra, quemadmodum sunt dij multi, & domini multi: nobis tamen unus est deus, qui est pater ille, ex quo omnia, & nos in illum: & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per illum: sed non in omnibus est scientia. Non nulli uero cum conscientia simulachri usq; ad hoc tempus, tanquam simulachris immolatum edunt, & conscientia illorum infirma cum sit, polluitur. Atqui esca nos non cõmendat deo, neq; si comedamus, aliquid nobis supersit: neq; si nõ comedamus, quic
Rom. 14. quam nobis deest. † Sed uidete, ne quo modo facultas ista uestra offendiculo sit his, q infirmi sunt. Etenim si quis conspexerit te, qui habes scientiam, in epulo simulachrorũ accumbentem, nónne conscientia eius qui infirmus est, ædificabitur ad edendum ea quæ sunt simulachris immolata? Et peribit frater qui infirmus est, in tua scientia, propter quẽ Christus fuit mortuus. Sic autem peccantes in fratres, & uulnerãtes illorum conscientiam infirmam, in Christum pecca
Ibidem. tis. † Quapropter si esca offendit fratrem meum, haudquaquam uescar carnibus in æternum, ne fratri meo sim offendiculo.

CAP. IX.

AN non sum apostolus? an nõ sum liber? An non Iesum Christum dominum nostrum

strum uidi? an non opus meum uos estis in domino? Si cæteris non sum apostolus, at sanè uobis sum. Siquidem sigillum apostolatus mei uos estis in domino. Mea responsio apud eos qui me interrogant, hæc est: An non habemus potestatem edendi ac bibendi? An non habemus potestatem, sororem mulierem circunducendi, quemadmodum & cæteri apostoli, & fratres domini, & Cephas? aut solus ego & Barnabas nō habemus potestatem hoc faciendi? Quis militat suis stipendijs unquam? quis plantat uineam, & de fructu eius nō edit? Aut quis pascit gregem, & de lacte gregis non edit? Num secundū hominem hæc dico? An non & lex eadē dicit? Etenim in Mosi lege scriptum est: †Nō obligabis os boui trituranti. Num boues curæ sunt deo? An hoc propter nos omnino dicit? propter nos enim hoc scriptū est, quod sub spe debeat is qui arat, arare: & qui triturat sub spe, spei suæ particeps esse debeat: † si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos uestra carnalia messuerimus? Si cæteri potestatis erga uos participes sunt, cur non potius nos? Atqui non usi fuimus potestate ista, sed omnia sufferimus, ne quod offendiculum demus euangelio Christi. An nescitis quod ij qui in sacris operantur, ex sacrificio uiuunt? Qui sacrario assistunt, unà

Deut. 25.
1. Tim. 5.
Rom. 15.

cum sacrario partem accipiunt? Sic & dominus ordinauit, ut qui euangelium annunciant, ex euangelio uiuant. Ego tamen nullo horum usus fui. Quanquam non scripsi hæc ut ita fiat in me. Nam bonum est mihi mori potius, quàm ut gloriationem meam aliquis inanem reddat. Etenim si euangelizem, non est quod glorier: necessitas enim mihi incũbit. Væ autem mihi est, nisi euangelizem. Nam si uolens hoc faciam, præmium habeo: sin inuitus, dispensatio commissa est mihi. Quod igitur mihi est præmium? Vt cum euangelizem, gratuitum efficiam euangeliũ Christi, in hoc, ne abutar potestate mea in euangelio. Etenim cum liber sim ab omnibus, omnibus meipsum seruũ feci, quo plures lucrifaciam: & factus sum Iudæis, quasi Iudæus, ut Iudæos lucrifaciam: iis q̃ sub lege sunt, quasi sim sub lege, ut eos qui sub lege sunt lucrifaciã: his qui sine lege sunt, tanquã sim sine lege, cum nõ sim sine lege deo, sed obnoxius legi Christi, ut lucrifaciam eos qui sunt sine lege. Factus sum infirmis quasi infirmus, ut infirmos lucrifaciam. Omnibus factus sum omnia, ut omnino aliquos seruem. Hoc autem facio propter euangeliũ, ut particeps illius fiam. An nescitis quod qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit præmium? Sic currite, ut comprehendatis.

datis. Omnis autem qui certat, per omnia temperans est: illi quidem igitur, ut peritu-ram coronam accipiant, nos autem ut æternam. Ego itaq; sic curro, ut non in incertum: sic pugilem ago, non uelut aerem feriens: uerum subijcio corpus meum, & in seruitutem redigo, ne quo modo fiat, ut cum alijs prædicarim, ipse reprobus efficiar.

CAPVT X.

NOlim autē uos ignorare fratres, quod †patres nostri omnes sub nube erant, Exod. 13.
& omnes per mare transierunt: †& omnes Exo. 14.
in Mosen baptizati sunt in nube & in mari, † & omnes eandem escam spiritualem Exo. 16.
comedebant, * & omnes eundem potum Exo. 17.
spiritualem bibebant. Bibebāt enim de spirituali, quæ illos comitabatur, petra: petra uero fuit Christus. Sed plures illorū nō approbauit deus. †Prostrati enim sunt in de- Num. 20
serto. Hæc autem figuræ nostri fuerunt, ne & 26.
nos simus cōcupiscentes rerum malarum, quemadmodum & illi concupierunt. Neque simulachrorū sitis cultores, sicuti quidam illorum, quemadmodum scriptum est: †Sedit populus ut ederet ac biberet, & surrexerunt ad ludendum. Neq; stupris inquinemur, † sicuti quidam illorū stupris pol- Num. 25.
luti sunt, & conciderūt uno die uigintitria millia. Neq; tentemus Christum, † sicut & Num. 21.
quidam illorum tentauerunt & à serpenti-

Iudith 8. bus extincti sunt. †Neq; murmuretis, sicut & quidam illorum murmurauerunt, & interempti sunt ab extinctore. Hæc autem omnia figuræ contigerunt illis. Scripta uero sunt propter admonitionem nostri, in quos termini ætatũ inciderunt. Proinde qui sibi uidetur stare, uideat ne cadat. Tentatio uos
Supra 1. non cepit nisi humana. † Sed fidelis est de-
2. Thes. 5 us, qui non sinet uos tentari supra id quod potestis, imò faciet unà cum tẽtatione euentum, quo possitis sufferre. Quapropter dilecti mei, fugite ab simulachrorum cultu, ut prudentibus loquor, iudicate uos quod dico. Poculum benedictionis cui benedicimus, nónne communicatio sanguinis Christi est? Panis quem frangimus, nônne communicatio corporis Christi est? Quoniam unus panis, unũ corpus multi sumus: Nam omnes ex eodem pane participamus. Videte Israelem iuxta carnem. Nónne qui edũt uictimas participes sacrarij sunt? Quid ergo dico, quod simulachrum aliquid sit? aut quod simulachris immolatum aliquid sit? Non, uerum illud dico, quod quæ immolant gentes, dęmonijs immolant, & non
Deut. 32. deo. † Nolim autem uos consortes dæmoniorum esse. Non potestis poculum domini bibere, & poculum dæmoniorum. Non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. An prouocamus dominum?

minum? num fortiores illo sumus? ✶Omnia mihi licent, at non omnia conducunt. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est quærat, sed quisque quod alterius est. Omne quod in macello venditur, edite, nihil interrogantes propter conscientiam. †Domini siquidem est terra, & plenitudo eius. Quod si quis uocat uos infidelium, & uultis ire, quicquid apponitur uobis, edite, nihil interrogãtes propter conscientiam. Quod si quis uobis dixerit: Hoc simulachris immolatum est, ne edatis propter illum qui indicauit, & propter conscientiam. Domini siquidem est terra & plenitudo eius. Porrò conscientiam dico, non tuam, sed illius alterius. Cur enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Quod si ego cum gratia participo, cur ob id mihi male dicitur, pro quo ego gratias ago? †Siue igitur editis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloriã dei facite. Tales estote, ut nullum præbeatis offendiculum, neque Iudæis, neq; Græcis, neque ecclesiæ dei: quemadmodũ ego per omnia omnibus placeo, non quærens meam ipsius utilitatem, sed multorum, ut salui fiant.

Eccli. 37.
Supra 6.
Infra 13.
Psal. 23.
Col. 3.

CAPVT XI.

IMitatores mei estote, sicut & ego Christi. Collaudo autem uos fratres, quod omnia mea memoria tenetis: & quem-

admodum tradidi uobis, instituta tenetis.
Sed uolo uos scire, quod omnis uiri caput
Ephes. 5. Christus est: † caput autem mulieris, uir:
caput uero Christi, deus. Omnis uir orans
aut prophetans, quicquam habens in capite, probro afficit caput suum. Omnis uero
mulier orans aut prophetans non uelato capite, dehonestat caput suum. Nam id perinde est prorsus, ac si rasa esset. Etenim si non
uelatur mulier, etiam tondeatur. Quod si
fœdũ est mulieri tonderi aut radi, ueletur.
Vir quidem nõ debet uelare caput, cum is
imago sit & gloria dei. At mulier gloria uiri est. Non enim est uir ex muliere, sed mu-
Genes. 2. lier ex uiro. † Neq; enim conditus est uir
propter mulierem, sed mulier propter uirum. Propter hoc debet mulier potestatem
habere in capite, propter angelos, alioqui
neq; uir absq; muliere, neq; mulier absq; uiro in domino. Nam quemadmodũ mulier
ex uiro est, ita & uir per mulierem, omnia
uero ex deo. Inter uosipsos iudicate: num
decorum est, mulierem non uelatam deum
orare? An ne natura quidem ipsa hoc docet uos, quod uiro quidem, si comatus fuerit, probro sit? contrà, mulieri si comata fuerit, gloriæ sit? eo quod coma pro uelamine
data sit. Cæterũ, si quis uidetur contentiosus esse, nos huiusmodi consuetudinem non
habemus, neq; ecclesiæ dei. Illud tamen præ-

cipiens

cipiens non laudo, quod non in melius, sed in deterius conuenitis. Nam primum quidem, cum conuenitis in ecclesia, audio dissidia in uobis esse, & aliqua ex parte credo. Oportet enim & sectas in uobis esse, quo qui probati sunt, manifesti fiant inter uos. Igitur cum conuenitis in eundem locum, non licet dominicam cœnam edere, quod unusquisque propriam cœnam occupat in edendo. Et hic quidem esurit, ille uero ebrius est. Num sanè domos non habetis ad edendum & bibendum? An ecclesiam dei contemnitis, & pudefacitis eos qui non habent? Quid uobis dicam? Laudabo uos? In hoc non laudo. Ego enim accepi à domino, quod & tradidi uobis, quod dominus Iesus in ea nocte qua traditus est, accepit panem, & postq̃ gratias egisset, fregit, ac dixit: Accipite, edite: † Hoc meum est corpus, quod pro uobis frangitur, hoc facite in mei cõmemorationem. Ad eundem modum & poculum, peracta cœna, dicens: Hoc poculũ nouum testamentum est in meo sanguine, hoc facite, quotiescũq; biberitis, in mei commemorationem. Quotiescunque enim comederitis panẽ hunc, & de poculo hoc biberitis, mortẽ domini annũciatis, donec uenerit. Itaque quisquis ederit panem hunc, aut biberit de poculo domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domi-

Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22.

ni. Probet autē homo seipsum, & sic de pane illo edat, & de poculo illo bibat. Nam qui edit aut bibit indigne, iudicium sibi ipsi edit & bibit, non dijudicans corpus domini. Propter hoc inter uos multi imbecilles & inualidi, & dormiunt multi. Etenim si nosipsos dijudicassemus, haudquaquam iudicati fuissemus. At cum iudicamur, à domino corripimur, ne cum mūdo condemnemur. Itaq; fratres mei, cum conuenitis ad comedendum, alius alium expectate. Quod si quis esurit, domi edat, ne ad condemnationem conueniatis. Cætera uero, cum uenero, disponam.

CAP. XII.

† POrrò de spiritualibus fratres nolo uos ignorare. Scitis quod gentes fuistis, & ad simulachra muta utcūq; ducebamini sequentes. Quapropter notum uobis facio, quod nullus per spiritum dei loquens, dicit
Mar.9. anathema Iesum: † & nemo potest dicere dominū Iesum nisi per spiritum sanctum. Diuisiones autem donorum sunt, sed idem spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, & idem dominus: & diuisiones operationum sunt, sed idem est deus, efficiens omnia in omnibus. Vnicuique uero datur manifestatio spiritus ad id quod expedit. Nam huic quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij uero sermo scientiæ secundum

dum eundem spiritum, alij uero fides per eundem spiritū, alij uero dona sanationum per eundem spiritum, alij uero efficacię potentiarum, alij uero prophetia, alij uero discretiones spirituum, alij uero genera linguarum, alij uero interpretatio linguarum, sed omnia hæc efficit unus ille & idem spiritus, diuidens peculiariter unicuiq; sicuti uult. † Quemadmodum enim corpus unum est, & mēbra habet multa, omnia uero membra corporis unius multa cum sint, unum sunt corpus, sic & Christus. Etenim per unum spiritū nos omnes in unum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue liberi, & omnes unum spiritū hausimus. Etenim corpus non est unum membrum, sed multa. Si dicat pes, non sum manus, non sum de corpore: num idcirco non est de corpore? Et si dicat auris, non sum oculus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi olfactus? Nunc aūt deus posuit mēbra, unumquodq; singulatim in corpore quemadmodum uoluit. Quod si essent omnia unum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidē membra, unum uero corpus. At non potest oculus dicere manui, Non est mihi opus te: aut rursum caput pedibus, Non est mihi opus uobis; imò multo potius, quæ

Rom. 12.
Ephes. 4.

uidentur membra corporis imbecilliora esse, necessaria sunt: & quæ putamus minus honesta esse corporis, his honorem uberiorem apponimus: & indecora nostri, copiosiorem decorem habent. Cæterum quę decora sunt nostri, non indigent: sed deus simul temperauit corpus, ei cui deerat, copiosiorem addens honorem, ne sit dissidiū in corpore, sed inuicem alia pro alijs eandem solicitudinem gerant membra. † Et siue patitur unum membrum, simul patiūtur omnia membra: siue glorificatur unum membrum, simul gaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte.

Rom. 8. Heb. 4.

Ephes. 4. †Et alios quidem posuit deus in ecclesia, primum apostolos, deinde prophetas, tertio doctores, deinde potestates, deinde dona sanationum, subsidia, gubernationes, genera linguarū. Num omnes apostoli? num omnes prophetæ? nū omnes doctores? num omnes potestates? num omnes dona habent sauationum? num omnes linguis loquūtur? num omnes interpretantur? †Sectemini uero dona potiora. Et adhuc his excellentiorem uiam uobis ostendo.

Infra 14.

CAPVT XIII.

SI linguis hominū loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum æs resonans, aut cymbalum tinniens. Et si habeam prophetiam, & nouerim mysteria

steria omnia, omnemq; scientiam: & si habeam omnem fidem, adeo ut montes loco dimoueam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si insumam in alimoniam omnes facultates meas, & si tradam corpus meum ut comburar, charitatem autem non habeam, nihil utilitatis capio. † Charitas patiens est, benigna est, * charitas non inuidet, charitas non est procax, non inflatur, non est fastidiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet de iniustitia, sed congaudet ueritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit, siue prophetiæ abolebuntur, siue linguę cessabũt, siue scientia abolebitur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. At ubi uenerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est abolebitur. Cum essem puer, ut puer loquebar, ut puer sentiebam, ut puer cogitabam: at ubi factus sum uir, aboleui puerilia. Cernimus enim nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc cognosco ex parte, tunc uero cognoscam quemadmodum & cognitus sum. Nunc autem manet fides, spes, charitas, tria hæc, sed maxima in his charitas.

† Supra 10.

* Phil. 2.

CAPVT XIIII.

Sup. 12. †Æmulemini charitatem, æmulemini spiritualia, magis tamen ut prophetetis. Nam qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed deo: nullus enim audit, spiritu uero loquitur mysteria. Cæterum qui prophetat, hominibus loquitur ædificationem, & exhortationem, & consolationem. Qui loquitur lingua, seipsum ædificat: at qui prophetat, congregationem ædificat. Volo autem omnes uos loqui linguis, magis tamen ut prophetetis. Maior enim qui prophetat, quàm qui loquitur linguis, nisi interpretetur, ut ecclesia ædificationem accipiat. Nunc autem fratres, si ueniam ad uos linguis loquens, quid uobis prodero? nisi uobis loquar, aut per reuelationem, aut per scientiam, aut per prophetiam, aut per doctrinam? Quin & inanima, uocem reddentia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonis dederint, quomodo cognoscetur quod tibia canitur aut cithara? Etenim si incertam uocem tuba dederit, quis apparabitur ad bellum? Sic & uos per linguam nisi significantem sermonem dederitis, quomodo intelligetur quod dicitur? eritis enim in aerem loquentes. Tam multa uerbi gratia, genera uocum sunt in mundo, & nihil horum mutum. Itaque si nescíero uim uocis, ero ei qui loquitur barbarus, & qui loquitur, apud me barbarus.

rus. Itaq; & uos, quandoquidem sectatores
estis spirituum, ad ædificationem ecclesiæ
quærite, ut excellatis. Quapropter qui lo-
quitur lingua, oret, ut interpretetur. Nam
si orem lingua, spiritus meus orat, at mens
mea fructu uacat. Quid igitur est? Orabo
spiritu, sed orabo & mente. Canam spiri-
tu, sed canam & mente. Alioqui si benedi-
xeris spiritu, is qui implet locum indocti,
quomodo dicturus est Amen, ad tuam gra-
tiarumactionem? Quandoquidem quid di-
cas, nescit. Nam tu quidem bene gratias a-
gis, uerum alius non ædificatur. † Gratias Supra 13.
ago deo meo, quod magis quàm omnes uos
linguis loquor. Sed in ecclesia uolo quinq;
uerba mente mea loqui, ut & alios insti-
tuam, potius quàm decem millia uerborum
lingua. † Fratres, ne sitis pueri sensibus, sed Ephe. 4.
malitia pueri sitis: sensibus uero perfecti si-
tis. In lege scriptum est: † Varijs linguis, Esa. 28.
& labijs uarijs loquar populo huic, & ne
sic quidem audient me, dicit dominus. Ita-
que linguæ signi uice sunt, non his qui cre-
dunt, sed incredulis: contra, prophetia
non incredulis, sed credentibus. Ergo si
conuenerit ecclesia tota simul, & omnes
linguis loquantur: ingrediantur autem in-
docti aut increduli, nõnne dicent uos in-
sanire? Quod si omnes prophetetis, in-
grediatur autem incredulus aut indoctus,

coarguitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus: & sic occulta cordis eius manifesta fiunt: atq; ita procidens in faciem, adorabit deum, renuncians quod deus reuera in uobis sit. Quid igitur est fratres? Quoties cõuenitis, unusquisq; uestrum canticum habet, doctrinam habet, linguam habet, reuelationem habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant. Siue lingua quis loquitur, fiat per binos, aut ad summũ ternos, idq; uicissim, & unus interpretetur. Quod si non sit interpres, taceat in ecclesia, cæterum sibijpsi loquatur & deo. Prophetæ uero duo aut tres loquantur, & cæteri dijudicent. Porrò si alij fuerit reuelatum assidenti, prior taceat. Potestis enim singulatim omnes prophetare, ut omnes discant, & omnes consolationtm accipiant: & spiritus prophetarum prophetis subijciuntur. Non enim est confusionis author deus, sed pacis, ut in omnibus congregationibus sanctorum. † Mulieres uestræ in ecclesijs sileant: nec enim permissum est illis ut loquantur, sed ut subditæ sint, quemadmodum & lex dicit. † Quod si quid discere uolunt, domi suos uiros interrogent. Nam turpe est mulieribus, in cœtu loqui. An à uobis sermo dei profectus est? An in uos solos incidit? Si quis uidetur propheta esse, aut spiritualis, agnoscat

1. Tim. 2.

Gal. 3.

scat quæ scribo uobis, q̃d domini sint præcepta: cæterum si quis ignorat, ignoret. Proinde fratres, ad id enitamini, ut prophetetis, & loqui linguis ne uetueritis. Omnia decenter, & secundum ordinem fiant.

CAPVT XV.

NOtum autem uobis facio fratres euangeliũ, quod euangelizaui uobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & salutem consequimini, quo pacto annunciarim uobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim uobis in primis, quod & acceperã, quòd Christus mortuus fuerit pro peccatis nostris † secundum scripturas, & quod sepultus sit, & quod resurrexerit tertio die secundum scripturas, & quod uisus sit Cephæ, deinde duodecim illis: postea uisus est plus quàm quingentis fratribus simul, ex quibus plures manent ad hunc usq; diem: quidam autem & obdormierunt. † Deinde uisus est Iacobo, post Apostolis omnibus. Postremo uero omnium, uelut abortiuo uisus est & mihi. † Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum idoneus ut dicar apostolus, propterea quod persequutus sum ecclesiã dei. Sed gratia dei sum id quod sum. Et gratia eius, quæ profecta est in me, non fuit inanis, sed copiosius q̃ illi omnes laboraui: non ego tamen, sed gratia dei quæ mihi adest. Siue igitur ego, siue

Gal. 1.

Esa. 53.

Matt. ult.
Marc. 16
Ephe. 3.

illi, sic prędicamus, & sic credidistis. Quod si Christus prædicatur à mortuis resurrexisse, quomodo dicunt quidam inter uos, non esse resurrectionem mortuorum? Porrò si resurrectio mortuorũ non est, ne Christus quidem resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, inanis uidelicet est prædicatio nostra, inanis autem est & fides uestra. Reperimur autem & falsi testes dei, quoniam testificati sumus de deo, quod excitauerit Christum, quem non excitauit, si uidelicet mortui non resurgunt. Etenim si mortui non resurgunt, ne Christus quidem resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, superuacanea est fides uestra: adhuc estis in peccatis uestris. Igitur & qui obdormierunt in Christo, perierunt. Si in uita hac spem in Christo tantum fixam habemus, maxime miserabiles omnium hominũ sumus.

Col. 1. 2. Thes. 4 †Nunc autem Christus surrexit ex mortuis, primitiæ eorum qui dormierant fuit. Postquam enim per hominem mors, etiam per hominem resurrectio mortuorũ. Quemadmodum enim per Adam omnes moriuntur, ita & per Christum omnes uiuificabuntur, unusquisque autem in proprio ordine: primitiæ Christus, deinde ij qui sunt Christi in aduentu ipsius, mox finis, quum tradiderit regnum deo & patri, cum aboleuerit omnem principatum, & omnem potestatem

testatem ac uirtutem. † Nam oportet eum Psal.109.
regnare, donec posuerit omnes inimicos
sub pedes suos. Nouissimus hostis aboletur
mors. † Nam omnia subiecit sub pedes il- Heb.2.
lius. Atqui cum dicat, quod omnia subiecta
sint, palàm est, excipiendum eum qui subie-
cit illi omnia. Cum autem subiecta fuerint
illi omnia, tunc & ipse filius subijcietur ei
qui illi subiecit omnia, ut sit deus omnia in
omnibus. Alioqui quid facient ij qui ba-
ptizantur pro mortuis? si omnino mortui
non resurgunt, cur & baptizantur pro mor
tuis? Quid & nos periclitamur omni tempo
re? Indies morior per nostrã gloriationem,
quam habeo in Christo Iesu dño nostro. Sĩ
secundum hominem cum bestijs depugna-
ui Ephesi, quæ mihi utilitas, si mortui nõ re
surgunt? † Ẽdamus & bibamus, cras enim Sap.2.
morimur, Ne decipiamini. Mores bonos Esa.22.
colloquia corrumpunt mala. Expergiscimi
ni iuste, & ne peccetis. Nam ignorationem
dei nonnulli habent. Ad pudorem uobis lo
quor. At dicet aliquis: Quomodo resurgũt
mortui? quali autẽ corpore uenient? Stulte
tu quod seminas non uiuificatur, nisi mor-
tuũ fuerit. Et hoc quod seminas, nõ corpus,
q̃d nascetur seminas, sed nudum granũ: ex
empli causa, tritici, aut alicuius ex cæteris.
Sed deus illi dat corpus ut uoluit, & uni-
cuique seminum suum corpus. Non omnis

caro eadem caro: sed alia quidem caro hominum, alia uero caro pecorum, alia uero piscium, alia uero uolucrum. Et sunt corpora cœlestia, & sunt corpora terrestria. Verum alia quidem cœlestium gloria, alia uero terrestriũ, alia gloria solis, & alia gloria lunæ, & alia gloria stellarũ. Stella siquidem à stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorũ. Seminatur in corruptione, resurgit in incorruptibilitate: seminatur in ignominia, resurgit in gloria: seminatur in infirmitate, resurgit in potentia. Seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale: est corpus animale, & est corpus spirituale,
Gen. 2. quemadmodum [& scriptum est: Factus est primus homo Adam in animam uiuentem, extremus Adam in spiritum uiuificantem. At non primum quod spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale. Primus homo de terra terrenus, secundus homo ipse dominus de cœlo. Qualis terrenus ille, tales & hi qui terreni sunt: & qualis ille cœlestis, tales & hi qui cœlestes sunt. Et quemadmodum gestauimus imaginem terreni, gestabimus & imaginem cœlestis. Hoc autem dico fratres, quod caro et sanguis regni dei hæreditatem consequi non possunt. Neque corruptio incorruptibilitatis hæreditatem accipit. Ecce mysterium uobis dico: Non omnes quidem dormiemus, omnes tamen immu-

immutabimur in puncto temporis, in momento oculi, per extremam tubam. Canet enim, & mortui resurgẽt incorruptibiles, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatẽ, & mortale hoc induere immortalitatẽ. Cum autem corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in uictoriam. † Vbi tuus mors aculeus? ubi tua inferne uictoria? Aculeus aũt mortis, peccatũ: potentia uero peccati, lex. † Sed deo gratia, qui dedit nobis uictoriam per dominum nostrum Iesum Christũ. Itaq; fratres mei dilecti, stabiles sitis, immobiles, abundantes in opere domini semper, cum sciatis q̃ labor uester non est inanis in domino. Oseę 13. Heb. 2. 1. Ioan. 5.

CAPVT XVI.

DE cæterũ de collatione in sanctos, quemadmodum ordinaui ecclesijs Galatiæ, ita & uos facite. In una sabbatorum unusquisq; uestrum apud se seponat, recondens quicquid commodum fuerit, ne cum uenero, tunc collationes fiant. Vbi uenero autem, quoscunque probaueritis per epistolas, hos mittam, ut perferant munificentiam uestram Hierosolymam: quod si fuerit operæpretium, ut & ipse proficiscar, mecum proficiscentur. Veniam autem ad uos,

cum Macedoniam transiero. Macedoniam enim pertransiturus sum. Apud uos autem forte permanebo, aut etiam hybernabo, ut uos me deducatis quocunque proficiscar. Nolo enim uos nunc in transcursu uidere, sed spero tempus aliquantum mansurum me apud uos, si dominus permiserit. Commorabor autem Ephesi, usq; ad diem quinquagesimum. Nam ostium mihi apertum est magnum & efficax, & aduersarij multi. Quod si uenerit Timotheus, uidete ut absq; metu sit apud uos. Opus enim domini operatur, quemadmodum & ego. Ne quis igitur eum spernat, sed prosequamini eum cum pace, ut ueniat ad me. Expecto enim illũ cum fratribus. Porrò de Apollo fratre multum hortatus sum illũ, ut iret ad uos cum fratribus, & omnino non erat uoluntas nunc eundi: uenturus est autem, cum opportunitatẽ erit nactus. Vigilate, state in fide, uiriliter agite, estote fortes: omnia uobis cum charitate fiant. Obsecro autem uos fratres, nostis familiam Stephanæ esse primitias Achaiæ: & quod in ministerium sanctis ordinarunt seipsos, ut et uos subditi sitis talibus, & omni adiuuanti & laboranti. Gaudeo uero de aduentu Stephanæ & Fortunati, & Achaici, quoniam id quod mihi deerat uestri, hi suppleuerunt. Refocillauerunt enim spiritum meũ ac uestrũ. Agnoscite itaq; huiusmodi.

Salu-

Salutant uos ecclesiæ Asiæ: salutant uos in domino multum Aquila & Priscilla, cum ea quæ in domo est ipsorum ecclesia. Salutant uos fratres omnes. Salutate inuicem osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli. Si quis non diligit dominum Iesum Christum, sit anathema maranatha. Gratia domini Iesu Christi sit uobiscũ. Dilectio mea cum omnibus uobis in Christo Iesu, Amen.

Ad Corinthios prior, missa fuit è Philippis per Stephanã & Fortunatũ, & Achaicum, & Timotheum.

IN EPISTOLAM AD CORINTHIOS SECUNDÃ, ARGUMENTUM, PER ERASMUM ROTERODAMUM.

PRimũ reddidit causas Corinthijs, quare non reuiserit illos, quemadmodum pollicitus est epistola superiore: prius quędam præfatus de suis afflictionibus, quas ob Euangelium Christi perpetiebatur, ostendẽs in tantis malis deũ sibi fuisse solatio. Mox reconciliat Corinthijs eum, quem superiore epistola iusserat tradi satanæ, ut amanter reciperent castigatum, quem peccantem eiecerant. Hæc fermè capite 1. ac 2. Deinde prædicat studium suum in Euangelio prædicando, obiter taxans ac notans cæteros pseudapostolos, qui suo seruientes

quæstui, suæ studentes gloriæ, nusquã non pellicebant ad legem Mosaicã, quam Christo sic conabantur admiscere, quasi sine huius accessione non esset spes salutis. Itaque umbris legis Mosaicæ præfert euangelij lucem, subinde adhortans illos non ad ceremonias legis, sed ad conscientiam, uitamq; Christo dignam. Testans interim qua synceritate prædicauerit euangelium Christi, quantumq; malorum eius gratia perpessus sit spe præmij cœlestis. Ad hæc indicat, quibus in rebus sita sit potissimum Christiana pietas. Hæc tractantur in calce cap. 2. cap. 3. 4. 5. & principio sexti. Nam reliqua huius capitis parte, simulq; initio, proximi hortatur illos, ut agnoscentes dignitatem & sanctitatem suæ professionis, modis omnibus abstineant ab inquinamẽtis ethnicorũ, cum quibus nihil esset illis commune. Quarto loco lenit superioris reprehensionis acerbitatem, collaudãs illorũ obedientiam, q; epistolæ suæ, licet obiurgatrici, per omnia paruissent: gratulaturq; q; is mœror temporarius summum gaudium utriq; pepererit, uelut cum ex amaro pharmaco consequitur gratissima sanitas. Quinto loco cum exemplo Macedonum, tum uarijs argumentis, ac scripturarum testimonijs prouocat, ut pro sua quisque facultate, próque animi propensione conferat aliquid in subsidium

san-

sanctorum qui Hierosolymis agebant, memor hoc sibi mandatũ à Petro, ad hoc negotij missо Tito cum altero collega, ut plerique putant, Luca, quos commendat Corinthijs. Hæc agit cap. 8. & 9. Sexto, quos ante taxauit oblique, palàm insectatur pseudapostolos, qui fastu ac supercilio dignitatẽ ac maiestatem apostolicã præ se ferebant, Paulum in contemptũ uocãtes uelut humilem, ut qui cerdonicã exercuerit, uelut imperitum & infantem, ad hæc toties cæsum ac uexatum iniurijs. Aduersus hos autoritatem suam asserit apud Corinthios, testans nusquam sibi deesse authoritatẽ ac potestatẽ apostolicam, sed qua nolit uti grauandis alijs, quemadmodũ cæteri: sed tantũ ad commodũ suorum & Christi gloriam. Deinde præfatus ueniam stultitiæ, quod de se gloriosius quædam dicere cogeretur: primum æquat se summis apostolis: deinde præfert etiam, idq; multis nominibus, uel quod latius sparserit euãgelij doctrinã, uel q; unus gratuito eum tradiderit, neq; per se, neque per suos grauans Achaicos: uel quod plura perpessus sit euangelij causſa, q; illorum quis q;, ea sibi gloriæ uertens, ob quæ quibusdam uidebatur contemptior. Porrò sermonis imperitiã agnoscens, modestiæ causa, rerum scientiã sibi uindicat, ne quid uel hic desiderent. Postremo, quoniam pseuda-

postoli fictis angelorũ uisionibus sese uenditabant apud simplices, Paulus ueram & insignem adducit uisionẽ, se raptum in tertium usq; cœlũ: atq; illic edoctum quæ captum hominum excedãt. Hæc ferè cap. 10. 11. & 12. Septimo, ne per pseudapostolos relaberẽtur in pristina uitia, testatur sibi in animo esse, inuisere illos, cum autoritate interminans, ne tales eos offendat, ut sui dissimilis esse cogatur, aut ne sicut epistola sæuire coactus est, ita præsens quoq; sæuire cogatur, quod ante hac nõ fecerit, cum suo iure potuisset. Hæc agit in calce capitis 12. & cap. 13. Græcorum inscriptiones testantur hanc epistolam missam è Philippis per Titum & Lucam. Cæterũ argumenta quæ nullo autore, sed cõmoda breuitate habentur in Latinis codicibus, testantur per eosdem missam è Troade. Nam huius loci meminit cap. 2.

EPISTOLA PAVLI APOstoli ad Corinthios secunda.

CAPVT I.

PAulus apostolus Iesu Christi per uoluntatẽ dei, ac Timotheus frater, congregationi dei, quæ est Corinthi unà

unà cum sanctis omnibus qui sunt in tota Achaia. † Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est pater misericordiarum, & deus omnis consolationis, consolans nos in omni afflictione nostra in hoc, ut possimus consolari eos qui sunt in quauis afflictione, per consolationem qua nosipsos cõsolatur deus. Quoniã sicut abundãt afflictiones Christi in nobis, ita per Christũ abundat & consolatio nostra. Siue autem affligimur, id fit pro uestri consolatione ac salute, quæ operatur in tolerantia earundem afflictionum quas & nos patimur: siue consolationem accipimus pro uestri consolatione ac salute: spes etiã nostra firma est pro uobis, cum sciamus, quod quemadmodum participes estis afflictionum, sic futuri sitis & consolationis. Non enim uolumus uos ignorare fratres de afflictione nostra, quæ nobis accidit in Asia: quoniã supra modum grauati fuimus supra uires, adeo ut desperaueri mus etiam de uita. Quin ipsi in nobisipsis sententiam mortis acceperamus, ne confide remus in nobisipsis, sed in deo, qui ad uitam suscitat mortuos: qui ex tãta morte eripuit nos, & eripit: in quo spem fixam habemus, quod etiã posthac erepturus sit, simul adiuuantibus et uobis per deprecatio-

Gal. 1. Eph. 1. 1. Pet. 1.

nem pro nobis, ut ex multis personis pro dono in nos collato, per multos gratiæ agãtur pro nobis. Nã gloriatio nostra hæc est, testimoniũ conscientiæ nostræ, ꝙ cum simplicitate & synceritate dei, non sapientia carnali, sed per gratiam dei conuersati fuerimus in mundo: abundantius autem erga uos. Non enim alia scribimus uobis quàm quæ legitis, aut etiam agnoscitis. Spero autem ꝙ usq; ad finẽ quoq; agnoscetis, quemadmodum & agnouistis nos ex parte: quoniam gloria uestra sumus, quemadmodum & uos nostra, in die domini Iesu. Et hac fiducia uolebam ad uos uenire prius, ut geminam apud uos inirem gratiã, & per uos pertransire in Macedoniã: & rursum à Macedonia uenire ad uos, ac à uobis deduci in Iudæam. Hoc igitur cum in animo uersarem, nuncubi leuitate sum usus? aut num quæ cogito, secundum carnem cogito? ut
Matth. 5. sit apud me, †quod est etiã, etiam: & quod
Iacob. 5. est non, non. Imò fidelis deus, quod sermo noster erga uos non fuit etiã, & non. Nam dei filius Iesus Christus, qui inter uos per nos prædicatus est, per me & Syluanum ac Timotheum, non fuit etiam, & non: sed etiam per ipsum fuit. Quotquot enim sunt promissiones dei per ipsum sunt etiam, & per ipsum amen, deo ad gloriam per nos. Porrò qui confirmat nos unà uobiscum in

Christum:

Christum: & qui unxit nos, deus est: qui etiam obsignauit nos, deditq; arram spiritus in cordibus nostris. Ego uero testem deum inuoco in animam meam, quod parcens uobis, nondum uenerim Corinthũ: non quod dominemur uobis nomine fidei, sed adiutores sumus gaudij uestri: nam fide statis.

CAPVT II.

SEd decreui apud memetipsum hoc, non iterum cum dolore ad uos uenire. Nam si ego mœrore uos afficiam, & quis est qui exhilaret me, nisi is qui mœrore afficitur ex me? Et scripsi uobis hoc ipsum, ne si uenissem ad uos, dolorem caperem ex his, ex quibus oportebat me capere uoluptatem: fiduciam hanc habens erga uos omnes, q̃ meum gaudium omnium uestrum sit. Nam ex multa afflictione et anxietate cordis scripsi uobis, per multas lachrymas: nõ ut mœrore afficeremini, sed ut cognosceretis charitatem quam habeo abũdantius erga uos. Quod si quis dolore affecit, non me dolore affecit, sed ex parte, ne aggrauem omneis uos. Sufficit istiusmodi homini increpatio hæc, quæ facta est à pluribus, adeo ut è diuerso magis condonare debeatis & consolari: ne quo modo fiat, ut immodico dolore absorbeatur huiusmodi. Quapropter obsecro uos, efficite, ut ualeat in illum chari-

tas. Nam & in hoc scripserã, ut cognoscerem probationem uestri, an ad omnia obedientes sitis. Cui uero condonatis aliquid, & ego condono. Nam & ego si quid condonaui, cui condonaui, propter uos condonaui in conspectu Christi, ne occuparemur à satana. Nõ enim illius cogitationes ignoramus. Cæterum cum uenissem Troadem in euangelium Christi, & ostium mihi esset apertum per dominum, non habui relaxationẽ spiritu meo, eo quod non inuenissem Titũ fratrem meum: sed dimissis illis, abij in Macedoniam. Deo autẽ gratia, qui semper triũphat per nos in Christo, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Quoniã Christi bona fragrantia sumus deo, in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt: his quidem odor mortis ad mortem, illis uero odor uitæ ad uitã. Et ad hęc quis idoneus? Non enim sumus ut plæriq; cauponantes sermonem dei, sed uelut ex syncerítate, sed uelut ex deo in conspectu dei per Christum loquimur.

CAPVT III.

INcipimus rursus nosipsos commendare. Num egemus, ut nonnulli, commendatitijs epistolis apud uos, aut à uobis cõmendatitijs? Epistola nostra uos estis, inscripta in cordibus nostris, quæ intelligitur & legitur ab omnibus hominibus, dum declaratis

ratis q̃ estis epistola Christi, subministrata, à nobis inscripta, non atramento, sed spiritu dei uiuentis: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis. * Fiduciã autem huiusmodi habemus per Christũ erga deũ: non quod idonei simus ex nobisipsis cogitare quicquã, tanquam ex nobisipsis, sed si ad aliquid idonei sumus, id ex deo est: qui & idoneos fecit nos ministros noui testamenti, non literæ, sed spiritus. Nam litera occidit, spiritus autẽ uiuificat. Quod si ad ministratio mortis in literis, deformata in saxis, fuit in gloria: adeò * ut non possent oculos intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam uultus eius, quæ abolebatur: cur non potius administratio spiritus erit in gloria? Nam si administratio condemnationis gloria, multo magis excellit administratio iustitię in gloria. Quandoquidẽ ne glorificatũ quidem fuit, quod glorificatum est in hac parte, propter eminẽtem gloriã. Etenim si quod aboletur fuit in gloria, multo magis id quod manet, est in gloria. Itaq̃ cum habeamus huiusmodi spem, multa libertate utamur: & nõ quemadmodum * Moyses ponebat uelamẽ in facie sua, ne intenderent filij Israel in finem eius quod abolebatur. Sed obcæcati sunt sensus illorum. Nam usq̃ ad diem hodiernũ idem uelamen in lectione ueteris testamenti manet; Heb. 4. Exod. 34 Ibidem.

nec tollitur uelum, quod per Christum abo
letur. Sed ad hunc usq; diem, cum legitur
Moses, uelamen cordibus illorum impositum est. At ubi conuersi fuerint ad dominũ,
Ioan.4. tolletur uelamen. † Dominus autem spiritus est. Porrò ubi spiritus domini, ibi libertas. Nos autẽ omnes retecta facie gloriam domini in speculo repræsentantes, ad eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam, tanquam à domini spiritu.

CAPVT IIII.

PRopterea cum ministerium hoc habeamus, ut nostri misertus est deus, haud degeneramus: sed reiecimus occultamenta dedecoris, non uersantes per astutiam, neque dolo tractantes uerbum dei: sed manifestatione ueritatis, commendantes nosipsos apud omnem conscientiam hominum in conspectu dei. Quod si adhuc uelatum est euangelium nostrum, in his qui pereunt uelatum
Esa.6. est: † In quibus deus huius sæculi excæca-
Ioan.12. uit sensus incredulorum, ne illucesceret illis lumen euangelij gloriæ Christi, qui est imago dei. Non enim nosipsos prędicamus, sed Christum Iesum dominum: nos autem seruos uestros propter Iesum. Quoniã deus est, qui iussit è tenebris lucem illucescere, qui luxit in cordibus nostris ad illuminationem cognitionis gloriæ dei, in facie Iesu Christi. Habemus autem thesaurum

hunc

hunc in testaceis uasculis, ut uirtutis eminentia sit dei, & non ex nobis, dum in omnibus premimur, at non anxij reddimur: laboramus, at non destituimur: persequutionem patimur, at non in ea deserimur: deijcimur, at non perimus, semper mortificationem domini Iesu in corpore circunferentes, ut & uita Iesu in corpore nostro manifestetur. Semper enim nos qui uiuimus, in mortem tradimur propter Iesum, ut & uita Iesu manifestetur in mortali carne nostra. Ita & mors quidem in nobis agit, uita uero in uobis. Cæterum cum habeamus eundem spiritum fidei, iuxta illud quod scriptum est: † Credidi, & ideo loquutus sum: & nos credimus, quapropter & loquimur, scientes quod qui suscitauit dominum Iesum, nos quoque per Iesum suscitabit, & constituet uobiscum. Nam omnia propter uos, ut beneficium quod exundauit, pluribus gratias agentibus, exuberet in gloriam dei. Propterea non defatigamur, sed quamuis externus homo noster corrumpitur, internus tamen renouatur in dies singulos. Nam momentanea leuitas afflictionis nostræ, mire supra modum æternum pondus gloriæ parit nobis, dum non spectamus ea quę uidentur, sed ea quæ non uidentur. Nam quæ uidentur, temporaria sunt: at quæ non uidentur, æterna. Psal. 115.

CAPVT V.

SCimus enim, quod si terrenum nostrum domiciliũ huius tabernaculi destructum fuerit, ædificationem ex deo habemus, domicilium non manufactum, æternum in cœlis. Nã in hoc gemimus, domicilio nostro, quod è cœlo est superindui desiderantes: si tamen induti, non nudi reperiemur. Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, gemimus onerati, propterea quod nolimus exui, sed superindui, ut absorbeatur mortalitas à uita. Porrò qui parauit nos in hoc ipsum, deus est, qui idem dedit nobis arrabonem spiritus. Itaq; bono animo sumus semper, & scimus quod cum domi sumus in corpore, peregrinamur à deo. Per fidem enim ambulamus, nõ per speciem. Confidimus autem & probamus magis peregre abesse à corpore, & præsentes adesse apud deum. Qua propter contendimus, siue domi pręsentes, siue foris peregre agẽtes, ut illi placeamus.

Rom. 14. *Omnes enim nos manifestari oportet coram tribunali Christi, ut reportet unusquisque ea quæ fiunt per corpus, iuxta id quod fecit siue bonum, siue malum. Scientes igitur terrorem illum domini, suademus hominibus, deo uero manifesti sumus. Spero autem nos & in conscientijs uestris manifestos esse. Nõ enim iterũ nosipsos commendamus uobis, sed occasionem damus uobis

uobis gloriandi de nobis, ut aliquid habeatis aduersus eos qui in facie gloriantur, & nõ in corde. Nam siue insanimus, deo insanimus: siue sani sumus, uobis sani sumus. Charitas enim Christi constringit nos, iudicantes illud, quod si unus pro omnibus mortuus fuit, ergo omnes mortui fuerunt: & pro omnibus mortuus est, ut qui uiuũt, posthac non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaq; nos posthac neminem nouimus secundum carnem. Porrò etiam si cognouimus Christum secundum carnem, nunc tamen non amplius nouimus. Proinde si quis est in Christo, noua creatura est. Vetera præterierunt, ✝ecce noua facta sunt omnia Omnia autẽ ex deo, qui reconciliauit nos sibi per Iesum Christum, dedit q; nobis ministerium reconciliationis: quandoquidem deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non imputans eis peccata sua: & posuit in nobis sermonem recõciliationis. Itaq; nomine Christi legatione fungimur, tãquam deo uos obsecrante per nos, rogamus pro Christo, reconciliemini deo. Eum enim qui non nouit peccatum, pro nobis peccatũ fecit, ut nos efficeremur iustitia dei per illum. Esa. 43. Apo. 21.

CAPVT VI.

QVin & adiuuantes obsecramus, ne in uacuum gratiam dei receperitis. Dicit ✝

Esa. 49. enim: *In tempore accepto exaudiui te, & in die salutis succurri tibi. Ecce nunc tem-
2. Cor. 4. pus acceptum, ecce nunc dies salutis. †Ne quam usquã demus offensionem, ne reprehendatur ministerium: sed in omnibus commendemus nosipsos, ut dei ministri, in tolerantia multa, in afflictionibus, in necessitatibus, in anxietatibus, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs, in puritate, in scientia, in animi lenitate, in benignitate, in spiritu sancto, in charitate non simulata, in sermone ueritatis, in potentia dei, per arma iustitiæ dextra ac sinistra, per gloriam & ignominiam, per conuicia & laudes: quasi impostores, & tamen ueraces: quasi ignoti, & tamen noti: quasi moriẽtes, & ecce uiuimus: quasi correpti, & non occisi: quasi dolentes, semper tamen gaudentes: quasi paupres, multos tamen ditantes: ut nihil habentes, & tamen omnia possidentes. Os nostrum apertum est erga uos, Corinthij: cor nostrum dilatatum est. Non estis angusti in nobis, sed angusti estis in uisceribus uestris. Eandem autem remunerationem ut à filijs exigo. Dilatemini & uos, ne ducatis
Eccli. 13. iugum cum incredulis. * Quod enim consortiũ iustitiæ cum iniustitia? aut quæ communio luci cum tenebris? aut quæ concordia Christo cum Belial? aut quæ pars fideli cum

li cum infideli? aut quid conuenit templo dei cum simulachris? † Nam uos templum eſtis dei uiuentis, quemadmodum dixit deus: Inhabitabo in illis, & inambulabo: * & ero illorum deus, & ipſi erunt mihi populus. Quapropter † exite de medio illorum, & ſeparemini ab illis, dicit dominus: & immũdum ne tetigeritis, & ego ſuſcipiã uos, & ero uobis loco patris, & uos eritis mihi uice filiorum ac filiarum, dicit dominus omnipotens.

1. Cor. 3. & 6. Leuit. 26 Eſa. 2. 5

CAPVT VII.

HAs igitur promiſſiones cum habeamus chariſſimi, mundemus noſipſos ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus, perficientes ſanctimoniam cum timore dei. Capaces eſtote noſtri, neminem læſimus, neminem corrupimus, neminem fraudauimus. Non hoc ad condemnationem ueſtri dico. Siquidem iam ante dixi uobis, quod in cordibus noſtris eſtis ad commoriendum & conuiuendũ. Multa mihi fiducia erga uos, multa mihi gloriatio de uobis. Impletus ſum conſolatione: uehementer exundo gaudio in omni afflictione noſtra. Etenim cum ueniſſemus in Macedoniam, nullam habuit relaxationem caro noſtra, ſed in omnibus affligebamur, foris pugnæ, intus terrores. Verum qui conſolatur humiles, cõſolatus eſt nos deus per aduentum Titi; non ſolum

autem per aduẽtum illius, uerumetiam per consolationem, quam ille accepit de uobis cum annunciaret nobis uestrum desideriũ, uestrum fletum, uestrum pro me studium, adeò ut magis gauisus fuerim. Nam etiam si contristaui uos per epistolam, non me pœnitet, etiãsi pœnituisset. Video nanq; quod epistola illa, tametsi ad tempus, contristauit uos: nunc gaudeo, non q̃ contristati fuistis, sed quod contristati sitis ad pœnitentiam. * Nam contristati estis secundum deum, sic ut nulla in re detrimento sitis affecti per nos. Nam qui secundum deum est dolor, is pœnitentiam ad salutem haud pœnitendam parit, contra mundi dolor mortem adfert. Ecce enim istuc ipsum quod secundum deum contristati fuistis, quantã in uobis genuit solicitudinẽ imò satisfactionem, imò indignationem, imò timorem, imò desiderium, imò æmulationẽ, imò uindictam? Siquidem ubiq; commendastis uosipsos, q̃ puri sitis in eo negotio. Proinde tametsi scripsi uobis, non id feci eius causa, qui læserat, nec eius causa qui læsus fuerat, sed ob id, ut palàm fieret studium uestrum pro nobis apud uos in conspectu dei. Idcirco consolationem accepimus ex consolatione uestri: quin uberius insuper gauisi fuimus ob gaudiũ Titi, quod refocillatus sit spiritus illius ab oẽibus uobis: quod si quid apud illum

1. Pet. 2.

illum de uobis gloriatus sum, nõ fuerim pudefactus, sed ut omnia cum ueritate loquuti sumus uobis, ita & gloriatio nostra quae usus eram apud Titum, ueritas facta est. Et uiscera illius maiorem in modum erga uos affecta sunt, dum recolit omnium uestrum obedientiam, quemadmodũ cum timore ac tremore exceperitis ipsum. Gaudeo quod in omnibus confidam uobis.

CAPVT VIII.

CErtiores autẽ uos facio fratres de gratia dei, quae data fuit in ecclesijs Macedoniae: quoniam per multam probationem afflictionis exuberauit gaudiũ illorum, & profunda paupertas illorum exundauit in diuitias simplicitatis ipsorum. Nam pro uiribus (testor) etiam supra uires prompti fuerunt, multa cum obtestatione rogantes nos, ut beneficium & societatem ministerij susciperemus in sanctos, ac non quatenus sperabamus: quinetiam semetipsos dedidere prius dño, deinde & nobis per uoluntatem dei, in hoc ut adhortaremur Titum: ut quemadmodum ante cœpisset, ita & consummaret hanc quoq; erga uos beneficentiam. Imò quemadmodũ ubiq; abundatis fide, & sermone, & scientia, & omni diligẽtia, & in ea quae ex uobis erga nos est charitate, facite ut in hac quoq; beneficentia abundetis. Nõ secundũ imperiũ loquor, sed per

solicitudinẽ, erga alios etiã uestræ dilectio-
Rom. 10. nis synceritatem approbãs. † Nostis enim beneficentiam domini nostri Iesu Christi, q̃ propter uos pauper factus sit, cum esset diues, ut uos illius paupertate ditescceretis. Et consiliũ in hoc do, nam hoc uobis cõducit: qui quidem non solum facere, uerumetiã uelle iam cœpistis anno superiore. Nũc autem & illud, quod facere cœpistis, perficite: ut quemadmodum uoluntas prompta fuit, ita & perficiatis ex eo quod potestis. Etenim si prius adsit animi promptitudo, ea iuxta quicquid illud est, quod possidet aliquis, accepta est: non iuxta id quod non possidet. Nõ enim, ut alijs relaxatio sit, uobis autem angustia: sed ut ex æquabilitate in præsenti tempore uestra copia illorũ succurrat inopiæ, & illorum copia uestræ succurrat inopiæ ut fiat æquabilitas, quemad-
Exo. 10. modum scriptum est: † Qui multum habebat huic nihil superfuit: & qui paulum habebat, is nihilo minus habuit. Gratia autẽ deo, qui dedit eandẽ solicitudinem pro uobis in corde Titi, qui exhortationem acceperit: quin potius cum esset diligentior, sua pte sponte ad uos uenerit. Misimus autem unà cum illo fratrem eum, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias: nec id solũ, uerumetiam delectus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostræ. cum hac beneficen-

tia,

tia, quæ administratur à nobis ad eiusdem domini gloriam, & animi uestri promptitudinem: declinantes hoc, ne quis nos carpat in hac exuberantia, quę administratur à nobis, procurantes honesta, †non tantum coram domino, sed etiam coram hominibus. Rom. 12.
Misimus aũt unà cum illis fratrem nostrũ, quem probaueramus in multis sæpenumero diligentem, nunc aũt multo diligentiorẽ, ob multam fiduciam quã habeo erga uos: siue Titi nomine, qui socius meus est, & erga uos adiutor, siue aliorum, qui fratres nostri sunt, & legati ecclesiarum, gloria Christi. Proinde documentum charitatis uestræ & nostræ de uobis gloriationis, in eos demonstretis, etiã in conspectu ecclesiarum.

CAPVT IX.

NAm de subministratione quidem quæ fiat in sanctos, superuacuum est mihi scribere uobis. Noui enim promptitudinem animi uestri, quam de uobis iacto apud Macedones. Quod Achaia parata est ab anno superiore, & uestrum exemplum prouocauit complures. Misi tamen hos fratres, ne gloria nostra, qua glorior de uobis, inanis fiat in hac parte: ut quemadmodum dicebã, parati sitis: ne quo pacto fiat, ut si mecũ uenerint Macedones, & offenderint uos imparatos, nos pudore suffundamur: ut ne dicam uos, in hoc argumento gloriationis.

Proinde necessarium arbitratus sum, adhortari fratres, ut prius accederent ad uos, & prępararent iam ante promissam bonam collationem uestram, ut ea sit in promptu, sic, tanquam bona collatio, & non tanquam fraudatio. Illud autem dico: Qui sementem facit parce, is parce messurus est. Et qui sementem facit libēter, ac benigne largiendo, copiose messurus est. Vnusquisq; secūdum propositum cordis, non ex molestia, aut ex necessitate. † Nam hilarem datorem diligit deus. Potens est aūt deus efficere, ut totum beneficium in uos exuberet, ut in omnibus omnem sufficientiā habentes exuberetis in omne opus bonum, quemadmodū scriptum est: † Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculū. Porrò qui suppeditat semen seminanti, is & panem in cibum suppeditet, & multiplicet semētem uestram, & augeat prouentus iustitiæ uestræ, ut in omnibus locupletemini in omnem simplicitatem, quæ per nos efficit, ut gratiæ agantur deo. Nam functio huius ministerij non solum supplet ea quæ desunt sanctis, uerumetiā exuberat in hoc quod per multos agantur gratiæ deo, qui per probationem ministerij huius glorificant deum, super obedientia consensus uestri in Euangelium Christi, & de simplicitate communicationis in ipsos, & in omnes, & in illorum oratione pro

Eccl. 35.

Psal. 111.

pro uobis, qui desiderant uos propter eminentem gratiam dei in uobis. Gratia autem deo super inenarrabili suo munere.

CAPVT X.

CAeterum ipse ego Paulus obsecro uos per lenitatem & mansuetudinem Christi, qui iuxta faciem quidem humilis sum inter uos, absens tamen audax sum erga uos. Rogo autem uos, ne præsens audeam ea fiducia, qua existimor audax fuisse in quosdam, qui putant nos ueluti secundum carnem ambulare: nam in carne ambulantes, non secũdum carnem militamus. Siquidem arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potẽtia deo ad demolitionem munitionum, quibus armis consilia demolimur, & omnem celsitudinem quæ extollitur aduersus cognitionem dei, & captiuam ducimus omnem cogitationem ad obediendum Christo: & in promptu habemus uindictam aduersus omnem inobedientiam, cum impleta fuerit uestra obedientia. Quæ in conspectu sunt uidetis? Si quis de seipso confidit quod Christi sit, illud rursum perpendat ex seipso, quod quemadmodum ipse Christi est, ita & nos Christi sumus. Nam si & amplius quippiã glorier de potestate nostra, quam dedit dominus nobis in ædificationem, & non in destructionem uestri, non pudefiam, ne uidear ceu perterrefacere uos

per epistolas. Nam epistolæ quidē, inquit, graues sunt & robustæ, at præsentia corporis infirma, & sermo cōtemptus. Hoc reputet qui istiusmodi est, quod quales sumus sermone per epistolas cum absumus, tales sumus & cum adsumus facto. Non enim sustinemus inserere, aut cōferre nosipsos cum quibusdam, qui seipsos commendant. Sed isti non intelligunt, q̄ ipsi inter sese seipsos metiuntur, & comparant semet sibi. At nos non in immensum gloriabimur, ſuerum iuxta mensuram regulæ qua partitus est nobis deus, mensuram pertingendi etiam usq̄ uos. Non enim quasi non pertingamus usq̄ ad uos, extēdimus nosipsos supra modum. Nam usq̄ ad uos quoq̄ peruenimus in Euangelio Christi, non in immensum glorian tes super alienis laboribus, sperantes futurum, ut suboleſcente fide uestra in uobis, magnificemur iuxta regulam nostrā in exuberantiam: ut ijs quoq̄ regionibus, quæ ultra uos sunt euangelizem: non per alienam regulam, ut de his quæ parata sunt, glorie-mur: sed q̄ gloriatur, in domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed is quem dominus commēdat.

CAPVT XI.

VTinam toleraſſetis me pauliſper in insipientia mea. Imò & ſuffertis me. Nam zelotypus ſum erga uos dei zelo. Adiun-

xi enim uos uni uiro, ut uirginem castam exhiberetis Christo, sed metuo, ne qua fiat, †
ut quemadmodum serpens Euam decepit Gen. 3.
uersutia sua, ita corrumpantur sensus uestri à simplicitate, quæ erat erga Christū. Nam si is qui uenit, alium Iesum prædicat, quem non prędicauimus: aut si spiritum alium accipitis, quem non accepistis, aut Euangelium aliud, quod non accepistis, recte sustinuissetis. Arbitror enim me nihilo inferiorem fuisse eximijs apostolis. Cæterum licet imperitus sim sermone, non tamen scientia. Verum ubiq; manifesti fuimus in omnibus erga uos. Nũ illud peccaui, quod meipsum humiliarim, ut uos exaltaremini? quod gratuito Euangelium dei prędicauerim uobis? Cæteras ecclesias deprædatus sum, accepto ab illis stipẽdio, quo uobis inseruirem. Et cum apud uos essem, & egerem, nõ onerosus fui cuiquam. Nam quod mihi deerat, suppleuerunt fratres qui uenerant à Macedonia, & in omnibus sic me seruabam, ne cui essem onerosus, atq; ita seruabo. Est ueritas Christi in me, quod hæc gloriatio non interrumpetur contra me in regionibus Achaiæ. Quapropter? an quod non diligam uos? Deus nouit. Verum quod facio, idem & faciam, ut amputem occasionem ijs qui cupiunt occasionem, ut in eo die quo gloriantur, reperiantur, quemadmodum & nos,

Siquidem istiusmodi pseudapostoli operarij dolosi sunt, sumpta persona apostolorũ Christi, atq; haud mirum, quandoquidem ipse satanas transfiguratur in angelum lucis. Non magnum est igitur, si & ministri illius personam in se transferunt, quasi sint ministri iustitię, quorum finis erit iuxta opera eorum. Iterum dico, ne quis me putet insipientem esse, alioquin & iam ut insipientem accipite me, ut paululũ quiddã & ego glorier. Quod dico, non dico secundũ dominũ, sed uelut per insipientiam, in hoc argumento gloriationis. Quandoquidem multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipientes, cum sitis sapientes. Suffertis enim, si quis uos in seruitutem adigit, si quis exedit, si quis accipit, si quis attollit sese, si quis uos in faciem cædit, iuxta contumeliã loquor. Perinde quasi nos infirmi fuerimus, imò in quocunq; audet aliquis (per insipientiã loquor) audeo & ego. † Hebræi sunt, sum & ego: Israelitæ sunt, sum & ego: semen Abrahæ sunt, sum & ego: ministri Christi sunt (desipiens loquor) excellentius sum ego: in laboribus copiosius, in uerberibus supra modum, † in carceribus abundantius, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas plagas una minus accepi. † Ter uirgis cæsus fui, semel fui lapidatus:

1.Cor.4.
Sup.6.
2.Thes.3.
Act.16.

pidatus, † ter naufragium feci, noctem ac diem in profundo egi, in itineribus fæpe, in periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deferto, periculis in mari, periculis inter falfos fratres, in labore & molefia, in uigilijs fæpe, in fame & fiti, in ieiunijs fæpe, in frigore † & nuditate, præter ea quę extrinfecus accidunt, incumbens mihi quotidiana cura omnium eccleſiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis offenditur, & ego non uror? Si gloriari oporteat, de his quæ infirmitatis meæ ſunt gloriabor. Act. 28. Act. 20.

CAPVT XII.

DEus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt laudandus in fæcula, nouit quod non mentiar. † In Damaſci ciuitate gentis præfectus nomine Aretæ regis excubias poſuerat in Damaſcenorum urbe, cupiens me comprehendere, ac per feneſtram in ſporta demiſſus fui per mœnia, effugiq; manus eius. Gloriari ſanè non expedit mihi: ueniam enim ad uiſiones & reuelationes domini. Noui hominem in Chriſto ante annos quatuordecim: an in corpore, neſcio: an extra corpus, neſcio: deus nouit, raptum huiuſmodi in tertium uſque cœlum. Et ſcio huiuſmodi hominem: an in corpore, an extra corpus, neſcio, Act. 9.

deus nouit, raptum fuisse in paradisum, & audisse arcana uerba, quæ fas non sit homini loqui. Super huiusmodi homine gloriabor, de meipso uero non gloriabor, nisi super infirmitatibus meis. Nam si uoluero gloriari, non ero insipiens, ueritatem enim dicam: sed parco uobis, ne quis de me cogitet, super id quod uidet esse me, aut quod audit ex me. Et ne excellentia reuelationum supra modũ efferrer, datus fuit mihi stimulus per carnem, nuncius satanæ, ut me colaphis cæderet, ne supra modum efferrer. Super hoc ter dominum rogaui, ut discederet
Deut. 3. à me, & dixit mihi, † Sufficit tibi gratia mea: nam uirtus mea per infirmitatem perficitur. Libentissime igitur gloriabor potius super infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Quamobrẽ placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in necessitatibus, in persequutionibus, in anxietatibus pro Christo. Cum enim infirmus sum, tunc robustus sum. Factus sum insipiens gloriando. Vos me coegistis, nam ego debueram à uobis cõmendari. Nulla enim in re inferior fui summis apostolis, tametsi nihil sum. Signa quidẽ apostoli peracta fuerũt inter uos cum omni patientia, & signis, & prodigijs, & potentibus factis. Nã quid est in quo fuistis inferiores cæteris ecclesijs, ni si quod ipse ego non fuerim uobis onerosus?

sus? Condonate mihi hanc iniuriam. Ecce tertio propensus animo sum, ut ueniam ad uos, nec ero uobis oneros us. Non enim quæro quæ uestra sunt, sed uos. Non enim debent filij parentibus recondere, sed filijs parentes. Ego uero libentissime impendam & expendar pro animabus uestris: licet uberius uos diligens, minus diligar. Sed esto, ipse non grauaui uos, uerum cum essem astutus, dolo uos cepi. Num per quenquam eorum quos misi ad uos, expilaui uos? Rogaui Titũ, & unà cum illo misi fratrem. Num quid à uobis extorsit Titus? An nõ eodem spiritu ambulauimus? an non ijsdem uestigijs? Rursum arbitramini quod nos uobis excusemus? In conspectu dei, in Christo loquimur, sed omnia charissimi pro uestra ædificatione. Nam metuo, ne qua fiat, ut si uenero, non quales uelim reperiam uos, & ego reperiar uobis qualem nolitis. †Ne quo modo sint contentiones, æmulationes, iræ, concertationes, obtrectationes, susurri, tumores, seditiones: ne iterum ubi uenero, humilem faciat me deus meus apud uos, ut lugeam multos eorum qui ante peccauerunt, nec eos pœnituit immunditiæ, libidinis & impudicitiæ quam patrarunt. Gal. 5.

CAPVT XIII.

Hic tertius erit aduentus meus ad uos. †In ore duorum testium aut trium con- Deut. 17.

Matt.18. Ioan.8. Hæb.10. stituetur omne uerbum. Prædixi, & prædico, ut præsens cum essem iterum, ita & absens nunc scribo ijs, qui ante peccauerunt, et reliquis omnibus, quod si uenero denuo, non parcam. Quandoquidem experimentum quæritis in me loquentis Christi, qui erga uos non est infirmus, sed potens est in uobis: nam quamuis crucifixus fuit ex infirmitate, uiuit tamen ex uirtute dei. Siquidem & nos infirmi sumus in illo, sed uiuemus cum illo ex uirtute dei erga uos. Vosipsos tentate, num sitis in fide. Vosipsos probate. An nõ cognoscitis uosmetipsos, quod Iesus Christus in uobis est? Nisi sicubi reprobi estis. At spero uos cognituros, quod nos non simus reprobi. Opto autem apud deum, ne quid mali faciatis, nõ quo nos probati appareamus, sed ut uos, quod honestum est faciatis: nos uero ueluti reprobi simus. Non enim possumus quicquam aduersus ueritatem, sed pro ueritate. Gaudemus enim cum nos infirmi fuerimus: uos autem ualidi fueritis. Hoc autem insuper optamus uestram integritatem. Propterea hæc absens scribo, ne cum præsens fuero rigidus sim iuxta potestatem, quam dedit mihi dominus in extructionem, & non in destructionem. Quod superest fratres, ualete, integri estote, consolationem habete, unanimes sitis, in pace agite, & deus charitatis ac pacis

cis erit uobiscum. Salutate uos mutuo sancto osculo. Salutant uos sancti omnes. Gratia domini Iesu Christi, & charitas dei, & communicatio spiritus sancti sit cum omnibus uobis, Amen.

Ad Corinthios secunda missa fuit à Philippis Macedoniæ per Titū & Lucam.

IN EPISTOLAM AD GALATAS Argumentum per Erasmum Roterodamum.

GAlatæ Græci sunt, sed ex Gallis oriundi. Vnde iuxta D. Hieronymum originis ingenium, ingenij tarditate referebāt. Quādoquidem & Hilarius Gallus ipse, in hymnorum carmine Gallos indociles uocat. Et Paulus illos obiurgans anoitus, appellat. Ad quorum ingeniū suum attemperans sermonē, acerbius illos castigat, q̄ ullos in cæteris epistolis, & reprehendit magis quàm docet: ut quibus ratio suadere nō poterat, reuocaret authoritas. Agit in hac epistola, quod nusquam non agit, ut à legis Mosaicæ seruitute inuitet ad Euangelij gratiam. Quod idem agit in epistola ad Romanos: nam utrisque idem error acciderat, sed diuersa ratione. Nam Romani primum in Iudaismum inducti, postea resipuerunt; Galatæ recte ab Apo-

ſtolio nſtituti, pſeudapoſtolorum opera in Iudaiſmum retracti fuerunt. Quod Romani perperam inſtituti ſunt, ſimplicitatis erat: ꝙ mox admoniti reſipuerunt, prudentiæ. Contra, ꝙ Galatæ Chriſtum amplexi ſunt, facilitatis erat: ꝙ protinus in Iudaiſmum relapſi, leuitatis atq; ſtultitiæ. Ad hos igitur ſubierant pſeudapoſtoli, uelut à Petro & Iacobo ſummatibus apoſtolis miſſi, & Pauli authoritatem calumnijs eleuabant, negantes illi fidem habendam, qui ſibi non conſtaret, nunc legis utens ceremonijs, ſuſceptis uotis, raſoq; capite, & circunciſo Timotheo: nunc cum ethnicis legem negligens ac damnans: potius audiendos qui apud Petrum & Iacobum uerſati fuiſſent, quiq; dominum Ieſum uidiſſent, cum Paulus nec uidiſſet Chriſtum, & diſcipulorum duntaxat diſcipulus eſſet, non Chriſti. Proinde Paulus uehementi & acri oratione, neque enim eſt ulla epiſtola concitatior: ſalubriq; auſteritate, & clementi ſæuitia, ſimul & Galatarum errori medetur, & ſuam aſſerit authoritatem, & pſeudapoſtolorum fraudulentiam aperit. In ipſo ſtatim epiſtolæ limine teſtatur, ſeſe uel ſummis apoſtolis parem, aut etiam ſuperiorem, in hoc quod Euangelij prędicandi authoritatem à Chriſto iam immortali cœlitus accepiſſet, atq; hoc authore fretum in Arabia & Damaſci

aliquandiu prædicasse Christum, prius q̃ cum quoquam apostolorũ contulisset: deinde Hierosolymis uidisse quidem Petrum ac Iacobũ diebus perpaucis, neq; quicquam tamen ab illis adiutum esse: sub hæc in Syria & Cilicia quatuordecim annis Christi præconem egisse, donec admonitus diuinitus, Hierosolymam reuersus unà cum Barnaba ac Tito: cum primarijs apostolis contulit euangelium suum, non q̃ de tot annorũ prædicatione iam ueniret in dubium, sed ut eorum comprobatione, quorum summa erat apud omnes authoritas, magis confirmarentur cæteri: sed ita contulisse cum Petro, ut ab illo nihil accesserit quod ad euangelij rem attineret, et adeo non fuisse se compulsum à Petro, ut gentibus legis onus imponeret, ut Antiochiæ Petrũ cibis communibus uescentem, ubi se metu superuenientium Iudæorum è conuiuio subduceret, palam in os reprehẽderit, docens, ex fide contingere salutem euangelicam, non ex obseruatione legis iam antiquatæ. Id ueluti Petro dici cœptum, latius prosequitur, uersus ad Galatas: demonstrans legem Mosaicam ad tempus modo fuisse datam, & ad unum Christum illa spectasse omnia, in illa fuisse carnem, in Euangelio spiritum: in illa umbras, in Euangelio lucem: in illa imagines, in Euangelio ueritatem: in illa seruitutem,

in Euangelio libertatem. Demẽtię uero esse, gustatis potioribus, ultro recidere ad dete riora. Hæc agit cãpite 1. 2. 3. 4. Deinde grauiter interminatus eis, ne circunciſione recepta turpiter ſe dedãt in ſeruitutem legis: oſtendit, Chriſtianã libertatem non eſſe peccandi licentiam, ſed ultroneam functionem officiorum pietatis, quæ charitate dictante, non lege iubente præſtantur. Poſtremo hortatur ad Chriſtianam concordiam, ad ſubleuandos infirmiores aut lapſos, ad bene merendum de ijs, qui nos fidem edocuerunt. Huiuſmodi factis, quoniam ſpiritus ſunt, æterna deberi præmia, cum ceremonijs temporarijs, temporaria ſit gloria: obiter in odium uocans pſeudapoſtolos, qui non ob aliud ſtudebant circuncidi Galatas, niſi ut ſuper hoc gloriarentur, uelut authores huius facinoris. Cui morbo affines ſunt, qui hodie nouos cultus, & prodigioſe inſignes reperiunt, ut dicatur: Hoc hominum genus ille inſtituit. Hanc epiſtolam, ut apparet, Paulus, quo ſingularem erga Galatas affectum teſtaretur, totam ſua manu ſcripſit, quum in alijs ſoleat duntaxat ſubſcribere. Noſtra argumẽta ſcriptã teſtantur ab Epheſo ciuitate, Græcorum inſcriptiones ab urbe Roma.

Argumenti finis.

Epiſto-

stoli ad Galatas.

CAPVT I.



Aulus apostolus, nõ ab hominibus, neq; per hominẽ sed per Iesum Christum, ac deum patrem, qui suscitauit illum ex mortuis, quiq; mecum sunt omnes fratres, ecclesijs Galatiæ. † Gratia uobis & pax à deo patre, & domino nostro Iesu Christo, qui dedit seipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos ex præsenti sæculo malo, iuxta uoluntatem dei & patris nostri, cui gloria in sæcula sæculorum, Amen. Miror q; à Christo, qui uocauit uos per gratiam, adeo ut cito transferamini in aliud Euangelium, quod non est aliud, nisi quod quidam sunt, qui turbant uos, & uolunt inuertere Euangelium Christi. Cæterum etiamsi nos, aut angelus è cœlo prædicauerit uobis Euangelium, præter id quod prædicauimus uobis, anathema sit. † Quemadmodum ante diximus, & nunc iterum dico: Si quis uobis prædicauerit Euangelium, præter id quod accepistis, anathema sit. Nunc enim utrum hominibus suadeo, an deo? aut quæro hominibus placere? Nam si hactenus hominibus placuissem, Christi seruus haudquaquam essem. Notum autem

2. Cor. 11.
Ephe. 1.
1. Pet. 1.

1. Cor. 11.

uobis facio fratres, euangelium quod prædicatum est à me, non esse secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Audistis enim meam conuersationem quondã in Iudaismo, † q; supra modum persequebar ecclesiã dei, ac depopulabar illam, & proficiebam in Iudaismo supra multos æquales in genere meo, cum uehemẽter essem studiosus, † à maioribus meis traditorum institutorum. Ast ubi deo, qui segregauerat me ab utero matris meæ, & uocauit per gratiam suam in hoc, ut reuelaret filium suum per me, uisum est, ut prædicarem ipsum inter gentes, continuo non contuli cum carne & sanguine, neq; redij Hierosolymam ad eos qui ante me fuerant apostoli, sed abij in Arabiam, ac denuo reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres redij Hierosolymam, ut uiderem Petrum, & mansi apud illum dies quindecim. Alium autem ex apostolis non uidi quenquam, nisi Iacobum fratrem domini. Porrò quæ scribo uobis, ecce coram deo, non mentior. Deinde ueni in regiones Syriæ, Ciliciæq; Eram autem ignotus iuxta faciem ecclesijs Iudææ, quæ erãt in Christo. Sed tantum hic rumor apud illos erat, Qui persequebatur nos aliquando, nunc prædicat fidẽ, quã quondam expugnabat, & glorificabant in me deum.

Act. 9.

Phil. 3.

CAP.

CAPVT II.

DEinde post annos quatuordecim rursum ascendi Hierosolymam unà cum Barnaba, assumpto simul & Tito. Ascendi autem iuxta reuelationem, & contuli cum illis euangelium, quod prædico inter gentes: sed priuatim cum ijs qui erant in pretio, ne quo modo in uanum currerem aut cucurrissem. Sed neq; Titus qui mecum erat, cum esset Græcus, compulsus fuit circuncidi propter obiter ingressos falsos fratres, qui subintroierant ad explorandum libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, quo nos in seruitutem adigerent. Quibus ne ad tempus quidem cessimus per subiectionem, ut ueritas euãgelij permaneret apud uos. Ab his autem qui uidebãtur aliquid esse, quales aliquãdo fuerint, nihil mea refert. * Personam hominis deus non accipit. Nam mihi qui uidebantur esse in pretio, nihil contulerunt. Imò contra, cum uidissent mihi concreditũ fuisse euãgelium præputij, quemadmodum Petro circuncisionis (Nam qui efficax fuit in Petro ad apostolatum circuncisionis, efficax fuit & in me erga gentes) cumq; cognouissent gratiam mihi datam Iacobus & Cephas, & Ioannes, qui uidebantur esse columnæ, dextras dederunt mihi ac Barnabæ societatis: ut nos in gentes, ipsi uero in circuncisionẽ

Rom. 2. Ephes. 6. Col. 3. Act 10. 1 Pet. 1. Iaco. 2.

apostolatu fungeremur, tantũ ut pauperum memores essemus, in quo & diligẽs fui, ut hoc ipsum facerem. Cum autem uenisset Petrus Antiochiam, palàm illi restiti, eo quod reprehẽsus esset. Nam antequam uenissent quidam à Iacobo, unà cum gentibus sumebat cibum: cum autem uenissent, subduxit ac separauit se ab illis, metuens eos qui erant ex circuncisione, ac simulabant unà cum illo cæteri quoq; Iudæi, adeo ut Barnabas simul abduceretur in illorũ simulationem. Verum ubi uidissem q̃ non recto pede incederent ad ueritatem euangelij, dixi Petro corã omnibus: Si tu cum sis Iudæus, gentiliter uiuis, ac non Iudaice, cur gentes cogis Iudaizare? Nos natura Iudæi, & nõ ex gentibus peccatores, quoniam scimus non iustificari hominem ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: & nos in Christũ Iesum credidimus, ut iustificaremur ex
Rom.3. fide Christi, & nõ ex operibus legis. * Propterea quod non iustificabitur ex operibus legis omnis caro. Quod si, dum quærimus iustificari per Christum, reperimur & ipsi peccatores, num ergo Christus peccati minister est? Absit. Nã si quæ destruxi, ea rursum ædifico, transgressorem meipsam constituo. Ego enim per legem legi mortuus fui, ut deo uiuerem unà cum Christo crucifixus sum: uiuo tamen non iam ego, sed uiuit

uit in me Christus. Vitam autē quam nunc uiuo in carne, per fidem uiuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Non aspernor gratiam dei. Nam si per legem est iustitia, igitur Christus frustra mortuus est.

CAPVT III.

O Stulti Galatæ, * quis uos fascinauit, ut nō crederetis ueritati? Quibus præ oculis Iesus Christus ante fuit depictus, inter uos crucifixus. Hoc solum cupio discere à uobis, ex operibus legis spiritum accepistis, an ex prædicatione fidei? Adeo stulti estis, cum spiritu cœperitis, nunc carne consummamini. Tam multa passi estis frustra, si tamen & frustra. Qui igitur submini strat uobis spiritū, & operatur uirtutes in uobis, utrum ex operibus legis, an ex prædicatione fidei id facit? * Quemadmodum Abraham credidit deo, & imputatū est illi ad iustitiam. Scitis igitur, quod qui ex fide sunt, hi sint filij Abrahæ. Præuidens autem scriptura, quod ex fide iustificet gentes deus, prius rem lætam nunciauit Abrahæ: * Benedicentur, inquiens, in te omnes gentes. Itaque qui ex fide sunt, benedicuntur cum fideli Abraham. Nam quotquot ex operibus legis sunt, execrationi sunt obnoxij. Scriptū est enim, * Execrabilis omnis, qui non manserit in omnibus quæ scripta

Infra 5.
Gen. 15.
Rom. 4.
Iaco. 2.
Gen. 22.
Deut. 25.

sunt in libro legis, ut faciat ea. Quod autem
in lege nullus iustificetur apud deū, palàm
Abac. 2 est. * Siquidem iustus ex fide uiuet, lex au-
Rom. 10. tem non est ex fide: † sed qui fecerit ea ho-
Heb. 10. mo, uiuet in ipsis. Christus nos redemit ab
Leuit. 18 execratione legis, dum pro nobis factus est
Deut. 21. execratio. Scriptum est enim: * Execrabi-
lis omnis qui pendet in ligno, ut in gentes
benedictio Abrahæ ueniret per Christū Ie-
sum, ut promissionem spiritus acciperemus
† per fidem. Fratres, secundum hominem di-
Heb. 9. co. * Hominis licet testamentum, tamē si sit
comprobatum, nemo reiicit aut addit ali-
quid. Porrò Abrahæ dictæ sunt promissio-
nes & semini eius. Nō dicit, & seminibus,
tanquam de multis, sed tanquam de uno: et
in semine tuo, qui est Christus. Hoc autem
dico, testamētum ante comprobatum à deo
erga Christū, lex quæ post annos quadrin-
gentos & triginta cœpit, non facit irritum,
Rom. 4. ut abroget promissionē. Nam si ex lege est
hæreditas, non iam est ex promissione. At-
qui Abrahę per promissionē donauit deus.
Rom. 5. Quid igitur lex? Propter trāsgressiones ad-
dita fuit, donec ueniret semen, cui promis-
sum fuerat, ordinata per angelos in manu
interceſſoris. Interceſſor autem unius non
est, at deus unus est. Lex igitur num est ad-
uersus promissiones dei? Absit. Etenim si
data fuisset lex quæ posſit uiuificare, uere

ex

ex lege esset iustitia. Sed cõclusit scriptura omnia sub peccatum, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Cæterum antequam uenisset fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem, quæ erat reuelãda. Itaq; lex pædagogus noster fuit ad Christum, ut ex fide iustificaremur. At post quam uenit fides, nõ amplius sub pædagogo sumus. * Omnes enim filij dei estis, eo quod credidistis Christo Iesu. Nã quicunque baptizati estis, Christũ induistis. Non est Iudæus, neq; Græcus: non est seruus, neque liber: non est masculus, ac fœmina. Omnes enim uos unus estis in Christo Iesu. Quod si uos estis Christi, igitur Abrahæ semen estis, & iuxta promissionem hæredes. Rom. 6.

CAPVT IIII.

Dico autem, quandiu hæres puer est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omniũ: sed sub tutoribus & actoribus est usq; ad tempus quod pater præscripserit. Sic & nos cum essemus pueri, sub elementis mundi eramus, in seruitutem adacti: at ubi uenit plenitudo temporis, emisit deus filiũ suum, factum ex muliere, factum legi obnoxium, ut eos qui legi erant obnoxij, redimeret: ut adoptionem filiorum acciperemus. Quoniam autem estis filij, emisit deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem, * Abba pater. Itaque iam non es seruus, sed filius: Rom. 8.

quod si filius, & hęres dei per Christũ. Sed tum quidem cum ignoraretis deum, seruiebatis ijs qui natura non sunt dij. At nunc posteaquam cognouistis deum, quin potius cogniti estis à deo, quomodo cõuertimini denuo ad infirma & egena elementa, quibus iterum ab integro seruire uultis? Dies obseruatis, & menses, & tẽpora, & annos. Metuo de uobis, ne frustra laborauerim erga uos. Estote ut ego sum: quandoquidem & ego sum ut uos, fratres rogo uos. Nihil me læsistis. Nostis ꝙ per infirmitatem carnis euangelizauerim uobis prius, & experimentum mei, quod erat in carne, non estis aspernati, neq; respuistis, sed me uelut angelum dei suscepistis, uelut Christum Iesum. Quæ est igitur beatitudo uestra? Testimonium enim reddo uobis, ꝙ si fieri potuisset, oculos uestros effossos dedissetis mihi. Igitur inimicus factus sum uobis, uera loquendo uobis? Ambiunt uos non bene, imò excludere uos uolũt, ut ipsos æmulemini. Bonum autẽ est æmulari in re bona semper, & non solum cum præsens sum apud uos. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Vellem autem ad esse apud uos nunc, & mutare uocem meã, quoniam cõsilij inops sum in uobis. Dicite
21. 9. mihi, qui sub lege uultis esse, legem ipsam
Gen. Ro. non auditis? Scriptũ est enim, * quod Abra

ham

ham duos filios habebat, unũ ex ancilla, & unũ ex libera. Verũ is qui ex ancilla natus est, secundũ carnem natus est: qui uero ex libera, per repromissionẽ, quę per allegoriam dicuntur. Nam hæc sunt duo testamenta, unum quidem à monte Sina, in seruitutem generans, quę est Agar: nam Agar Sina mons est in Arabia, confinis est aũt ei, quę nũc uocatur Hierusalem, seruit aũt cum filijs suis. At quæ sursum est Hierusalẽ, libera est: quę est mater omniũ nostrum. Scriptũ est enim: †Lætare sterilis, quæ non paris: erumpe et clama, quæ nõ parturis: quoniã multi liberi desertæ, magis ꝙ eius quæ habet uirum. Nos aũt fratres secundum Isaac promissionis filij sumus: † sed quemadmodũ tunc is qui secundum carnem natus erat, persequebatur eum qui natus erat secundũ spiritum, ita & nunc. At quid dicit scriptura? †Eijce ancillam & filium illius, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaq; fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ. Esa. 54. Rom. 9. Gen. 21.

CAPVT V.

IN libertate igitur qua Christus nos liberauit, state, & ne rursus iugo seruitutis implicemini. † Ecce ego Paulus dico uobis, quod si circuncidamini, Christus nihil uobis proderit. Contestor autem omnem hominem qui circũciditur, ꝙ debitor est totius legis seruandę. Christus uobis factus est Act. 15.

otiosus: quicunq; per legem iustificamini, à gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide
Infra 6. spem iustitiæ expectamus: †nam in Christo Iesu neq; circuncisio quicquam ualet, neq; præputium, sed fides per dilectionem ope-
Supra 3. rans. Currebatis bene, † quis uos impediuit, ut non crederetis ueritati? Nempe persuasio non ex eo profecta qui uocat uos. †
1. Cor. 5. Paulum fermenti totam consperſionem fermentat. Ego confido de uobis in domino, quod nihil aliud sensuri sitis. Cæterum qui conturbat uos, portabit iudicium quisquis fuerit. Ego autem fratres, si circuncisionem adhuc prædico, quid adhuc persequutionem patior? Abolitum est igitur offendiculum crucis. Vtinam & abscindãtur qui uos labefactant. Vos enim in libertatem uocati fuistis fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carni, sed per charitatem seruite uobis inuicem. Nam tota lex in uno uer-
Leuit. 19. bo completur, nempe hoc: † Diliges proxi-
Matt. 22. mum tuum ut teipsum. Quod si alius alium
Matt. 12. uicissim mordetis & deuoratis, uidete ne ui-
Luc. 10. cissim alius ab alio consumamini. Dico au-
† Rom. 13. tem, *spiritu ambulate, & concupiscẽtiam
*1. Pe. 2. carnis non perficietis. Nam caro concupi-
Rom. 13. scit aduersus spiritũ, spiritus autem aduersus carnem. Hæc autẽ inter se mutuo aduersantur, ut non quæcunq; uolueritis, eadem faciatis. Quod si spiritu ducimini, non estis

sub

sub lege. Porrò manifesta sunt opera carnis, quæ sunt hæc: adulterium, scortatio, immunditia, lasciuia, simulachrorũ cultus, ueneficiũ, † inimicitiæ, lis, æmulationes, iræ, 2. Cor. 12
concertationes, seditiones, sectæ, inuidiæ, cædes, ebrietates, comessationes, & his similia: de quibus prædico uobis, quemadmodum & prædixi: quod qui talia agũt, regni dei hęredes non erunt. † Contra, fructus Apoc. 22
spiritus est, charitas, gaudiũ, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia. Aduersus huiusmodi non est lex. † Qui uero sunt Christi, carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiscentijs. Si Rom. 12. 1. Pet. 2.
uiuimus spiritu, spiritu & incedamus. Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ uos prouocantes, inuicem inuidentes.

CAPVT VI.

FRatres, etiam si occupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instaurate huiusmodi spiritu mansuetudinis, considerans temetipsum, ne & tu tenteris. † Inuicem alij aliorum onera portate, Rom. 15.
& sic complete legem Christi. Nam si quis sibi uidetur aliquid esse, cum nihil sit, suum ipse fallit animum. Opus autem suum probet unusquisq;, & tunc in semetipso tantum gloriationem habebit, & non in alio. Vnusquisq; enim propriam sarcinam baiulabit. Communicet autem qui catechizatur ser-

mone, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Ne erretis, deus non irridetur. Quicqd enim seminauerit homo, hoc & metet. Nam qui seminat per carnem suam, de carne metet corruptionem: sed qui seminat per spiri
2. Thes. 3 tum, de spiritu metet uitam æternam. †Bonum autem faciendo ne defatigemur. Tempore enim suo metemus nõ defatigati. Itaq; dum tempus habemus, operemur bonum, cum erga omnes, tum uero maxime erga domesticos fidei. Videtis quanta uobis epistola scripserim mea manu. Quicũq; uolunt iuxta faciem placere in carne, hi cogunt uos circuncidi, tantum, ne ob crucem Christi persequutionẽ patiantur. Nam qui circunciduntur, ne ipsi quidem legem seruant: sed uolunt uos circũcidi, ut in uestra carne gloriẽtur. Ego uero, absit ut glorier, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.†
Supra 5. Nam in Christo Iesu neq; circuncisio quicquam ualet, neq; præputiũ, sed noua creatura. Et quicunq; iuxta regulam hanc incedunt, pax super eos, & misericordia, & super Israelẽ dei. De cætero ne quis mihi molestias exhibeat. Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Gratia domini nostri Iesu Christi cũ spiritu uestro fratres. Amen.

Ad Galatas missa fuit è Roma.

IN

Epheſios argumentum per Eraſmum Roterodamum.



Pheſus metropolis quondam erat Aſiæ minoris, ciuitas ſupſtitioſe dedita cultui dæmonum, & pręcipue Dianę, unde & in Actis Dianæ Neokoros dicitur: nõ illius uenatricis, cui poetæ ſagittas & arma tribuunt, ſed multimammiæ, quã Græci polymaſton appellant, quam uolebant omnium animantium eſſe nutricem, ut indicauit Hieronymus. Nam de templo Epheſiæ Dianæ, toto orbe celebratiſſimo, paſſim etiã ethnici meminere ſcriptores. Hos curioſarum artium tenebat ſtudium. Vnde legimus, ad prædicationẽ apoſtolorũ magicos libros ab eis comportatos, igni traditos fuiſſe: & ſupputato pretio, compertum fuiſſe quinquagies mille nummum argenti, ſicut refertur in Actis capite 19. Vt igitur à tantis erroribus illos abduceret, trienniũ apud illos egit: nihil interim non faciens, quod ad illorum ſalutem faciebat, magno ſtudio reclamantibus & obſtrepentibus multis, ſicut ipſe teſtatur alicubi: ubi & beſtijs obiectus eſt, quemadmodum ipſe teſtatur in ſecũda ad Corinth. epiſtola. At

discedens, Timotheum apud eos remanere iussit. Abūdabat autem ea ciuitas, ut curiosis & magiæ deditis, ita doctissimis uiris: unde Paulus, ut ad omnium mores & ingenia sese attemperat, de dæmonibus ac spiritibus crebro meminit, bonorum ac malorum differentiam indicans. Ad hæc retrusa quædam aperit. Nec enim est ulla epistola, quæ tam abditos habeat sensus, ut ob hanc potissimū Petrus scripsisse uideatur: Sicut & charissimus frater noster Paulus, secundum datā sibi sapientiā scripsit uobis, sicut in omnibus epistolis, loquens in eis de his in quibus sunt quædā difficilia intellectu, quę indocti & instabiles deprauāt, sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionē. Hos igitur quoniam in fide perstiterant, hortatur ut pergāt, & ad perfectionē proficiant, commonefaciens cuiusmodi fuerint, cum uitijs addicti seruirent impijs spiritibus, & quales nūc facti sint, insiti Christo: docens interim euangelij gratiam consilio diuino, licet Iudæis promissam, in gentes quoq; recte propagatam, & huius muneris seminiſtrum à deo constitutum. Quoniam autem scripsit è carcere, hortatur ne deijciantur animo ob ipsius afflictiones, uerum eas potius sibi gloriæ ducāt. Hæc agit capite primo & secundo. In cæteris tribus uitæ formam illis præscribit, demonstrans

quid

quid sequendū, quid fugiendum: quæ officia maritorum in uxores, uxorum in maritos: quæ parentum in liberos, liberorum in parentes: quæ dominorum in seruos, seruorum in dominos. Scripta est epistola ab urbe Roma, per Tychicum diaconum, cuius meminit in calce, fidelem ministrū eum uocans. Ambrosius addit scriptam è carcere, cum Hierosolymis Romam deductus sub fideiussore degeret extra castra in suo conducto.

Argumenti in epistolam ad Ephes. finis.

AD EPHESIOS EPISTOLA.

CAPVT I.

PAVLVS apostolus Iesu Christi per uolūtatem dei, sanctis qui agunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu, * Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Chrstio. Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione spirituali in cœlestibus Christo. Quemadmodum elegit nos in ipso antequam iacerentur fundamenta mundi: ut essemus sancti & irreprehēsibiles coram

Gal. 1. 1. Pet. 1. 2. Cor. 1.

illo per charitatem, qui prædestinauit nos, ut adoptaret in filios per Iesum Christum, in sese, iuxta beneplacitum uoluntatis suæ, ut laudetur gloria gratiæ suæ, qua charos reddidit nos per illũ dilectũ: per quẽ habemus redemptionem per sanguinẽ ipsius, remissionem peccatorũ iuxta diuitias gratiæ suæ, de qua ubertim nobis impartiuit in omni sapientia & prudẽtia, patefacto nobis arcano uoluntatis suæ, iuxta beneplacitum
Gal.4. suum quod proposuerat in seipso * usque ad dispensationem plenitudinis temporum, ut summatim instauraret omnia per Christum, & quæ in cœlis sunt, & quæ in terra per eundem, per quem & in sortem asciti su-
Rom.8. mus, *prædestinati secundum propositum ipsius, cuius ui fiunt uniuersa, iuxta decretum uoluntatis ipsius: ut simus nos in laudem gloriæ illius, qui priores sperauimus in Christo, in quo speratis & uos, audito uerbo ueritatis, euangelio salutis uestræ, in quo etiam posteaquam credidistis, obsignati estis spiritu promissionis sancto, qui est arrabo hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitæ possessionis, in laudem gloriæ ipsius. Quapropter & ego cum audissem eam quæ in uobis est fidem, in domino Iesu, & charitatem in omnes sanctos, non desino gratias agere pro uobis, mentionem uestri faciẽs in precibus meis, ut deus domini nostri

stri Iesu Christi, pater gloriæ det uobis spiritum sapientiæ & reuelationis, per agnitionem sui, illuminatos oculos mentis uestræ, ut sciatis quę sit spes ad quam ille uocauit, & quàm opulenta gloria hæreditatis illius in sanctis & quæ sit excellens magnitudo potentiæ illius in nos, qui credimus secundum efficaciam roboris fortitudinis eius, quam exercuit in Christo, cum suscitaret eum ex mortuis, & sedere fecit ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatum ac potestatem, & uirtutem, & dominium, & omne nomen quod nominatur, non solum in sæculo hoc, uerumetiam in futuro, * & omnia subiecit sub pedes illius, & eum dedit caput super omnia ipsi ecclesiæ, quæ est corpus illius, complemẽtum eius: qui omnia in omnibus adimplet. Psal. 8.

CAPVT II.

E * T uos cum essetis mortui delictis ac peccatis, in quibus aliquando ambulastis iuxta sæculum mundi huius, iuxta principẽ, cui potestas est aeris, qui est spiritus, nunc agens in filijs contumacibus, inter quos & nos omnes cõuersabamur aliquando in concupiscentijs carnis nostræ, facientes quæ carni ac menti libebant: & eramus natura filij iræ, quemadmodum & cæteri. Sed deus qui diues est in misericor- Col. 2.

dia, propter multam charitatem suam qua dilexit nos etiam cum essemus mortui per delicta, conuiuificauit nos una cum Christo (per gratiam estis seruati) simulq; cum eo resuscitauit, & simul cum eo sedere fecit inter cœlestes in Christo Iesu, ut ostenderet in sæculis superuenientibus eminentem opulentiam gratiæ suæ, benignitate erga nos per Christum Iesum. Gratia enim estis seruati per fidem, idq; non ex uobis. Dei donum est, nõ ex operibus, ne quis glorietur: nam ipsius sumus opus, conditi in Christo Iesu ad opera bona, quæ præparauit deus, ut in eis ambularemus. Quapropter memẽto quod uos quondam gentes in carne, uocabamini præputium, ab ea quæ uocatur circuncisio in carne, quæ circuncisio manibus fit: quod, inquam, eratis in tempore illo sine Christo, abalienati à republica Israelis, & extranei à testamentis promissionis: spem non habentes, deoq; carentes in mundo. Nunc autẽ per Christum Iesum uos, qui quondã eratis longinqui, propinqui facti estis per sanguinem Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit ex utrisq; unũ, & interstitium maceriæ diruit: simultatem per carnẽ suam, legem mandatorũ in decretis sitam abrogans, ut duos conderet in semetipso in unum nouũ hominem, faciẽs pacem: & ut reconciliaret ambos in uno corpore

pore deo per crucem, perempta inimicitia per eam: † & ueniens euangelizaui pacem uobis, qui procul aberatis, & his qui prope. Quoniã autem per illũ habemus aditũ utriq; in uno spiritu ad patrem. Iam igitur non estis hospites & incolæ, sed conciues sanctorum, ac domestici dei superstructi super fundamentum apostolorum, ac prophetarũ, summo angulari lapide ipso Iesu Christo, in quo quæcunq; structura coagmentatur, ea crescit in templum sanctum in domino, in quo & uos coædificamini in habitaculum dei per spiritum. Luc. 2.

CAPVT III.

HVius rei gratia ego Paulus uinctus sum Christi Iesu pro uobis gentibus. Siquidem audistis dispensationem gratię dei, quę data est mihi in uos, quod secundum reuelationem notum mihi fecit mysterium, quemadmodũ ante scripsi paucis, ex quibus potestis legentes intelligere cognitionẽ meam in mysterio Christi, q̃ in alijs ætatibus non innotuit filijs hominum, quemadmodũ nũc reuelatum est sanctis apostolis eius & prophetis per spiritum, ut sint gentes cohæredes, & eiusdem corporis, consortes q̃ promissionis ℈eius in Christo per Euangelium † cuius factus sum minister secundũ donum gratiæ dei, quod datum est mihi secundum efficaciam potentiæ illius. Mihi minimo 1. Co. 15.

omnium sanctorum data est gratia hæc, ut inter gentes euāgelizem imperuestigabiles diuitias Christi: & in lucem proferam omnibus quæ sit communio mysterij, quod erat absconditum à sæculis in deo, qui uniuersa condidit per Iesum Christum, ut nota fiat nunc principatibus ac potestatibus in cœlestibus per ecclesiam, uehementer uaria sapientia dei, secundum præfinitionem sæculorum, quam fecit in Christo Iesu domino nostro, per quem habemus audaciam & aditum cum fidutia, quæ est per fidem illius. Quapropter peto, ne deficiatis ob afflictiones meas, quas pro uobis tolero, quæ est gloria uestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis à communi patre cognatio in cœlis & in terra nominatur, ut det uobis iuxta diuitias gloriæ suæ, ut fortitudine corroboremini per spiritum suum, in internum hominem, ut inhabitet Christus per fidem in cordibus uestris, fixis in charitate radicibus, & fundamento iacto, ut ualeatis assequi cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & profunditas, & sublimitas: cognoscere quoq; præeminentem cognitionis dilectionem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei uero qui potest cumulate facere ultra omnia quæ petimus, aut cogitamus, iuxta

uim

uim agentem in nobis, sit gloria in ecclesia per Christum Iesum, in omnes ætates sæculi sæculorum, Amen.

CAPVT IIII.

HOrtor itaq; uos ego uinctus in domino, ut ambuletis, ita ut dignum est uocatione, † qua uocati estis, cum omni submissione ac mansuetudine, cum animi lenitate, tolerãtes uos inuicem per charitatem, studentes seruare unitatem spiritus per uinculum pacis. † Vnum corpus, & unus spiritus, quemadmodũ & uocati estis in una spe uocationis uestræ. Vnus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus & pater omnium, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus uobis. † Verum unicuiq; nostrum data est gratia iuxta mensuram donationis Christi. Quapropter dicit: † Cum ascendisset in altum, captiuam duxit captiuitatem, & dedit dona hominibus. Cæterũ illud ascẽdit, quid est, nisi quod etiam descenderat prius in infimas partes terræ? † Qui descendit, idem ille est, qui etiam ascendit supra omnes cœlos, ut impleret omnia. † Et idem dedit, alios quidẽ apostolos, alios uero prophetas, alios autem Euangelistas, alios autem pastores ac doctores, ad instaurationem sanctorũ in opus administrationis, in ædificationem corporis Christi,

1. Cor. 7.
Rom. 12.
1. Cor. 12
2. Cor. 10
Psal. 67.
Ioan. 3.
1. Cor. 12

donec perueniamus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij dei, in uirum perfectum, in mensurã ætatis plene adultæ Chri-
1.Cor.14 sti, † ut non amplius simus pueri, qui fluctuemus & circunferamur quouis uento doctrinæ per uersutiam hominum, per astutiam qua nos adoriuntur, ut imponant nobis: sed ueritatem sectantes in charitate, adolescamus in illum per omnia, qui est caput, nempe Christus, in quo totum corpus sí coagmentetur, & compingatur per omnem commissuram subministrationis, iuxta actum in mensura uniuscuiusque partis, incremẽtum corporis facit, in ædificationem
Rom.1. suijpsius per charitatem. † Hoc itaque dico, & testor per dominum, ne posthac ambuletis, quemadmodum & reliquæ gentes ambulant in uanitate mentis suæ, dum mentem habent obtenebratam, abalienati à uita dei, propter ignorantiam quæ est in illis, & excæcationem cordis eorum: qui posteaquam peruenerunt eò, ut dolere desierint, semetipsos dediderunt lasciuiæ, ad patrandum immunditiam omnem cum auiditate. Vos autem non sic didicistis Christum: siquidem illum audistis, & in eo docti fuistis, quem-
Rom.6. admodum est ueritas in Iesu, † deponere
Col.3. iuxta priorem conuersationem ueterem
Heb.12. hominem, qui corrumpitur iuxta concupiscentias erroris; renouari uero spiritu mentis

mẽtis uestræ: & induere nouum hominem, qui iuxta deum conditus est per iustitiã, & sanctitatem ueritatis. †Quapropter depositio mendacio, loquamini ueritatem quisque proximo suo, quoniã sumus inuicem membra. †Irascimini & non peccetis: sol ne occidat super iram uestrã, † neq; detis locum calumniatori. Qui furabatur, non amplius furetur: magis autem laboret operando manibus quod bonum est, ut possit impartiri ei qui opus habuerit. Omnis sermo spurcus ex ore uestro non procedat, sed si quis est bonus ad ædificationem, quoties opus est, ut det gratiã audientibus, & ne contristetis spiritũ sanctũ dei, per quem obsignati estis in diem redemptionis. Omnis amarulentia, & tumor, & ira, & uociferatio, & maledicentia tollatur à uobis cum omni malitia. †Sitis aũt inuicem alius in alium comes, misericordes, largientes uobis inuicem, quemadmodũ & deus per Christum largitus est uobis.

1. Pet. 2. Zach. 8. Psal. 4. Iaco. 4. Col. 3.

CAP. V.

SItis igitur imitatores dei, tanquã filij dilecti, & ambuletis in dilectione, † quemadmodum & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem ac uictimam deo in odorem bonæ fragrantiæ. Cæterum scortatio, & omnis immunditia, aut auaritia, ne nominetur quidem inter uos, sicut decet sanctos: aut obscœni-

Ioan. 13. 1. Ioan. 3.

tas, aut stultiloquium, aut urbanitas, quæ non conueniunt, sed magis gratiarum actio.

2. Cor.6. †Nã hoc scitis, quod omnis scortator, aut immundus, aut auarus, qui est simulachrorum cultor, non habet hæreditatem in re-

Col.3. gno Christi & dei. †Ne quisquam uos decipiat inanibus sermonibus. Propter hæc enim uenire solet ira dei in filios inobedientes. Ne sitis igitur consortes illorum. Eratis enim quondã tenebræ, nunc autẽ lux in domino: ut filij lucis ambulate (nã fructus spiritus situs est in omni bonitate & iustitia & ueritate) probãtes quid sit acceptum domino: & ne commertiũ habueritis cum operibus infrugiferis tenebrarum, quin ea potius etiam arguite. Nam quæ secreto fiunt ab istis, turpe est uel dicere. Sed omnia dum prodũtur à luce, manifesta fiunt. Nam quicquid manifestũ redditur, lumẽ est. Qua propter dicit: Expergiscere qui dormis, & surge à mortuis, & illucescet tibi Chri-

Col.4. stus. † Videte igitur quomodo circũspecte ambuletis, non ut insipientes, sed ut sapientes, redimentes occasionem, quod dies mali

Rom.12. sint. Propterea ne sitis imprudentes, †sed in-

1. Thes.4 telligẽtes quæ sit uolũtas domini. Et ne inebriemini uino, in quo luxus est, sed impleamini spiritu, loquentes uobismetipsis per psalmos, & hymnos, & cantiones spirituales, canentes ac psallentes in corde uestro,

stro domino, gratias agẽtes semper de omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi, deo & patri, subditi uicissim alius alij cum timore dei. † Vxores proprijs uiris subditę sitis ueluti domino, quoniam uir est caput uxoris, quemadmodum & Christus est caput ecclesię, & idem est qui salutem dat corpori. Itaq; quemadmodum ecclesia subdita est Christo, sic & uxores suis uiris subditæ sint in omnibus. † Viri, diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & semetipsum exposuit pro ea, ut illam sanctificaret, mundatam lauacro aquæ per uerbum, ut adhiberet eam sibij psi gloriosam, ecclesiam non habẽtem maculam, aut rugam, aut quicquam eiusmodi: sed ut esset sancta & irreprehensibilis. Sic debent uiri diligere suas uxores, ut sua ipsorum corpora. Qui diligit suam uxorẽ, seipsum diligit. Nullus enim unquã suam ipsius carnẽ odio habuit, imò enutrit ac fouet eam, sicut & dñs ecclesiam. Quoniã membra sumus corporis eiusdem, ex carne eius, & ex ossibus eius. Huius rei gratia relinquet homo patrem ac matrem, & adiungetur uxori suæ, atq; è duobus fiet una caro. Mysterium hoc magnum est, uerũ ego loquor de Christo, & de ecclesia. Quanq; & uos singulatim hoc præstate, ut suam quisq; uxorem diligat tanquam seipsum, uxor autem ut reuereatur uirum.

1. Cor. 11. Col. 3. 1. Pet. 3. Col. 3. Gen. 3. 3. Esd. 4. Matt. 19. Mar. 10. 1. Cor. 6.

CAPVT VI.

Col.3. Exo.20. Eccle.3. Matt.19. Mar.10. Col.3. Titum 2. 1.Pet.2. Rom.2. Col.3. Act.10. Iaco.2. 1.Pet.2. Gal.2.

†Filij, obedite parentibus uestris in domino, nam id est iustũ. † Honora patrem tuum, & matrem, quod est præceptum primum in promissione, ut bene tibi sit, & sis longæuus in terra. Patres, ne prouocetis ad iram liberos uestros, sed educetis eos per eruditionem, & correptionem domini. †Serui obedite his qui domini sunt iuxta carnem, cum timore ac tremore, cum simplicitate cordis uestri, tanquam Christo: non ad oculum seruientes, uelut hominibus placere studentes, sed tanquam serui Christi, facientes quæ uult deus, ex animo, cum beneuolentia, seruientes domino, & non hominibus: illud scientes, quod unusquisque quod fecerit boni, hoc reportabit à deo, siue seruus fuerit, siue liber. Et uos domini eadem facite erga illos, remittentes minas: scientes quod & uester ipsorum dominus est in cœlis, † nec personæ respectus est apud illum. Quod superest fratres mei, sitis fortes per dominum, perq; potentiam roboris illius. Induite totam armaturam dei, ut possitis stare aduersus assultus diaboli. Quoniam non est nobis lucta aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi dominos, rectores tenebrarum sæculi huius, aduersus spirituales astutias in cœlesti

bus

bus. Quapropter assumite uniuersam armaturam dei, ut possitis resistere in die malo, & omnibus peractis stare. State igitur lumbis circumcinctis baltheo per ueritatem, & induti thoracem iustitiæ, & calceati pedibus, ut parati sitis ad euangelium pacis, super omnia assumpto scuto fidei, quo possitis omnia iacula mali illius ignita extinguere. Galeamq; salutaris accipite, & gladium spiritus, qui est uerbum dei, in omni deprecatione & obsecratione, orantes in omni tempore, in spiritu: & ad hoc ipsum uigilantes cũ omni sedulitate & deprecatione pro omnibus sanctis, & pro me: ut mihi detur sermo in apertione oris mei cum libertate, ut notum faciam mysteriũ euangelij: super quo legatione fungor in catena, ut in eo libere loquar, sicut oportet me loqui. Vt autem sciatis & uos, quæ ad me pertinent, quid agam, de omnibus uos certiores reddet Tychicus dilectus frater, & fidus minister in domino, quem misi ad uos in hoc ipsum, ut cognosceretis de rebus nostris, & consolaretur corda uestra. †Pax fratribus & charitas cum fide, à deo patre, & domino Iesu Christo. Gratia sit cum omnibus diligentibus dominum nostrum Iesum Christum cum syncerítate, Amen. 2. Cor. 1. Gal. 1. 1. Pet. 1.

Missa fuit è Roma ad Ephesios per Tychicum.

IN EPISTOLAM AD PHILIPpenſes Argumentum per Eraſmum Roterodamum.

PHilippenſes in prima Macedoniæ parte ſunt, ut narratur in Act. cap. 16. colonia oriunda ab urbe Philippis, dicta à Philippo conditore. Horum metropolis eſt Theſſalonice. Qui quoniam in fide ſemel accepta perſtiterant non admiſſis pſeudapoſtolis, quibus auſcultarant Corinthij & Galatæ, merito ab Apoſtolo collaudantur. Ad hos Paulus admonitu ſpiritus profectus, complures dies apud illos egit non ſine negotio. Nam hic flagris cæſus eſt Paulus, & cum Sila coniectus eſt in carcerem, quo tempore carceris cuſtos cum tota familia baptizatus eſt. Hic erat & Lydia purpuraria, quæ prima conuerſa Paulum excepit hoſpitio. Hic & milites, cognito quod Romanus eſſet ciuis, ultro rogarunt, ut quò uellet abiret. Et Chriſti nomen factis felicibus auſpicijs inclaruit. Quinetiam cum Paulus Romæ ageret in uinculis, miſerunt illi quæ ad uitæ neceſſitatem pertinebant per Epaphroditum, quod & ante fecerant, cum ageret Theſſalonicæ, ſicut in hac ipſe teſtatur epiſtola. Collaudatos igitur eos adhortatur, ut perſeuerent ac proficiant: oſtendens gloriandum etiam in afflictionibus, quæ ad illuſtrandum Chriſti Euangelium facerent; ſe uero uel

mortem

mortem adeo non horrere, ut optet etiam si Christo uolẽte contingat. Deinde quum primis hortatur ad mutuam concordiam, quæ inter elatos esse non potest, & quo æquiore sint animo, pollicetur Timotheum, atq; etiam ipsum breui ad illos rediturum: interim misso Epaphrodito, qui ex periculosissima ægrotatione conualuerat. Hęc agit duobus primis capitibus: Nam in tertio confirmat animos illorum aduersus pseudapostolos, ad Iudaismum ubiq; solicitantes, quos canes appellat, operarios iniquitatis, inimicos crucis Christi, & qui uentrem dei loco colerent, nusquã apertius in eos stomachatus. Quartum commendationibus & salutationibus occupat, nisi quod monita quædã obiter admiscet, & Philippensibus pro sua in se munificentia gratias agit. Scripsit ex urbe Roma per Epaphroditum, cum iterum esset in carcere. Nam post primam defensionem rursus in carcerem ductus est, cuius rei meminit ipse in epistola ad Timotheum.

Argumenti finis.

Epistola.

CAP. I.

PAulus ac Timotheus seruí Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, q̃ sunt Philippis, unà cum episcopis ac diaconis. †Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo in omni memoria uestri, semper in omni precatione mea pro omnibus uobis, cum gaudio precationem faciens, quod ueneritis in communionem Euangelij à primo die usq; ad hoc tempus, persuasum habens hoc ipsum, quod is qui cœpit in uobis opus bonum, perficiet usq; ad diem Iesu Christi: sicut iustũ est mihi ut hoc sentiam de omnibus uobis, propterea quod habeã uos in corde, & in uinculis meis, & in defensione & confirmatione euangelij, cum sitis omnes mihi consortes gratiæ. Testis enim mihi est deus, quàm desiderem uos omnes in uisceribus Iesu Christi. Et illud oro, ut charitas uestra adhuc magis ac magis exuberet in agnitione omniq; intelligentia, ut probetis quæ sunt præstantia, ut sitis synceri, ac tales, ut nemini sitis offendiculo in diem Christi, impleti fructu iustitię, qui contingit per Iesum Christum ad gloriam

2. Cor. 1. Gal. 1. Ephe. 1. 1. Pet. 1.

riam & laudem dei. Scire autem uos uolo, fratres, quod quæ mihi acciderũt, magis ad profectum euangelij euenerunt: ita ut uincula mea manifesta facta sint in Christo in toto prætorio, ac cæteris omnibus: utq; plures ex fratribus in domino, freti uinculis meis, uberius auderẽt impauide sermonem loqui. Nonnulli quidẽ per inuidiam & contentionem, nõnulli uero & propter bonam uoluntatem Christũ prędicant. Alij autem ex contentione Christum annunciant non pure, existimantes sese afflictionem addere uinculis meis, alij rursus ex charitate, scientes quod in defensionem euangelij constitutus sim. Quid enim? Attamen quouis modo, siue per occasionem, siue per ueritatem, Christus tamen annunciatur, & in hoc gaudeo, quinetiam gaudebo. Noui enim q̃ hoc mihi cedet in salutem per uestram deprecationem, & subministrationem spiritus Iesu Christi, secundum expectationem & spem meam, quod nulla in re pudefiam, sed cum omni libertate. ut semper, ita nunc quoque magnificabitur Christus in corpore meo, siue per uitam, siue per mortem. Nam mihi uita Christus est, & mors lucrum. Quod si contingat uiuere in carne, ea res mihi fructus est operis: & quid eligam ignoro. Coartor enim ex his duobus, †desiderans dis- 2. Re. 24.
solui, & esse cum Christo, multo longeq;

melius est. Cęterum manere in carne, magis necessariũ propter uos. Et hoc certo scio, quod mansurus sim, et cum omnibus uobis permansurus sim, in uestrum profectum, & gaudium fidei: ut gloriatio uestra exuberet per Christũ Iesum in me, per meum aduos reditum. Tantum ut dignum est Euangelio Christi, conuersemini: ut siue cum uenero & uidero uos, siue absens sim, audiam de rebus uestris, quod stetis in uno spiritu, una anima, adiuuantes decertantem fidem euangelij: nec in ullo terreamini ab aduersarijs: quæ illis quidem est causa perditionis, uobis autem salutis: & hoc à deo, quia uobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, uerumetiam ut pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale uidistis in me, & nunc auditis in me.

CAPVT II.

Si qua igitur consolatio in Christo, si quid solatium dilectionis, si qua communio spiritus, si qua uiscera ac miserationes, cõplete meum gaudium, ut similiter affecti sitis, eandem charitatem habentes, unanimes, idem sentientes: ne quid fiat per contentionem, aut per inanem gloriam, sed per humilitatem animi, alium quisque se præstantiorem existimet. Ne sua quisq; spectetis, sed unusquisq; quæ sunt aliorum. Is enim affectus sit in uobis, qui fuit & in Chri

sto

sto Iesu, qui cum esset in forma dei, non rapinam arbitratus est, ut esset æqualis deo, sed semetipsum inaniuit, forma serui sumpta, in similitudine hominum constitutus, & figura repertus ut homo, humilem præbuit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. † Quapropter & deus illum in summam extulit sublimitatem, ac donauit illi nomen quod est supra omne nomen, † ut in nomine Iesu omne genu se flectat, cœlestium, ac terrestrium, & infernorum, omnis & lingua confiteatur, quod dominus sit Iesus Christus, ad gloriam dei patris. Proinde dilecti mei, quemadmodum semper obedistis, non tanquam in præsentia mea solum, sed nunc multo magis in absentia mea, cum timore ac tremore uestram ipsorum salutem operemini: nam deus est is qui agit in uobis, & ut uelitis, & ut efficiatis pro bono animi proposito. †Omnia facite sine murmurationibus ac disceptationibus, tales ut nemo de uobis queri possit, syncerique, filij dei irreprehensibiles in medio nationis prauæ ac tortuosæ: inter quos lucete tanquam luminaria in mundo, sermonem uitæ sustinentes, ut gloriari possim in diem Christi, & nõ in uanum cucurrerim, nec in uanũ laborauerim. Quin etiam si immolor super hostia sacrificio & si dei uestræ, gaudeo & congaudeo omnibus

Heb. 2.

Rom. 14. Esa. 45.

1. Pe. 4.

uobis. Ob idipsum autem & uos gaudetis & congaudetis mihi. Spero aũt in domino Iesu me Timotheum breui missurum uobis, ut & ego læto sim animo, cognito statu uestro. Neminem enim habeo pari mecum animo præditum, qui germane res uestras curaturus sit. † Nam omnes quæ sua ipsorum sunt quærunt, non quæ Christi Iesu. Porrò probationem eius nostis, quod ut filius mecum ueluti cum patre seruierit in euangelium. Hunc igitur spero me missurum, mox ubi uidero mea negotia. Confido autem in domino, quod & ipse breui uenturus sim. Sed operæpretiũ arbitratus sum, Epaphroditum fratrem & collegam & commilitonem meum, uestrũ autem apostolum, quiq; mihi subministrat in necessitate mea, mittere ad uos. Quandoquidem desiderabat omnes uos anxius animi, propterea quod audissetis eum infirmatum fuisse. Et certè fuit infirmus, ita ut esset uicinus morti, sed deus misertus est illius: at non illius tantum, sed & mei, ne dolorem haberẽ super dolorem. Studiosius itaq; misi illũ, ut cum uideritis illum, denuo gaudeatis, & ego magis uacem dolore. Excipite igitur illum in domino cũ omni gaudio: & qui huiusmodi sunt, eos in pretio habete, quoniã propter opus Christi eo accessit, ut morti proximus fuerit, non habita ratione uitæ, ut suppleret id

1. Cor. 13.

quod

quod in uestro erga me officio fuit diminutum.

CAPVT III.

QVod supereſt fratres, gaudete in domino: eadem ſcribere uobis, me quidem haud piget, uobis autem tutum eſt. Cauete canes, cauete malos operarios, cauete concisionem. Nos enim ſumus circuncisio, qui ſpiritu deũ colimus, & gloriamur in Chriſto Ieſu, & non confidimus in carne, quanquã ego confidam etiam in carne. Si quiſquam alius uideturſ fiduciam habere in carne, ego magis habeo, * circuncisus octauo die, Iſrael ex genere, tribus Beniamin, Hebræus ex Hebræis, iuxta legem phariſæus, *iuxta ſtudium perſequens eccleſiam: iuxta iuſtitiam quæ eſt in lege, factus irreprehenſibilis. Sed quæ mihi erant lucra, ea arbitratus ſum propter Chriſtum damnum eſſe. Quinetiam arbitror omnia damnũ eſſe propter excellentiam cognitionis Chriſti Ieſu domini mei, propter quem omnia pro damnis duxi, habeoq; pro reiectamentis, ut Chriſtum lucrifaciam, utq; reperiar in illo non habens meam iuſtitiam ex lege, ſed eam quæ per fidem eſt Chriſti, quæ eſt ex deo iuſtitiam ſuper fide: ut cognoſcam illum, & potentiam reſurrectionis illius, & communionem afflictionũ illius, dum conformis fio morti eius, ſi quo modo pertingã ad reſurrectionem mortuorum: non quod

Act. 23. Galat. 1. Act. 9.

apprehenderim, aut tam perfectus sim, sed sector, si etiam apprehendam, quatenus & apprehensus sum à Christo Iesu. Fratres, ego meipsum nondum arbitror assequutum esse. Vnum autem illud ago, ea quidē quæ à tergo sunt obliuiscens: ad ea uero quæ à fronte sunt, enitens, iuxta prę fixum signum insequor ad palmam supernæ uocationis dei, per Christum Iesum. Quotquot itaque perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliter sentitis, hoc quoq; uobis deus reuelabit. Attamen ad id quod assequuti sumus, eadem procedamus regula, ut simus cōcordes. ✶Pariter estote imitatores mei fratres, & considerate eos qui sic ambulant, quem admodū habetis nos pro exemplari. Nam complures ambulant, de quibus sæpe dixi uobis, nūc autem & flens dico, inimici crucis Christi, quorū finis perditio est, ✶ quorum deus uēter, & gloria in dedecore ipsorum, qui terrestria curant. Nam nostra conuersatio in cœlis est: ex quo & seruatorem expectamus dominū Iesum Christum, qui transfigurabit corpus nostrum humile, ut conforme reddat corpori suo glorioso, secundum efficaciam, qua potest etiam subijcere sibi omnia.

1. Cor. 4. & 11.

Rom. 16.

CAPVT IIII.

PRoinde fratres mei dilecti ac desiderati, gaudium & corona mea, sic state in domino

mino dilecti. Euodiam obsecro, & Syntychen obsecro, ut sint concordes in domino. Sanè rogo & te compar germana, adiuua eas quæ in Euangelio decertarunt mecum unà cum Clemente quoq;, & reliquis cooperarijs meis, quorũ nomina sunt in libro uitæ. Gaudete in domino semper, & iterũ dico gaudete. Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Dominus propè est. De nulla re soliciti sitis, sed in omni precatione & obsecratione, cum gratiarum actione petitiones uestræ innotescant apud deum. Et pax dei quæ superat omnem intellectũ, custodiet corda uestra, & sensus uestros per Christũ Iesum. Quod reliquum est fratres, quæcunq; sunt uera, quæcunq; honesta, quæcunq; iusta, quæcunq; pura, quæcunq; accommoda, quæcunq; boni ominis, si qua uirtus, & si qua laus, hæc cogitate. Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & uidistis in me, hæc facite, & deus pacis erit uobiscum. Gauisus sum autem in domino magnopere, quod iam tandẽ reuiguit uestra pro me solicitudo in eo, in quo & soliciti eratis: uerum deerat opportunitas: non quod iuxta penuriam loquar. Nam ego didici, in quibus sum, his contentus esse. Noui & humilis esse, noui & excellere. Vbique & in omnibus institutus sum, & saturari, & esurire, &

abūdare, & penuriam pati. Omnia possum per Christum, qui me corroborat. Attamen recte feciſtis, q̄ simul communicaſtis meæ afflictioni. Noſtis autem & uos Philippenſes, quod in principio euangelij, cum proficiſcerer à Macedonia, nulla mihi eccleſia communicaueritin rationem dandi & accipiendi, niſi uos ſoli. Nam & in Theſſalonica cum eſſem, ſemel & iterum quod opus erat mihi miſiſtis: non q̄ requiram munus, ſed requiro fructum exuberantem in rationem ueſtram. Recepi tamen omnia & abundo, expletus ſum, poſteaquam accepi ab Epaphrodito, quæ à uobis miſſa fuerant,
Rom. 12. odorem bonæ fragrantiæ, * hoſtiam acceptam gratam q̄ deo. Deus autem meus ſupplebit, quicquid opus fuerit uobis, ſecundum diuitias ſuas cum gloria, per Chriſtū Ieſum. Deo autem & patri noſtro gloria in ſæcula ſæculorum, Amen. Salutate omnem ſanctum in Chriſto Ieſu. Salutant uos qui mecum ſunt fratres. Salutant uos omnes ſancti, maxime uero qui ſunt ex Cæſaris familia. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus uobis, Amen.

Scripta eſt è Roma per
Epaphroditum.

IN

Coloſſenſes argumentum per Eraſmum Roterodamum.



Coloſſenſes in Aſia minore ſunt finitimi Laodicēſibus: hos non uiderat apoſtolus. Nam Archippi, ſiue, quod addit Ambroſius, Epaphræ quibus hoc delegatū erat, prædicatione conuerſi ſunt ad Chriſtum. His uehementer imminebāt pſeudoapoſtoli, conantes in dogma multo peruerſiſſimū inducere, docentes non eſſe filium dei ſalutis autorē, ſed per angelos uiam patere ad patrem: neq; enim ueniſſe filium dei in hūc mundum, neq; uenturum, cum in ueteri teſtamento per angelos adminiſtrata ſint omnia. Deinde Iudaiſmum & philoſophiæ ſuperſtitionem cum Chriſti doctrina miſcebant, obſeruantes quædam legis inſtituta. & ſuperſtitioſe obſeruantes Solem, Lunā, ac ſtellas, & elemēta huius mundi, quibus docebāt nos eſſe obnoxios. Hos igitur ſuæ profeſſionis cōmonefacit, oſtendens illos quicquid hactenus aſſequuti ſunt, non angelis debere, ſed Chriſto, angelorū conditori: hunc unū eſſe caput eccleſię, nec ab alio quoquam petendam ſalutem. Atq; interim autoritatem ſuam aſſerit. Diligenter autem

monet, ne pseudapostolorũ magniloquentia, confictis q; uisionibus angelorũ sibi imponi paterentur, & uel in Iudaismum, uel in philosophicam superstitionem prolaberentur. Atq; hæc agit duobus primis capitibus. In reliquis hortatur ad officia pietatis, nominatim præscribens qualis uxor erga maritum, qualis debeat esse maritus in uxorem: qualis parens erga liberos, liberi erga parentes: serui erga dominos, domini erga seruos. Extrema pars salutationibus occupatur, nisi quod Archippum commonet officij sui. Scripsit autem è carcere ab Epheso per Tychicũ, quod ipse palàm testatur in huius epistolæ cap. 4. cui collegã dederat Onesimum. Græcorum inscriptiones ex urbe Roma missam testantur. Hinc certe remisit Onesimum, quem illic in uinculis genuerat Christo.

Argumenti finis.

AD

Epistola.

CAPVT I.



Paulus apostolus Iesu Christi per uoluntatē dei, & Timotheus frater, his qui sunt Colossis sanctis ac fidelibus fratribus in Christo. †Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. * Gratias agimus deo & patri domini nostri Iesu Christi, semper de uobis cum oramus, quoniam audiuimus fidem uestram in Christo Iesu, & charitatem erga omnes sanctos, propter spem repositam uobis in cœlis, de qua prius audieratis per sermonem ueracem euangelij quod peruenit ad uos, quemadmodum & in toto mundo etiam fructificat, sicut & in uobis, ex eo die quo audistis & cognouistis gratiam dei per ueritatem. Quemadmodum & didicistis ex Epaphra dilecto conseruo nostro, qui est fidus pro uobis minister Christi, qui & exposuit nobis uestram dilectionem in spiritu. Propterea & nos ex quo die audiuimus, †non desiuimus pro uobis orare, & poscere, ut impleamini agnitione uoluntatis eius in omni sapientia & prudentia spirituali, ut ambuletis digne domino, ut per omnia pla-

2. Cor. 1. Gal. 1. Ephe. 1. *Phil. 1.

2. Thes. 1. †

ceatis, in omni opere bono fructificantes, & crescentes, in agnitionem dei, omni robore corroborati, iuxta potentiam gloriæ illius, ad omnem tolerãtiam ac patientiam cum gaudio: gratias agentes patri, qui idoneos nos fecit ad participationẽ sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos à potestate tenebrarum, ac transtulit in regnum filij sibi dilecti, per quem habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum, qui est imago dei inconspicui, primogenitus uniuersæ creaturæ, quod per illum creata sint omnia, quæ in cœlis sunt, et quę in terra, uisibilia et inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per illum, & in illum creata sunt: & ipse est ante oẽia, & omnia per illum consistunt, & ipse est caput cor-
1. Cor. 15 poris ecclesiæ: *qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primas tenens: quoniam in illo complacitum est patri uniuersam plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare cuncta erga se, pacificatis per sanguinẽ crucis eius per eundem, siue quæ in terra sunt, siue quæ in cœlis. Et uos qui quondã eratis abalienati, & inimici mente in operibus malis, nũc tamen reconciliauit in corpore carnis suæ per mortem, ut exhiberet uos sanctos & irreprehensibiles, & inculpatos in conspe-

ctu

ctu suo: siquidem permanetis in fide fundati ac stabiles, nec dimouemini à spe euangelij, quod audistis: quod prædicatum est apud uniuersam creaturam, quæ sub cœlo est: cuius factus sum ego Paulus minister. Nũc gaudeo super afflictionibus meis pro uobis, et suppleo quod deerat afflictionum Christi in carne mea, pro corpore ipsius, quod est ecclesia: cuius ecclesię factus sum ego minister iuxta dispensationem dei, quæ data est mihi in uos, implendi sermonem dei: mysterium quod reconditum fuit à sæculis, & à generationibus: nunc autem patefactum est sanctis illius, quibus uoluit deus notũ facere, quæ sint diuitiæ gloriæ mysterij huius inter gentes: qui est Christus in uobis, spes glorię, quem nos annũciamus, admonentes omnem hominem & docentes omnem hominem in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu: ad quod etiam enitor, decertans secundum efficaciam eius agentem in me per uirtutem.

CAPVT II.

NAm uolo uos scire, quãtam solicitudinem habeam de uobis, & his qui sunt Laodiceæ, & quotquot non uiderunt faciem meam in carne, ut consolationem accipiant corda illorum, cum fuerint com-

pacti in charitate, & in omnem opulentiam certæ persuasionis intelligentiæ, in agnitionem mysterij dei, & patris & Christi: in quo sunt omnes thesauri sapientiæ ac scientiæ reconditi. Hoc autem dico, ne quis uobis imponat probabilitate sermonis. †Etenim quamuis carne sim absens, tamen spiritu uobiscū sum, gaudens ac uidens uestrum ordinem, & soliditatem uestræ in Christum fidei. Quemadmodū igitur accepistis Christum Iesum dominū, ita in eo ambulate, sicut radices habeatis in illo fixas: & in illo superstruamini, confirmeminiq; per fidem, sicut edocti estis, exuberātes in ea cum gratiarumactione. Videte, ne quis sit qui uos deprædetur per philosophiam & inanē deceptionem, iuxta cōstitutionem hominum, iuxta elementa mundi, & non iuxta Christum. Quoniam in illo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter: & estis in illo completi, qui est caput omnis principatus ac potestatis: per quem & circuncisi estis circuncisione, quæ fit sine manibus, dum exuistis corpus peccatorum carnis per circuncisionem Christi, consepulti simul cum illo per baptismum, in quo simul etiā cum illo resurrexistis per fidem operationis dei qui excitauit illū ex mortuis. †Et uos cum essetis mortui per delicta, & per præputium carnis uestræ, simul cum illo uiuificauit,

2. Cor 5.

Ephe. 2.

uit, condonans nobis omnia delicta, deleto quod aduersus nos erat, chirographo, q̃d erat cõtrarium nobis per decreta: & illud sustulit è medio, affixũ cruci: expoliatos q̃ principatus ac potestates ostẽtauit palàm, triũphans de illis per semetipsum. Ne quis igitur uos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut nouilunij, aut sabbathorum, quæ sunt umbra rerum futurarum, corpus autẽ Christi. * Ne quis uobis palmam interuertat, data opera per humilitatem & superstitionem angelorum, in his quæ non uidit fastuosus incedens, frustra inflatus à mente carnis suæ: nec obtinens caput, ex quo totum corpus per cõmissuras & compagines subministratum, & compactũ, augescit augmento dei. Itaq̃ si mortui estis cũ Christo ab elemẽtis mundi, quid quasi uiuentes in mũdo, decretis tenemini? Ne tetigeris, ne gustaris, neq̃ cõtrectaris: quæ omnia ipso pereũt abusu, iuxta prȩcepta & doctrinas hominũ, quæ uerbotenus quidẽ habent speciẽ sapientiæ per superstitionem ac humilitatem animi, & læsionem corporis: non per honorem aliquem ad expletionem carnis.

Matt. 24. Marc. 13. Luc. 21.

CAPVT III.

ITaq̃ si resurrexistis unà cum Christo, superna quærite, ubi Christus est ad dexte-

ram dei sedens Superna curate, non terrestria. Siquidem emortui estis, et uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Quandocunq; Christus manifestatus fuerit, uita nostra, tunc & uos cum illo manifestabimini in gloria. * Morificate igitur membra uestra terrestria, stuprum, immunditiam, mollitiem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulachrorum cultus: ob quæ uenire solet ira dei in filios intractabiles, inter quos ambulabatis quondã, cum uiueretis in his. * Nũc autem deponite & uos omnia, iram, indignationem, malitiam, maledicentiã, turpiloquentiam ab ore uestro. * Ne mentiamini alius aduersus aliũ, posteaquã exuistis ueterem hominem cum factis suis, & induistis nouum, qui renouatur ad agnitionem & imaginem eius qui condidit illum: ubi non est Græcus & ludæus, circuncisio & præputium, Barbarus, Scytha, seruus, liber: sed omnia in omnibus Christus. * Sitis igitur induti tanquam electi dei, sancti ac dilecti, uiscera miserationum, comitatem, modestiam, mansuetudinem, lenitatem: sufferentes uos inuicem, & condonantes uobis mutuo, si quis aduersus aliquem habuerit querelam: quẽ admodum & Christus condonauit uobis, ita & uos, super omnia autem hæc, charitatem, quæ est uinculũ perfectionis. Et pax

1. Cor. 6. Ephes. 5. Hebr. 12. 1. Pet. 2. Ephes. 2. Roma 6. Ephes. 4. Eph. 4. 6

dei

dei palmã ferat in cordibus uestris, in quã
& uocati estis in uno corpore: & grati si-
tis. Sermo Christi inhabitet in uobis opu-
lente cum omni sapientia. Docete & com
monete uos inuicem cantionibus & laudi-
bus, & cantilenis spiritualibus, cum gra-
tia canentes in corde uestro domino. * Et 1.Cor.10
quicquid egeritis sermone aut facto, omnia
in nomine domini Iesu facite, gratias agen-
tes deo & patri per illum. * Vxores subdi Ephes. 5.
tæ estote proprijs uiris, sicuti conuenit in 1.Pet.3.
domino. Viri, diligite uxores, & ne sitis a-
marulenti aduersus illas. * Filij obedite pa Ephes. 6.
rentibus in omnibus: hoc enim bene pla-
cet domino. Patres, ne prouocetis liberos
uestros, ne despondeant animum. * Serui, Ibidem.
obedite per omnia his qui domini sunt se- 1.Pet.2.
cundum carnem, non obsequijs ad oculum Tit.2.
exhibitis, tanquam hominibus placere stu-
dentes, sed cum simplicitate cordis timen-
tes deum. Et quicquid feceritis, ex animo
facite, tanquã domino, & non hominibus:
scientes quod à domino recipietis merce-
dem hæreditatis, nam domino Christo ser- 2. 6.
uitis. * Cæterum qui peccarit, reportabit Ro. Eph.
peccatum suum, & non est personarum re- Act.10.
spectus. Galat.2.

CAPVT IIII. 1.Pet.1.

VOs domini æquitatem & æquabilita-
tem seruis exhibete, scientes quod &

uos habeatis dominum in cœlis. Obsecrationi instate, uigilantes in ea cũ gratiarum actione, orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis ostiũ sermonis, ut loquamur mysteriũ Christi: propter quod & uinctus sum, ut manifestem illud, sicut oportet me
Ephes. 5. loqui. * Sapienter ambulate erga extraneos, opportunitatẽ redimentes. Sermo uester semper cum gratia sit sale conditus, ut sciatis quomodo oporteat uos unicuiq; respondere. De omnibus rebus meis certiores uos faciet Tychicus, dilectus frater, & fidus minister, & conseruus in dño: quem misi ad uos in hoc ipsum, ut cognoscat q̃d agatis, & cõsoletur corda uestra, unà cum Onesimo fido & dilecto fratre, qui est ex uobis: de omnibus uobis exponẽt quæ hic agantur. Salutat uos Aristarchus concapti
2. Tim. 4 uus meus, * & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata: si uenerit ad uos, excipite eum: & Iesus qui uocatur Iustus: qui sunt ex circuncisione, hi soli cooperarij sunt ad regnum dei, qui fuere mihi solatio. Salutat uos Epaphras, qui ex uobis est seruus Christi, semper anxie laborans pro uobis in precationibus, ut stetis perfecti & completi in omni uolũtate dei. Testimonium enim illi perhibeo, quod habeat multum studium pro uobis, & his qui sunt Laodiciæ, & his qui Hierapoli. Salutat

tz tuos Lucas medicus dilectus et Demas. Salutate fratres q̃ sunt Laodiciæ, & Nymphiam, & quæ in domo illius est congregationem: & cum recitata fuerit à uobis Epistola, facite ut & in Laodicensium ecclesia recitetur: & eam quæ scripta est ex Laodicia, ut uos quoq; legatis: & dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti in domino, ut illud impleas. Salutatio mea manu Pauli. Memores sitis uinculorum meorum. Gratia uobiscum, Amen.

Missa è Roma per Tychicum & Onesimum.

IN EPISTOLAM AD THESsalonicenses priorem, Argumentum per Erasmum Roterodamum.

THessalonica Macedoniæ metropolis est, unde & regionis incolæ Thessalonicenses appellati. Hi in fide semel accepta, tanta constantia perstiterunt, ut & Pauli exemplo, ciuium suorum persequutiones infracto, et alacri pertulerint animo: nec ullo pseudapostolorũ suasu quiuerint ab euangelica institutione deflecti. Quod

ueritus Paulus, quem non latebat pseudapostolorum improbitas, cum ipsi non liceret illos inuisere, misit Timotheum: ex quo reuerso, cum didicisset illorum constantiam, collaudat eos, gratias agens deo. Atq; id quidem agit cap. 1. & 2. In cæteris duobus instituit eos in uarijs pietatis officijs, subindicans esse inter eos qui nondum omnino puri essent ab omni libidine: nec deesse qui otio diditi grauarẽt alios: item qui inquieti ipsi, turbarent ecclesiæ tranquillitatem, quos corripi iubet. Præterea qui de resurrectione nondum satis confirmata essent opinione (cum defunctos ita lugerent, quasi periissent, ac non potius ad meliora demigrassent) hos instituit atq; confirmat. Rursus alios disputasse de die aduentus domini, quasi is præsciri prædicíq; possit, cum incertus sit omnibus. Verum eum ait subitum, & prẽter omnium expectationem adfuturum, quo magis simus ad om̃e momentum parati. Scripsit ab Athenis per Tychicum ministrum, iuxta Græcorũ inscriptionem: cui collegam addunt Onesimum nostra argumenta, quæ incerto autore leguntur in uulgatis exemplaribus.

Argumenti finis.

CAPVT I.



Aulus & Siluanus & Timotheus ecclesiæ Thessalonicensium, in deo patre & dño Iesu Christo. † Gratia uobis & pax à deo patre nostro & dño Iesu Christo. 2.Cor.1. Gal.1. 1.Pet.1.
Gratias agimus deo semper de omnibus uobis, mentionem uestri facientes in precibus nostris, indesinenter memores uestri propter opus fidei ac laborem charitatis: & quod perm. sistis in spe domini nostri Iesu Christi cora deo & patre nostro: scientes fratres dilecti à deo, electionem uestram: quoniam euangelium nostrum fuit erga uos, non per sermonem solum, uerumetiam per uirtutem, & per spiritū sanctum, perq; certitudinem multam: quemadmodum nostis, quales fuerimus inter uos, uestra causa. Et uos imitatores nostri facti fuistis & domini, recipientes sermonē cum afflictione multa, cum gaudio spiritus sancti, adeo ut fueritis exemplo omnibus credentibus in Macedonia & Achaia. A uobis enim pertonuit sermo domini, non solum in Macedonia & Achaia, uerumetiam in omni loco fides uestra quæ est in deum, dimanauit, ut non sit

nobis necesse loqui quicquam. Siquidem ipsi de uobis annũciant, qualem ingressum habuerimus ad uos, & quomodo conuersi fueritis ad deum à simulachris, ut seruiretis deo uiuẽti, & ueraci, & expectaretis filium eius de cœlis, quem excitauit à mortuis, Iesum, qui liberat nos ab ira uentura.

CAPVT II.

NAm ipsi nostis fratres introitũ nostrum ad uos, quod nõ fuerit inanis, sed quod ante malis affecti, & contumelijs affecti, quemadmodum scitis, Philippis, audacter egerimus in domino nostro ad loquendum apud uos euangelium dei, in multo certamine. Siquidem exhortatio nostra non fuit ex impostura, neque ex immunditia, neque cum dolo: sed quemadmodum probati fueramus à deo, ut nobis committeretur euan-
Gal.1. gelium: †ita loquimur, non ut hominibus placentes, sed deo, qui probat corda nostra. Neque enim unquam per sermonem adulationis uersati sumus, quemadmodum nostis: nec per occasionem auaritiæ, deus est testis: neque quærentes ex hominibus gloriam, nec à uobis, nec ab alijs, cum possemus in authoritate esse, tanquam apostoli Christi, sed fuimus placidi in medio uestri, perinde ac si nutrix foueat suos filios: sic affectu propensi in uos, animo cupiebamus impartire uobis, non solum euan-

gelium

gelium dei, uerumetiam noſtras ipſorũ animas, propterea quod chari nobis facti eſtis. Meminiſtis enim fratres laboris noſtri, ac ſudoris. † Nocte enim ac die opus facientes ob id, ne cui ueſtrum eſſemus oneri, prędicauimus apud uos euangeliũ dei. Vos autem teſtes eſtis & deus, quàm ſancte & iuſte, & inculpate uobiſcum qui credebatis, uerſati fuerimus, quemadmodum noſtis, ut erga unumquenq; ueſtrum, tanquam pater erga filios ſuos, fuerimus affecti, obſecrantes uos & conſolantes, & obteſtantes, ut ambularetis digne deo, qui uocaſſet uos in ſuum regnum ac gloriam. Quapropter & nos gratias agimus deo indeſinenter, quod cum acciperetis ſermonem à nobis, quo deum diſcebatis, accepiſtis non ſermonem hominum, ſed ſicut erat uere ſermonem dei, qui & agit in uobis credentibus. Vos enim imitatores facti eſtis fratres eccleſiarũ dei, quæ ſunt in Iudæa, in Chriſto Ieſu: quod eadem paſſi ſitis & uos à proprijs contribulibus, quemadmodum & ipſi nos à Iudæis: qui ut & dominum occiderunt Ieſum, † & proprios prophetas, † ita & nos perſequuti ſunt: & deo non placent, & omnibus hominibus aduerſantur, qui obſiſtunt nobis, ne loquamur gentibus, quo ſalui fiant, ut expleant ſua peccata ſemper.

2. Theſ. 1. Act. 20.

M. 5. 23. Ioan. 15.

Peruenit autem in illos ira in finem. Cæterum nos fratres, orbati uobis ad ſpatium temporis aſpectu, non corde, uehementius ſtuduimus uidere faciem ueſtram, cum multo deſiderio. Quapropter uoluimus uenire ad uos, ego quidem Paulus, & ſemel & iterum, & obſtitit nobis ſatanas. Nam quę eſt noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriationis: an non & uos in conſpectu domini noſtri Ieſu Chriſti in eius aduentu? Vos ẽm eſtis gloria noſtra & gaudium.

CAPVT III.

PRoinde cum non amplius ferremus, uiſum eſt nobis, ut Athenis reſideremus ſoli, ac miſimus Timotheum fratrem noſtrum & miniſtrum dei, & adiutorem operis noſtri in euangelio Chriſti, ut cõfirmaret uos, & conſolaretur uos de fide noſtra, ne quiſquam turbaretur in afflictionibus his. Nam ipſi noſtis, nos in hunc uſum poſitos eſſe. Etenim quum apud uos eſſemus, prædicebamus uobis, fore ut afflictionem pateremur, quemadmodum & euenit, & noſtis. Quapropter & ego non amplius ferens, miſi ad hoc, ut cognoſcerem fidem ueſtram, ne quo pacto tentaſſet uos ille qui tentat, & inanis factus eſſet labor noſter. Nuper autem cum ueniſſet Timotheus ad nos à uobis, & annunciaſſet nobis fidem ac dilectionem ueſtram: & q̃ habeatis memoriam

moriam nostri bonam semper, desiderantes nos uidere, quemadmodū nos quoq; uos. Idcirco consolationem accepimus fratres per uos, super omni afflictione & necessitate nostra, per uestram fidem. Quoniam nunc uiuimus, si uos statis in domino. Quam enim gratiarumactionē possumus deo rependere de uobis, super omi gaudio, quod gaudemus propter uos in conspectu dei nostri, nocte ac die supra modum †orantes, ut uideamus uestrā faciem, & suppleamus quæ desunt fidei uestræ? Ipse uero deus & pater noster, et dominus noster Iesus Christus dirigat uiam nostram ad uos: uos autem dominus abundantes & exuberantes faciat mutua inter uos charitate, & in omnes, quemadmodum & nos in uos, ut confirmet corda uestra irreprehensibilia in sanctimonia coram deo & patre nostro, in aduentu domini nostri Iesu Christi, cum omnibus sanctis eius. 2. Thes. 2. Col. 2.

CAPVT IIII.

QVod superest igitur fratres, rogamus uos, et hortamur per dominum Iesum, quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat uos uersari, & placere deo, ut abundetis magis. Nostis enim quæ præcepta dederimus uobis per dominum Iesum. †Hæc enim est uolūtas dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis à scortatione, & sciat u- Rom. 12. Ephe. 5.

nuſquiſq; ueſtrum ſuum uas poſſidere cum ſanctificatione & honore, non cum affectu concupiſcentiæ, quemadmodum & gentes
Leuit.19. quæ non nouerunt deum. †Ne quis opprimat ac fraudet in negotio fratrem ſuum, propterea quod ultor eſt dominus de omnibus his, quemadmodum et ante diximus uobis, ac teſtati ſumus. Nõ enim uocauit nos deus immunditiæ cauſa, ſed ad ſanctificationem. Proinde qui reijcit, nõ reijcit hominem, ſed deum, qui dedit ſpiritum ſuum ſanctum in
Ioan.15. uos. †Cæterum de fraterna charitate non
1.Ioan 4. neceſſe habetis ut ſcribam uobis. Ipſi nanq; diuinitus docti eſtis, ut diligatis uos inuicem. Nam & facitis hoc erga cunctos fratres qui ſunt in tota Macedonia. Obſecramus autem uos fratres, ut abundetis magis, & in hoc incumbatis, ut quieti ſitis: & agatis res proprias, & operemini proprijs manibus ueſtris, ſicuti uobis præcepimus: ut uos geratis honeſte erga extrarios, & nulla re uobis ſit opus. Cæterum, nolo uos ignorare fratres de his qui obdormierunt, ne doleatis, quemadmodum & cæteri non habentes ſpem. Nam ſi credimus, quod Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit: ſic & deus eos qui obdormierunt per Ieſum, adducet cum illo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quod nos qui uiuemus,

&

& reliqui erimus in aduentum domini, nequaquam præueniemus eos qui dormiunt. Quoniam ipse dominus cum hortatu, & uoce archangeli, ac tuba dei descendet de cœlo, † & mortui in Christo resurgent primũ: 1. Cor. 15
deinde nos qui uiuemus, q reliqui erimus, simul cum illis rapiemur in nubibus in occursum domini in aera, & sic semper cũ domino erimus. Proinde consolemini uos mutuo sermonibus his.

CAP. V.

PORRÔ de temporibus & articulis temporum fratres, non est opus ut uobis scribam. Ipsi enim planè scitis, † quod dies ille 1. Pet. 3.
domini ut fur in nocte, ita uẽturus sit. Cum Apoc. 3.
enim dixerint, Pax, & tuta omnia, tunc repentinus eis imminet interitus, sicuti dolor partus mulieri prægnanti, nec effugient. At uos fratres non estis in tenebris, ut dies ille uos tanquam fur opprimat. Omnes uos filij lucis estis, ac filij diei: non sumus noctis, neq; tenebrarum. Proinde ne dormiamus, sicut & cęteri, sed uigilemus, et sobrij simus. Nam qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui inebriantur, noctu sunt ebrij. At nos qui sumus diei, sobrij simus, † induti thoracem fi Esa. 59.
dei & charitatis, & pro galea spem salu- Ephe. 6.
tis. Quoniam non constituit nos deus, ut iram nobis concitemus, sed ut salutem

consequamur per dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis: ut siue uigilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus. Quapropter adhortemini uos mutuo, & ædificetis singuli singulos, sicut & facitis. Rogamus autem uos fratres, ut agnoscatis eos qui laborant inter uos, & qui præsunt uobis in domino, & admonent uos, ut habeatis illos in summo pretio per charitatem propter opus illorum, pacem habete cum illis. Obsecramus autem uos fratres, monete inordinatos, consolamini pusillanimes, subleuate infirmos, patientes estote erga omnes. † Videte ne quis malum pro malo cuipiam reddat, sed semper quod bonum est sectemini, tum erga uos inuicem, tum erga omnes. † Semper gaudete, indesinenter orate, in omnibus gratias agite. Hæc enim est uoluntas dei per Christum Iesum erga uos. Spiritum ne extinguatis, prophetias ne aspernemini. Omnia probate, quod bonum fuerit, tenete. Ab omni specie mala abstinete. Ipse autem deus pacis sanctificet uos totos. Et integer uester spiritus, & anima, & corpus, ita ut in nullo possitis culpari, in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. † Fidelis est qui uocauit uos, qui idem efficiet. Fratres, orate pro nobis. Salutate fratres omnes cum osculo sancto. Adiuro uos per dominum, ut recitetur hæc epistola

Mat.5.
Eccli 18.
Luc.18.
1.Cor.1.
12.

epistola omnibus sanctis fratribus. Gratia dñi nostri Iesu Christi sit uobiscum, Amen.

Ad Thessalonicenses prima, scripta fuit ex Athenis.

IN EPISTOLAM AD THESsalonicenses posteriorem Argumentum per Erasmum Roterodamum.

QVoniam non contigit Paulo facultas reuisendi Thessalonicenses, per epistolam confirmat illorum animos, ut fortiter ferant illatas ob Christum afflictiones: nec ipsis defuturum præmium, nec aduersarijs uindictam. Rursum de die aduentus domini, de quo nonnihil attigerat in epistola superiori, monet, ne quid commouerẽtur quorundam dictis, qui asseuerabant illum iam instare, tecte, sicuti putant, significãs, prius abolendum Romanum imperium, ac deinde uenturum Antichristum. Attentius etiam inculcat coercendos esse, qui otio & curiositate sua turbarent quietem & ordinem publicum, & ad opus adigendos, cum ipse Paulus apud eos manibus suis laborarit. Scripsit Athenis per eosdem, per quos misit priorem epistolam, ut nostra docent argumenta.

stoli ad Thessalonicenses secunda.

CAP. I.

PAulus & Siluanus ac Timotheus ecclesię Thessalonicensium, in deo patre nostro, & domino Iesu Christo. † Gratia sit uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratias agere debemus deo semper de uobis fratres, ut par est, quod uehementer augescit fides uestra, & exuberat mutua uestra omnium charitas, cuiusq; in alterum, adeo ut nosipsi de uobis gloriemur in ecclesijs dei, de tolerantia uestra & fide, super omnibus persecutionibus uestris & afflictionibus, quas sustinetis, documentum iusti iudicij dei, in hoc ut digni habeamini regno dei, pro quo & patimini. Siquidem iustum est apud deum, reddere his qui affligunt uos, afflictionem: & uobis, qui affligimini relaxationem nobiscum, cum reuelabitur dominus Iesus de cœlo, cum angelis potentiæ suæ: cum incendio flammæ, qui infligit ultionem his qui non nouerunt deum, & qui non obediunt Euangelio domini nostri Iesu Christi, qui pœnam luent, interitum æternum, à facie domini, & à gloria fortitudinis illius, cum uenerit ut glorificetur in sanctis suis,

2. Cor. 1. Ephe. 1. 1. Pet. 1. 2. Thes. 1.

& admirandus fiat in omnibus credẽtibus,
quod fides habita sit testimonio nostro erga
uos in die illo: † ad quod etiam oramus sem Col. 1.
per pro uobis, ut uos dignos habeat ista uo 1. Thes. 3.
catione deus noster, & compleat omne bo
num propositũ bonitatis, & opus fidei cum
potentia, ut illustretur nomen domini nostri
Iesu Christi per uos, & uos per illũ, iuxta
gratiam dei nostri & domini Iesu Christi.

CAPVT II.

ROgamus autem uos fratres per aduen-
tum domini nostri Iesu Christi, & no-
stri aggregationem in illum, nec cito dimo-
ueamini à mente, neque turbemini, neq; per
spiritum, neq; per sermonem, neque per epi
stolam, tanquam nobis authoribus, quasi
instet dies Christi, † ne quis uos decipiat Matt. 24
ullo modo, quoniam non aduenìet dominus Mar. 13.
nisi uenerit defectio prius, & reuelatus fue Luc. 21.
rit homo ille sceleros us, filius perditus, qui Ephes. 5.
est aduersarius, & effertur aduersus om- Dan. 9.
nem qui dicitur deus aut numen, adeo ut in
templo dei sedeat, ostentans seipsum esse
deum. An non meministis, quod cum adhuc
essem apud uos, hæc dixerim uobis? Et nũc
quid detineat scitis, nempe ut ille reue-
letur in suo tempore. Nam mysterium
nunc agit iniquitatis, tantum qui tenet,

in prẽsentia teneat, donec è medio tollatur:
Esa. 11. & tunc patefiet iniquus ille, † quem dominus conficiet spiritu oris sui, & abolebit claritate aduentus sui: cuius est aduentus secundum operationem satanæ, cum omni potentia, & signis, ac prodigijs mendacibus, & cum omni deceptione iniustitiæ, in his qui pereunt, pro eo q̃ dilectionem ueritatis non receperunt in hoc, ut salui fierent. Et propterea mittet illis deus efficaciam illusionis, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed approbauerunt iniustitiam. Nos autem debemus gratias agere deo semper de uobis fratres dilecti à domino, q̃ elegerit uos deus ab initio in salutẽ, per sanctificationem spiritus, ac fidem ueritatis, ad quod uocauit uos per euangelium nostrum in acquisitionem glorię domini nostri Iesu Christi. Itaq̃ fratres state, & tenete institutiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ipse uero dominus noster Iesus Christus, & deus ac pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam per gratiam, consoletur corda uestra, & stabiliat uos in omni sermone & opere bono.

CAPVT III.

QVod supereſt, orate fratres pro nobis, ut sermo domini currat & glorificetur

rificetur, sicut & apud uos, & ut eripiamur ab absurdis ac peruersis hominibus: non enim omnium est fides, sed fidelis est dominus, qui stabiliet uos, & custodiet à malo. Confidimus autem per dominum de uobis, ꝙ quæ præcipimus uobis, & faciatis, & facturi sitis. Porrò dominus dirigat uestra corda in dilectionem dei, & in expectationem Christi. Præcipimus autem uobis fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut subducatis uos ab omni fratre qui inordinate se gerit, & non iuxta institutionem quam accepit à nobis. Nam ipsi scitis, quo modo oporteat imitari nos, quoniam non inordinate gessimus nos inter uos, † neque gratis panem accepimus à quoquam, sed cum labore & sudore, nocte dieꝙ facientes opus, ad hoc, ne cui uestrum essemus oneri. Non, quod id nobis non liceat, sed ut nosmetipsos formã exhiberemus uobis ad imitandum nos. Etenim cum essemus apud uos, hoc præcipiebamus uobis, ut si quis nollet operari, is nec ederet. Audimus enim quosdam uersantes inter uos inordinate, nihil operis facientes, sed curiose agentes. Iis autem qui sunt istiusmodi, præcipimus & obsecramus per dominũ nostrum Iesum Christum, ut cum quiete operantes, suum ipsorum panem edant. Vos autem fratres, † ne defatigemini in benefaciendo. Quod

1. Thes. 2 Act. 20.

Gal. 6.

si quis non obedit sermoni nostro: per epi-
stolam hunc indicate: & ne commertiũ ha-
beatis cum illo, ut pudore suffundatur: neq;
uelut inimicum habeatis, sed admonete ut
fratrem. Ipse autem dominus pacis det uo-
bis pacem semper omnibus modis. Domi-
nus sit cum omnibus uobis. Salutatio mea
manu Pauli, quod est signum in omni epis-
tola. Ita scribo: Gratia dñi nostri Iesu Christi
sit cum omnibus uobis, Amen.

Missa fuit ex Athenis.

IN EPISTOLAM AD TIMO theum priorem Argumentum, per Erasmum Roterod.

TImotheum matre Iudæa, sed Christia-
na, patre Græco, Paulus in ministeri-
um adoptarat, probæ indolis iuuenem, &
sacris literis eruditum, quem tamen ob Iu-
dæos coactus est circuncidere. Quoniam
autem huic ecclesiarum curam delegarat,
sicut & Tito, quas ipse non poterat adire,
instituit eum in functione episcopali, & in
disciplina ecclesiæ, non sic admonens ut
discipulum, sed ut filium & collegam. Id
quo cum maiore faciat authoritate, sub-
inde apostolicam authoritatem sibi uindi-
cat. Admonet autem, ut reiectis, qui Iudai-
cas

cas fabulas inueherent, ea doceret, quæ essent fidei & charitatis: deinde principum, licet ethnicorum, authoritatem (quoniam hinc pendebat ordo ciuitatis, & tranquillitas reipublicæ) adeo non spernendam Christianis, ut pro his orari iubeat. Quid uiros deceat in cœtu ecclesiastico, qd mulieres, præscribit. Episcopum depingit cum sua familia. Atq; hæc fermè tribus primis capitibus. Deinde admonet, ne recipiat Iudaicas fabulas, de ciborũ delectu, de uitando coniugio. Mox docet qualem se præstare debeat erga grãdes natu uiros, erga iuuenes, erga anus, erga puellas, erga uiduas diuites ac pauperes, & ecclesiæ stipe alendas, erga adolescentiores & suspectæ etiamnum ætatis. Ad hæc præscribit, quid præcipere debeat dominis, quid seruis, quid diuitibus: admonens modis omnibus reijciendas contentiosas quæstiones sophistarum, inani doctrinæ specie sese uenditantium. Scribit & Laodicea per Tychicum diaconum.

CAPVT I.



Aulus apostolus Iesu Christi iuxta delegationē dei seruatoris nostri, & domini Iesu Christi, qui est spes nostra, Timotheo germano fi-
2. Cor.1. lio in fide †Gratia, misericordia, pax à deo
Gal.1. patre nostro, & domino Iesu Christo domi-
Ephe.1. no nostro. Quemadmodum rogaui te ut re-
1.Pet.1. maneres Ephesi, cum proficiscerer in Macedoniam: ita facito, ut renuncies quibusdam, ne diuersam sequantur doctrinam, nec attendant fabulis & genealogijs nunquam finiendis, quæ quæstiones præbent magis ꝙ ædificationem dei, quę est per fidem. Porrò finis pręcepti est charitas ex puro corde, & conscientia bona, & fide non simulata: à quibus quod aberrarunt quidã, deflexerũt ad uaniloquiũ, uolentes esse legis doctores, non intelligentes quę loquũtur, neꝙ de quibus asseuerant. †Scimus autem, quod bona
Rom.7. sit lex, si quis ea legitime utatur, sciẽs illud
Gal.4. quod iusto lex nõ sit posita, † sed iniustis &
Exo.10. inobsequentibus, impijs & peccatoribus,
23. irreuerentibus, & prophanis, patricidis, et
Leuit. 18 matricidis, homicidis, scortatoribus, ma-
1. Cor.5. sculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus,

dacibus, periuris, & si quid aliud est quod sanæ doctrinæ aduersetur secundum euangelium gloriæ beati dei, quod concreditum est mihi. Et gratiam habeo, qui me potentem reddidit, Christo Iesu domino nostro: quia fidelem me iudicauit ponendo in ministerium, qui prius eram blasphemus † & persecutor, & uiolentus: sed & misericordiam adeptus sum, quod ignorans fecerim per incredulitatem. Exuberauit autem supra modū gratia domini nostri cum fide & dilectione, quæ est per Christū Iesum. Certus sermo & dignus, quem modis omnibus amplectamur, quod Christus Iesus uenit in mūdum, ut peccatores saluos faceret, quorum primus sum ego. Verum ideo misericordiā sum adeptus, ut in me primo ostenderet Iesus Christus omnem clementiam, ad exprimendum exemplar ijs qui creditu ri essent in ipso in uitam æternam. Regi autem sæculorum immortali, inuisibili, soli sapienti deo honor, gloria in sæcula sæculorum, Amen. Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, iuxta prophetias quæ de te præcesserunt, ut milites in eis bonam militiam, habens fidem & bonam conscientiam, qua repulsa nonnulli circa fidem naufragium fecerunt: quorum de numero est Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satanæ, ut discant non maledicere. Act. 9. Gal. 1.

CAPVT II.

ADhortor igitur, ut ante omnia fiant deprecationes, obsecrationes, interpellationes, gratiarumactiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus in eminentia constitutis: ut placidam ac quietam uitam degamus cum omni pietate & honestate. † Nam hoc bonum est & acceptum corã seruatore nostro deo, qui cunctos homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Vnus enim deus, unus etiam conciliator dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum pretium redemptionis pro omnibus, ut esset testimonium temporibus suis, *in quod positus sum ego præco & apostolus, ueritatẽ dico in Christo, non mentior, doctor gentium cum fide & ueritate. Volo igitur orare uiros in omni loco, sustollẽtes puras manus absq; ira & disceptatione. † Consimiliter & mulieres in amictu modesto, cum uerecũdia & castitate ornare semetipsas, non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut uestitu sumptuoso, sed quod decet mulieres, profitẽtes pietatem per opera bona. † Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Cæterum mulieri docere non permitto, † neq; autoritatẽ usurpare in uiros, sed esse in silentio. † Adam enim prior formatus est, deinde Eua; & Adã non fuit deceptus,

Infra 5.

2. Tim. 1.

1. Pet. 3.

1. Cor. 14

Ephes. 5.

Gen. 1.

ceptus, sed mulier seducta, obnoxia facta est transgressioni: salua tamen fiet per generationem liberorum, si manserint in fide ac dilectione & sanctificatione cum castitate.

CAPVT III.

INdubitatus sermo. Si quis episcopi munus appetit, honestum opus desiderat. † Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris maritum, uigilãtem, sobrium, modestum, hospitalem, aptum ad docendum: non uiolentum, non percussorem: non turpiter lucri cupidũ, sed æquum, alienum à pugnis, alienum ab auaritia, qui suæ domui bene præsit, qui liberos habeat in subiectione cum omni reuerentia. Quod si quis propriæ domui præesse non nouit, quomodo ecclesiam dei curabit? Non nouitium, ne inflatus in condemnationem incidat calumniatoris. Oportet autem illum & bonum habere testimoniũ ab extraneis, ne in probrum incidat, & laqueum calumniatoris. Ministros itidem compositos, non bilingues, nõ multo uino deditos, non turpiter lucri auidos, tenentes mysterium fidei cum pura conscientia, atq; hi probentur prius, deinde ministrẽt sic, ut nemo possit illos criminari. Vxores similiter modestas, non calumniosas, sobrias, fidas in omnibus. Diaconi sint unius uxoris mariti, Titum 1.

qui liberis recte præsint, & proprijs familijs. Nam qui bene ministrauerint, gradum sibi bonum acquirunt, & multã libertatem in fide, quæ est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo, sperãs fore, ut ueniam ad te cito: quod si tardius uenero, ut noris quomodo oporteat in domo dei uersari: quæ est ecclesia dei uiuentis, columna & stabilimentum ueritatis. Et citra controuersiam magnum est pietatis mysterium. Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu: uisus est angelis, prædicatus est gentibus: fides illi habita est in mundo, receptus est in gloria.

CAPVT IIII.

2. Tim. 3. 2. Pet. 3. Iudæ 1. Eccli 39.

SPiritus autem certo loquitur, † quod in posterioribus temporibus discisc̃et quidam à fide, attendentes spiritibus impostoribus, ac doctrinis dæmoniorum, per simulationem falsiloquorum, cauterio notatam habentium conscientiam, prohibentiũ contrahere matrimonium, iubentium abstinere à cibis, quos deus creauit ad sumendũ cum gratiarum actione fidelibus, & ijs qui cognouerũt ueritatem: † quod quicquid creauit deus, bonum sit, & nihil reijciendum, si cum gratiarum actione sumatur. Sanctificatur enim per sermonẽ dei, ac precationem. De his, si commonefeceris fratres, bonus eris minister Iesu Christi, enutritus in sermoni-

monibus fidei, bonæ ꝙ doctrinæ, quam usque sequutus es. † Cæterum prophanas & 2. Tim. 2.
aniles fabulas reijce, quin potius exerce te metipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio paululũ habet utilitatis: at pietas ad omnia utilis est, ut quæ promissiones habeat uitæ præsentis ac futuræ. Indubitatus sermo, dignus ꝙ, qui omnibus modis approbetur. Nam in hoc & laboramus, & probris afficimur, quod spem fixam habemus in deo uiuente, qui est seruator omnium hominum, maxime fidelium. Præcipe hæc & doce. Nemo tuam iuuentutem despiciat: sed esto forma fidelium in sermone, in conuersatione, in dilectione, in spiritu, in fide, in puritate. Donec uenero, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Ne neglexeris quod in te est donum, quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manuum, authoritate sacerdotij. Hæc exerce, in his esto, ut tuus profectus manifestus sit in omnibus. Attende tibijpsi & doctrinæ, persiste in his. Nam id si feceris, teipsum seruabis, & eos qui te audierint.

CAPVT V.

SEniorem ne sæuius obiurges, sed adhortare ut patrem, iuniores ut fratres, mulieres natu grandiores ut matres, iuniores ut sorores cum omni castitate. Viduas honora, quæ uere uiduæ sunt. Quod si qua ui-

dua, liberos aut nepotes habet, discant primum propriam domum pie tractare, & uicem rependere maioribus. * Hoc enim est honestum & acceptum coram deo. Porrò quæ uere uidua est ac desolata, sperat in deo, & perseuerat in obsecrationibus ac precationibus noctu dieq;. Porrò quæ in delicijs uersatur, ea uiuens mortua est. Et hęc præcipe, ut irreprehẽsibiles sint. Quod si qua suis, & maxime familiaribus, non prouidet, fidem abnegauit, & est infideli deterior. Vidua allegatur non minor annis sexaginta, quæ fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis hominum testimonio comprobata, si filios educauit, si fuit hospitalis, si sanctorum pedes lauit, si afflictis subministrauit, si in omni opere bono fuit assidua. Porrò iuniores uiduas reijce, cum enim luxuriare cœperint aduersus Christum, nubere uolunt, habentes cõdemnationem, quod primam fidem reiecerint, simul autem & otiosæ discunt circumire domos. Imò non solum otiosæ, uerumetiam garrulæ & curiosæ, loquentes quæ non oportet. Volo igitur iuniores nubere, liberos gignere, domum administrare, nullam occasionem dare aduersario, ut habeat maledicendi causam. Iam enim nonnullæ deflexerũt, sequutæ satanam. Quod si quis fidelis, aut si qua fidelis habet uiduas, suppeditet illis, & non

Supra 2.

nō oneretur ecclesia, ut ijs quæ uerè uiduæ sunt suppetat. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime ij qui laborant sermone & doctrina. Dicit enim scriptura: *Boui trituranti non obligabis os. Et: Dignus est operarius mercede sua. *Aduersus presbyterum accusationem ne admiseris, nisi sub duobus aut tribus testibus. Eos qui peccant, coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant. Obtestor in conspectu dei & domini Iesu Christi, & electorum angelorum, ut hęc serues sine præcipitatione iudicij, nihil faciēs iuxta propensionem animi. Manus cito ne cui imponas, neq; communices peccatis alienis. Temetipsum purum serua. Ne posthac bibas aquam, sed uino paululo utere propter stomachum tuum, & crebras tuas infirmitates. Quorundam hominū peccata ante manifesta sunt, præcedētia ad iudiciū, quosdā uero & subsequūtur. Consimiliter et bona opera ante manifesta sunt, & ea quę secus habent occultari non possunt. Deut. 25. 1. Cor. 9. Deut. 19.

CAPVT VI.

QVicunq; sub iugo sunt serui, suos dominos omni honore dignos ducant, ne nomen dei & doctrina male audiat. Qui uero fideles habent dominos, ne cōtemnāt, q̄d fratres sint, sed magis inseruiāt, quod fideles sint ac dilecti qui beneficentiæ parti-

cipes sunt. Hæc doce & exhortare. Si quis diuersam sequitur doctrinam, & non accedit sanis sermõibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, is inflatus est, nihil sciens, sed insaniens circa quæstiones ac disputationũ pugnas, ex quibus nascitur inuidia, contentio, maledicentia, suspiciones malæ, superuacaneæ conflictationes hominum mente corruptorum, & quibus adempta est ueritas, qui existimant quæstum esse pietatem. Seiungere ab his qui eiusmodi sunt. Est autem quæstus magnus, pietas cũ animo sua sorte con
Eccl.5. tento. † Nihil enim intulimus in mundum,
Iob 1. uidelicet nec efferre quicquam possumus: sed habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti erimus. Cæterum qui uolunt ditescere, incidunt in tentationem & laqueum, & cupiditates multas, stultas, ac noxias, quæ demergũt homines in exitium
Eccli 10. & interitum. † Siquidem radix omniũ malorum est studium pecuniæ: quam quidam dum appetunt, aberrauerunt à fide, & seipsos implicuerunt doloribus multis. Tu ue
1. Tim. 2. ro homo dei, ista fuge, † sectare autem iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem: certa bonum certamen fidei, apprehende uitam æternam, ad quam & uocatus es, & professus es bonam professionem coram multis testibus. Præcipio

tibi

tibi in conſpectu dei, qui uiuificat omnia, et Ieſu Chriſti, qui teſtatam fecit ſub Pontio Pilato bonam profeſſionem, ut ſerues præceptum, immaculatus, irreprehẽſibilis, uſq; ad apparitionem domini noſtri Ieſu Chriſti: quã temporibus ſuis oſtenſurus eſt ille beatus & ſolus princeps, †rex regnantium, & dominus dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, lucem habitans inacceſſam, †quem uidit nemo hominũ, neq; uidere poteſt: cui honor & imperium ſempiternum, Amen. His qui diuites ſunt in præſenti ſæculo præcipe, ne elato ſint animo, neq; ſpem ponant in diuitijs incertis, ſed in deo uiuente, qui præbet nobis omnia affatim ad fruendum, ut benefaciãt, ut diuites ſint operibus bonis, ut faciles ſint ad impartiendũ: libenter communicantes, recondentes ſibiſpſis fundamẽtum bonum in poſterum, ut apprehendant æternam uitam. O Timothee, depoſitum ſerua, deuitans prophanas uocum inanitates, & oppoſitiones falſò nominatæ ſcientiæ, quam nonnulli profitentes, circa fidem aberrauerunt. Gratia ſit tecũ, Amen.

Apo. 17. & 19.

Ioan. 1. 1. Ioan. 4.

Miſſa fuit ex Laodicia, quæ eſt metropolis Phrygiæ Pacatianæ.

IN EPISTOLAM AD TIMOTHEUM POSTERIOREM, ARGUMENTUM PER ERASMUM ROTERODAMUM.

QVoniam in superiori epistola spem sui reditus fecerat Timotheo, apud Ephesios agenti, nec fuit eis præstandi facultas, quod Romæ in uinculis haberetur, literis eum confirmat, ne persequutionum procellis deijciatur, sed suo exemplo animum ad martyrium præparet. Instare enim tempora periculosa ob quosdam, pietatis prætextu ueram pietatem subuertentes: itaq; sese iactantes, quasi in uerbis sit Christiana religio, ac non potius in animi puritate. Deinde testatus, imminere diem obitus sui, seq; iam à pleriscq; destitutum, iubet, ut Timotheus unà cum Marco propere ad se Romam ueniat. Scripsit Romę, cum iterum ad Neronis tribunal sisteretur.

Argumenti finis.

Pau-

EPISTOLA PAVLI APOstoli ad Timotheum secunda.

CAPVT I.

PAVLVS apostolus Iesu Christi, per uolũtatem dei, secundum promissionem uitæ quæ est in Christo Iesu, Timotheo dilecto filio. † Gratia, misericordia, pax à deo patre, & Christo Iesu domino nostro, * Gratiam habeo deo, cui seruio à maioribus cum pura cõscientia, quod citra ullam intermissionem faciam de te mentionem in precationibus meis noctu dieq́, desiderans te uidere, memor tuarum lachrymarum, ut gaudio replear, ubi commonefactus fuero eius quæ est in te non simulatæ fidei, quæ habitauit primum in auia tua Loide, et matre tua Eunica: certum autem scio, quod in te quoq́. Quam ob causam commonefacio te, ut suscites donum dei quod est in te per impositionem manuum mearum. † Non enim dedit nobis deus spiritum timiditatis, sed potentiæ ac dilectionis & sobrietatis. Ne igitur te pudeat testimonij domini nostri, neq́ te pudeat mei, qui sum uinctus illius, sed esto particeps afflictionum euangelij iuxta potentiã dei, qui saluos fecit nos,

2. Cor. 2. Gal. 1. 1. Pet. 1. *Rom. 2. Rom. 6.

Titum 3. & uocauit uocatione sancta: † non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiã, quæ data quidem est nobis per Christum Iesum ante tempora æterna, sed palàm facta est nunc per apparitionem seruatoris nostri Iesu Christi, qui mortem quidem abolenit, uitã autem in lucem produxit, ac immortalitatem per euangeli-
1. Tim. 2. um, † in quod positus sum ego præco & apostolus ac doctor gentium: quam ob causam & hæc patior, attamen non erubesco. Noui enim certus ẽ sum, quod is cui credidi, potens sit depositum meum custodire in illum diem. Formam habeto sanorum sermonum, quos à me audisti cum fide & charitate quæ est in Christo Iesu. Egregium depositum seruato per spiritum sanctum, qui inhabitat in nobis. Nosti hoc, quod auersati fuerint me omnes qui sunt in Asia: quorum est Phygelus & Hermogenes. Det misericordiam dominus Onesiphori familiæ, quoniã sæpe me refocillauit, & de catena mea non erubuit, sed cum esset Romæ, studiosius quæsiuit me, & inuenit: det ei dominus, ut inueniat misericordiam apud dominum in die illo: & quàm multis Ephesi ministrauerit, melius tu nosti.

CAPVT II.

TV igitur fili mi, fortis esto in gratia quę est per Christum Iesum, & in his quæ audisti

audiſti à me per multos teſtes. Hæc cõmenda fidelibus hominibus, qui erunt idonei, ut alios quoq; doceant. Tu igitur feras afflictiones, ut bonus miles Ieſu Chriſti. Nemo qui militat implicatur uitæ negotijs, ut ei qui ſe in militiam delegit, placeat. Quod ſi certet etiam aliquis, non coronatur, niſi legitime certauerit. † Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Cogita quæ dico. Det etenim tibi dominus in omnibus intellectum. Memento Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe ex mortuis, ex ſemine Dauid, ſecundum euangeliũ meum, in quo malis affligor, quaſi facinoroſus uſque ad uincula: at ſermo dei non fuit uinctus. Propterea omnia ſuffero propter electos, ut & ipſi ſalutem conſequantur, quæ eſt in Chriſto Ieſu, cum gloria æterna. Certus ſermo. Nam ſi commortui ſumus, & cõuiuemus: ſi ſufferimus, & conregnabimus: ſi negamus, & ille negabit nos: ſi increduli ſumus, ille fidelis manet: negare ſeipſum non poteſt. Hæc admone, cõteſtans coram domino, ne uerborum pugnas ſequantur, ad nullam utilitatem, ad ſubuerſionem audientium. Stude teipſum probatum exhibere deo, operarium nõ erubeſcendum, recte ſecantem ſermonem ueritatis. † Cæterum prophanas uocum inanitates prætermitto: ad maiorem enim proficiẽt impietatem

2. Cor. 9.

2. Tim. 4.

& sermo illorum ut cancer morbus pastionem habebit: quorum de numero est Hymenæus, & Philetus, qui circa ueritatem aberrarunt dicentes, resurrectionem iam esse factam, & subuertunt quorundam fidem. Solidum tamen fundamentum dei stat, habens signaculum hoc. Nouit dominus qui sint sui. Et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Christi. Cæterũ in magna domo non tantum sunt uasa aurea & argentea, uerumetiam lignea, ac testacea, & alia quidem in honorem, alia uero in contumeliam. Si quis igitur expurgarit seipsum ab his, erit uas in honorem sanctificatum, accommodum usibus domini, ad omne opus
2. Tim. 4 bonum pręparatum. †Iuueniles autem con
Ibidem 6 cupiscentias fuge: * sectare uero iustitiam,
fidem, charitatem, pacem cum his qui inuo
Titum 3. cant dominum ex puro corde. †Stultas autem & ineruditas quęstiones respue, sciens eas parere pugnas. Porrò seruum domini non oportet pugnare, sed placidum esse erga omnes, propensum ad docendum, tolerantem malos cum mansuetudine, erudientem eos qui obsistunt, si quando det illis deus pœnitentiam ad agnoscendum ueritatem, & resipiscant è diaboli laqueo, capti ab eo ad ipsius uoluntatem.

CAPVT III.

Illud

ILlud autem scito, quod in extremis die- 1. Tim. 4
bus instabunt tempora periculosa. Erunt 2. Pet. 3.
enim homines sui amantes, auari, fastuosi, Iudæ 1.
superbi, maledici, parentibus immorigeri,
ingrati, impij, carentes affectu, nescij fœde
ris, calumniatores, intemperãtes, immites,
negligentes bonorum, proditores, præcipi
tes, inflati, uoluptatem amantes potius
quàm amantes dei: habentes formam pie-
tatis, sed qui uim eius abnegarint. Et istos
auersare. Ex his enim sunt qui subeunt in
familias, & captiuas ducunt mulierculas,
oneratas peccatis, quę ducuntur concupi-
scentijs uarijs, semper discentes, nec un-
quam ad cognitionem ueritatis uenire ua-
lentes. † Quemadmodum autem Iannes & Exod. 7.
Iambres resistebant Mosi, ita & hi resistũt
ueritati, homines mente corrupti, reprobi
circa fidem: sed non proficient amplius. Si
quidem amentia istorum euidens erit om-
nibus, quemadmodum & illorum fuit.
Tu uero assectatus es doctrinam meam,
institutionem, propositum, fidem, leni-
tatem, charitatem, patientiam, persequu-
tiones, afflictiones: quæ mihi acciderunt
Antiochiæ, Iconij, Lystris, quas perse-
quutiones sustinuerim. Et ex omnibus e-
ripuit me dominus. Sed & omnes qui uo-
lunt pie uiuere in Christo Iesu, persequu-
tionem patientur. Porrò mali homines, &

impostores proficient in peius, dum & in errorem adducunt, & errant ipsi. At tu persistito in his quæ didicisti, & quæ tibi concredita sunt: sciens à quo didiceris, & q̃ à puero sacras literas noueris, quę te possunt eruditum reddere ad salutem per fidem quę
2.Pet.1. est in Christo Iesu. † Omnis scriptura diuinitus inspirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem quæ est in iustitia, ut integer sit dei homo, ad omne opus bonum apparatus.

CAPVT IIII.

OBtestor igitur ego coram deo & domino Iesu Christo, qui iudicaturus est uiuos & mortuos in apparitione sua & in regno suo. Prædica sermonem, insta tempestiue, intempestiue: argue, increpa, exhortare cũ omni lenitate & doctrina. Nam erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebũt: sed iuxta concupiscentias suas coaceruabunt sibi doctores, ij quibus pruriunt aures, & à ueritate quidem aures auertent, ad fabulas uero conuertentur. At tu uigila in oñibus, obdura in afflictionibus, opus perage euangelistæ, ministerium tuum ad plenum probatum reddito. Nam ipse iam immolor, & tempus meæ resolutionis instat. Certamen bonum decertaui, cursum consummaui, fidem seruaui: quod supereſt, reposita est mihi iustitiæ corona, quã reddet

mihi

mihi dominus in illo die, qui est iustus iudex: non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum ipsius. Da operam, ut uenias ad me cito. Nam Demas me reliquit, amplexus præsens sæculum, & profectus est Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas mecum est solus. †Marcum assumptum adduCol. 4.
cito unà tecum: est enim mihi perutilis ad ministerium. Porrò Tychicum misi Ephesum. Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, cum uenies, apporta, & libros, maxime autem membranas. Alexander faber ærarius multis malis me affecit, reddat illi dominus iuxta facta ipsius: quem & tu caue. Vehementer enim restitit sermonibus nostris. In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me deseruerunt, ne illis imputetur: sed dominus mihi adfuit, & corroborauit me, ut per me præconium expleretur, & audirent omnes gentes, & ereptus fui ex ore leonis, & eripiet me dominus ab omni facto malo, seruabitq; in regnum suum cœleste, cui gloria in sæcula sæculorum, Amen. Saluta Priscam & Aquilam, & Onesiphori familiam. Erastus mansit Corinthi. Trophimum autem reliqui in Mileto languentem. Da operam ut uenias ante hyemem. Salutat te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes. Do

minus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia uobiscum, Amen.

Scripta è Roma ad Timotheum secunda, cum Paulus iterum sisteretur Cæsari Neroni.

IN EPISTOLAM AD TITUM Argumentum, per Erasmum Roterod.

TItum discipulum suum ac filij loco habitum, ob eximias dotes, insulæ nobilissimæ Cretæ præfecerat Apostolus: & illinc abiens, archiepiscopum consecrarat. Huic scribit ex urbe Nicopoli, quæ est in Actiaco littore: rebus, ut apparet, adhuc tranquillioribus: siquidem afflictionum aut persecutionum nulla mentio. Monet autem, ut quod ipse apud Cretenses cœperat, consummet absoluatq́, & per singulas ciuitates, quas centum habuisse memoratur ea insula, episcopos instituat, quos & presbyteros uocat, idonei episcopi formam præscribens. Et quoniam huc quoque penetrarant pseudapostoli, qui ludaismum suum omnibus ingerebant, animat eum, ut eos fortiter reijciat ac refutet. Deinde personarum & ætatum præscri-

scribit officia, quemadmodum Timotheo præscribit: illud addens, ne quisquam Christianæ religionis prætextu principibus aut magistratibus resisteret, suo fungētibus officio, quāuis essent à Christi fide alieni, quin magis eos leniter ferendos, si quando forte, uolente deo, & illi resipiscant. Postremo iubet Titum ad se uenire Nicopolim, sed non priusquā Paulus Arteman aut Tychicum illuc misisset, ne Cretenses destituti uiderentur episcopi solatio.

EPISTOLA PAVLI APOstoli ad Titum.

CAPVT I.

PAulus seruus dei, apostolus autem Iesu Christi, iuxta fidem electorum dei, & agnitionem ueritatis, quæ est secundum pietatem in spe uitæ æternæ, quā promisit is, qui mentiri nescit, deus ante tempora æterna. Patefecit autem temporibus suis sermonem suum per prædicationem, quæ cōmissa est mihi secundū delegationē seruatoris nostri dei, Tito germano filio iuxta cōmunē fi-

dem. Gratia, misericordia, pax à deo patre, & domino Iesu Christo seruatore nostro. Huius rei gratia reliqui te in Creta, ut quæ desunt pergas corrigere, & constituas oppidatim presbyteros, sicut ego tibi ordinaram: si quis est inculpatus, unius uxoris uir, liberos habens fideles, non obnoxios crimini luxus, aut qui non sint intra-
2. Tim. 3. ctabiles. † Oportet enim episcopum inculpatum esse, tanquam dei dispensatorem, non præfractum, non iracundum, non uinosum, non percussorem, non turpiter lucro deditum, sed hospitalem, bonarum rerum studiosum, sobrium, iustum, pium, temperantem: tenacem eius qui secundum doctrinam est, fidelis sermonis, ut potens sit etiam exhortari per doctrinam sanam, & contradicentes conuincere. Sunt enim multi intractabiles, & uaniloqui, & mentium seductores: maxime hi qui sunt ex circuncisione, quibus oportet obturare os, qui totas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex istis proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, uentres pigri. Testimonium hoc est uerum. Quam ob causam redarguito illos seueriter, ut sani sint in fide, non attendentes Iudaicis fabulis, et præceptis hominum,
Rom. 14 auersantium ueritatem. † Omnia quidem

pura

pura puris. Porrò pollutis & infidelibus nihil est purum, sed polluta est illorum mens & conscientia. Deum profitẽtur se scire, cæterum factis negãt: cum sint abominabiles, & dicto nõ audientes, & ad omne opus bonum reprobi.

CAPVT II.

TV uero loquere quæ decent sanam doctrinam: Senes, ut sobrij sint, graues, modesti, sani fide, charitate, patientia. Anus itidem, ut in habitu sint, qui religionem deceat, non calumniatrices, non uino multo seruientes, ut honesta doceant, quo possint modestas reddere adolescentulas, ut maritos suos diligant, ut liberos ament, ut sobriæ sint, puræ, domus custodes, bonæ, subditæ suis uiris, ne sermo dei male audiat. Adolescentes consimiliter adhortare, ut sobrij sint, per omnia temetipsum præbens formam bonorum operum in doctrina, integritatem, grauitatem, sermonem sanum, irreprehensibilem: ut is qui repugnat, rubore suffundatur, nihil habens quod de uobis dicat mali. †Seruos hortare, ut suis dominis pareant, in omnibus illis placeant: non respõsatores, non suffurantes, sed fidem omnem ostendentes bonam, ut doctrinã seruatoris nostri dei ornent in omnibus. Illuxit enim gratia dei, salutifera omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegata impietate,

Ephe. 6. Col. 3. 1. Pet. 2.

& mundanis concupiſcentijs, ſobrie & iuſte & pie uiuamus in præſenti ſæculo, expectantes beatã illam ſpem, & apparitionem gloriæ magni dei, & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & puriſicaret ſibijpſi populum peculiarem, ſectatorem bonorum operum. Hęc loquere, & hortare, & argue cum omni præcipiendi ſtudio. Nemo te deſpiciat.

CAPVT III.

ADmoneto illos, ut principatibus ac poeſtatibus ſubditi ſint, ut magiſtratibus pareant, ut ad omne opus bonum ſint parati, ne de quoquam male dicant: ne ſint pugnaces, ſed humani, omnem exhibẽtes mansuetudinem erga omnes homines. Nam eramus quondam & nos ſtulti, inobedientes, errantes, ſeruientes deſiderijs ac uoluptatibus uarijs, in malitia & inuidia degentes, odioſi, inuicem odio proſequentes. At poſtquam bonitas, & erga homines amor apparuit ſeruatoris noſtri dei, † non ex operibus quæ ſunt in iuſtitia, quæ faciebamus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, ac renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos opulente per Ieſum Chriſtum ſeruatorem noſtrum, ut iuſtificati illius gratia, hæredes efficeremur

† 2. Tim. 1.

iuxta

iuxta spem uitæ æternę. Indubitatus sermo. De his uolo ut confirmes, quo soliciti sint, ut bonis operibus præsint qui crediderunt deo. Hæc enim sunt honesta & utilia hominibus. † Stultas autem quæstiones & genealogias, & contentiones ac pugnas legales omitte: sunt enim inutiles & superuacaneæ. Sectarum authorem hominem, post unam & alteram admonitionem fuge: sciens quod euersus sit qui eiusmodi est, & peccet per se damnatus. Cum autem misero Artemam ad te, aut Tychicum, da operam ut uenias ad me Nicopolim: nã illic decreui hybernare. Zenam legisperitũ & Apollo studiose deducito, ne quid illis desit. Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad necessarios usus, ut non sint infrugiferi. Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui diligunt nos in fide. Gratia cum omnibus uobis. Amen.

2. Tim. 2

Scripta ex Nicopoli Macedoniæ.

IN EPISTOLAM AD PHI lemonem Argumentum per Erasmum Roterodamum.



Græci tradunt hunc Philemonem genere Phrygem fuisse, quam nationem intractabilem ac seruilem esse, uel Greco prouerbio iactatum est: Phryx plagis emendatur. Quem tamen Paulus ob pietatem & officia in sanctos inter præcipuos habuit amicos. Huius seruus Onesimus Romam profugerat non sine furto, quod ferè serui solent. Illic audito Paulo, qui tum in uinculis erat, euangelicam doctrinam amplexus est, ac Paulo seruiuit in carcere. Verum ne quid herus ob serui fugam animo cruciaretur, remittit eum: sed miro studio, miraq; ciuilitate seruum & fugitiuum & cõpilatorem domino reconciliãs, se interim sponsorem offerens: dependurus, si quid ille suppilasset in fuga. Scribit enim è uinculis per dictum Onesimum, quem & filium uocat.

Epistola

EPISTOLA PAVLI APOstoli ad Philemonem.



Aulus uinctus Christi Iesu, & Timotheus frater, Philemoni dilecto & collegæ nostro, & Aphiæ dilectæ, & Archippo commilitoni nostro, & quæ domi tuæ est, cõgregationi. † Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo, semper mentionem tui faciens in precibus meis, cum audiam tuam charitatem ac fidem, quam habes erga dominum Iesum, & erga omnes sanctos, ut communicatio fidei tuæ efficax fiat in agnitione omnis boni, quod est in uobis erga Christũ Iesum. Gaudium enim habemus multum, & consolationem in dilectione tua, quod uiscera sanctorum refocillata sunt per te frater. Quapropter quamuis multam in Christo fiduciam habeam iniungendi tibi, id quod officij tui erat, tamen propter charitatem potius rogo, cum talis sim, nempe Paulus senex, nunc autem etiam uinctus Iesu Christi. Rogo autem pro filio meo, quem genui in uinculis meis, Onesimo, quondam tibi inutili, nunc uero tibi & mihi perutili, quem remisi. Tu autem eum, hoc est, uiscera mea suscipe, quem ego cupiebam apud

2. Cor. 1. Gal. 1. 1. Pet. 1.

me retinere, ut p te ministraret mihi in uinculis euangelij. Sed absq; tua sententia nihil uolui facere, ne uelut ex necessitate bonum tuum esset, sed spontaneum. Nam propterea forsitan secessit ad tempus, ut æternum eum reciperes, non iam ut seruum, sed supra seruum, nempe fratrem dilectum, maxime mihi: quanto autem magis tibi, & in carne, & in domino? Si igitur me habes consortem, suscipe illum tanquam me. Quod si quid læsit te, aut debet, hoc mihi imputa (ego Paulus scripsi mea manu) ego dependã: ut ne dicam tibi, quod etiam teipsum mihi insuper debes. Etiam frater, ego te fruar in domino. Refocilla mea uiscera in domino. Confisus de obedientia tua scripsi tibi, sciens quod etiam ultra quàm dico facturus sis. Simul autem etiam præpara mihi hospitium. Spero enim, q̃ auxilio precum uestrarum donabor uobis. Salutant te Epaphras cõcaptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, adiutores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum spiritu uestro. Amen.

Missa fuit è Roma per Onesimũ seruũ.

IN EPISTOLAM AD HEBRÆOS Argumentum per Erasmum Roterodamum.

Nulla

NVlla gens obstinatioribus animis repugnabat euangelio Christi, & Iudæorū, qui Paulo etiam peculiariter erant infensi, quod se gentium apostolum profiteretur, quas Iudęi ut prophanas & impias abominabantur: quodq; legem Mosaicam, quam illi sacrosanctam habebant, & euangelij uicem per uniuersum orbem spargi cupiebant, antiquare uideretur. Adeo ut essent inter hos quoque qui Christi doctrinam receperant, qui putarent legis obseruationem cum euangelio miscendam. Hierosolymis igitur qui crediderant, uarijs calamitatibus afficiebantur ab his qui resistebant euangelio (nam penes hos erat publica authoritas) conijciebantur in uincula, cædebantur, diripiebantur illorum bona. Hos itaque consolatur Paulus, partim exemplo ueterum sanctorum, quorum plærique similibus, aut grauioribus calamitatibus exercitī sunt, quo uirtus illorum esset exploratior, spectatiorq;, ac præcipue exemplo Christi, partim spe præmij cœlestis. Deinde declarat, coruscante iam euangelio Christi, cessasse umbras legis Mosaicæ, multa repetens ex ueteri testamento, & ad Christum accommodans. Docet non ex obseruatione legis, ad tempus datæ & imperfectæ, sperandam esse salutem, sed ex fide, qua ueteres etiam illi probatę sanctimoniæ

uiri, quorum memoria Iudæis erat sacrosancta, deo potissimum placuissent. In fine tradit præcepta quædã ad mores Christianos facientia.

EPISTOLA PAVLI APOstoli ad Hebræos.

CAPVT I.



EVS olim multipharíam multisq; modis loquutus patribus per prophetas, extremis diebus hisce loquutus est nobis per filiũ, quẽ cõstituit hęredem omnium,
Sap.7. per quem etiã sæcula condidit: † qui cũ sit splendor gloriæ, & expressa imago substantiæ illius, moderetur q; omnia uerbo potentiæ suæ, per semetipsum purgatiõe facta peccatorum nostrorum, consedit in dextra maiestatis in excelsis: tanto præstantior factus angelis, quanto excellentius præ illis sortitus est nomen. Nam cui dixit unquam an-
2. 13. gelorum: † Filius meus es tu, ego hodie ge-
Psal. Act. nui te? Ac rursum: † Ego ero ei pater, & il-
2. Reg.7. le erit mihi filius. Rursum autem cum induxit primogenitum in orbem terrarum, di-
Psal.96. cit: † Et adorent eum omnes angeli dei. Et
Psal.103. ad angelos quidem dicit: * Qui creat angelos.

gelos suos spiritus, & ministros suos ignis flammam. Ad filiũ autem: † Thronus tuus deus in sæculum sæculi, uirga rectitudinis, uirga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus, deus tuus, oleo exultationis ultra consortes tuos. † Et tu in initio domine terræ fundamenta iecisti, & opera manuum tuarũ sunt cœli: ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes ut uestimentum ueterascent, ac uelut amictum circumuolues eos & mutabũtur, tu autem idem es, & anni tui non deficient. Ad quem autem angelorum dixit unquam: † Sede à dextris meis, donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nónne omnes sunt administratorij spiritus, qui in ministerium emittuntur propter eos qui hæredes erunt salutis?

Psal. 44.

Psal. 101.

Psal. 109.

CAPVT II.

PRopterea oportet nos uehementius attẽdere his quæ dicta sunt nobis, ne quando perfluamus. Etenim si is qui per angelos dictus fuerat sermo, fuit firmus, & omnis transgressio & inobedientia iustam præmij repensationem accepit, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? quæ cum primum enarrari cœperit per ipsum dominum, ab his qui audierant, in nos confirmata fuit, attestante deo, & signis, & prodigijs simul, uarijs q

uirtutibus, & spiritus sancti distributionibus, iuxta ipsius uoluntatem. Non enim angelis subiecit orbem terræ futurum, de quo loquitur. Testatus est autem alicubi quidam, dicens: † Quid est homo quod memor es eius? aut filius hominis, quoniuisis illum? Feciſti eum paulisper inferiorē angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarū. † Omnia subiecisti sub pedibus eius. In hoc enim quod ei subiecit omnia, nihil omisit illi non subiectum. At nondum uidemus illi omnia esse subiecta. † Eum uero qui paulisper diminutus fuerat infra angelos, cernimus Iesum propter cruciatum mortis, gloria & honore coronatum, ut per gratiam dei, pro omni gustaret mortem. Decebat enim eum, propter quem sunt omnia, & per quem sunt omnia, ut multis filijs in gloriam adductis, principem salutis illorum per afflictiones perfectum redderet: quandoquidem & qui sanctificat, & qui sanctificātur, ex uno sunt omnes. Quam ob causam non erubescit fratres illos uocare, dicens: † Annunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Et rursum: Ego ero fidens in illo. Et iterum: † Ecce ego & pueri, quos mihi dedit deus. Posteaquam igitur pueri commercium habent cum carne & sanguine, & ipse similiter particeps factus est eorundem

Psal. 8.

1. Cor. 15

Phil. 2.

Psal. 21.

Esa. 8.

dem, † ut per mortẽ aboleret eum, qui mortis habebat imperium, hoc est, diabolum: et liberos redderet eos, quicunq; metu mortis per omnem uitam obnoxij erant seruituti. Non enim uidelicet angelos assumit, sed semen Abrahæ assumit. Vnde debuit per omnia fratribus similis reddi, ut misericors esset & fidelis pontifex, in his quæ apud deum forent agenda ad expiandum peccata populi. Nam ex hoc quod ipsi contigit tentatum esse, potest & his qui tentantur succurrere. Osee 13. 1. Cor. 15.

CAPVT III.

VNde fratres sancti, uocationis cœlestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Christum Iesum, q̃ fidelis sit ei qui ipsum constituit, quemadmodum & Moses in tota domo ipsius. Tanto nanque maiore gloria, quàm Moses, hic dignus est habitus, quanto maiorem habet honorem is qui construxit domum, quàm ipsa domus. Omnis enim domus construitur ab aliquo. Porrò qui condidit omnia, deus est. † Et Moses quidem fidelis fuit in tota domo illius, ueluti minister in testimonium eorum, quæ post dicenda erant. At Christus tanquam filius administrauit domum ipsius, cuius domus sumus nos, si fiduciam & gloriationem spei, ad finem usque firmam tenuerimus, Num. 12.

Quapropter sicut dicit spiritus ille sanctus:
Psal. 94. Hebr. 4. †Hodie si uocem eius audieritis, ne obdure
tis corda uestra, sicut in exacerbatione, in
die tentationis in deserto, ubi tentauerunt
me patres uestri, probauerunt me, & uide-
runt opera mea quadraginta annis. Qua-
propter infensus eram generationi illi, & di
cebam: Semper errant corde, ipsi uero non
cognouerunt uias meas, sicut iuraui in ira
mea, si ingressuri sunt in requiem meam. Vi
dete fratres, ne quando sit in ullo uestrum
cor prauum, obnoxium incredulitati, ut de-
sciscat à deo uiuente: sed exhortemini uos
inuicē quotidie, quoad appellatur dies ho-
diernus, ne quis ex uobis induretur sedu-
ctione peccati. Christi participes facti su-
mus, si sanè initium substātiæ usq; ad finem
firmum tenuerimus. In hoc quod dicitur: †
Psal. 94. Hodie si uocem eius audieritis, ne obdure-
tis corda uestra sicut in exacerbatione. Nā
quidam cum audissent, exacerbauerunt: at
non omnes qui profecti fuerant ex Aegy-
pto per Mosen Quibus autem infensus fuit
quadraginta annis? Nōnne ijs qui peccaue
rant, quorum membra conciderunt in deser
to? Quibus autem iurauit, non ingressuros
in requiem suam, nisi ijs qui non obedierāt?
Et uidemus quod nō potuerint ingredi pro
pter incredulitatem.

CAPVT IIII.

Metua

METuamus igitur, ne quando derelicta promissione introeundi in requiē eius, uideatur aliquis ex uobis fuisse frustratus. Etenim nobis annunciatum est, quemadmodum & illis. At non profuit illis audisse sermonem, quod is non esset cum fide coniunctus ijs qui audierāt. Introimus enim in requiem nos qui credimus, quemadmodum dixit: † Sicut iuraui in ira mea, si ingressuri sint in requiem meam, licet operibus à iactis fundamentis mundi perfectis. Dixit enim quodam in loco de septimo die sic: † Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis. Et in hoc rursum: * Si introibunt in requiem meam. Posteaquam igitur illud reliquum est aliquos introire in eam, & quibus prius annunciatum fuit, non introierunt propter incredulitatem, rursum quendam præfinit diē, hodie, in Dauid dicens, post tantum temporis, quemadmodum dictum est: † Hodie si uocem eius audieritis, ne obduretis corda uestra. Nam si eis Iesus requiem præstitisset, nequaquam de alio posthac die loquutus fuisset. † Itaq; relinquitur sabbatismus populo dei. Nam qui ingressus est in requiem illius, & ipse requieuit ab operibus suis, quemadmodū à suis deus. Studeamus igitur ingredi in illam requiem, ne quis eodem concidat incredulitatis exemplo. Viuus est enim ser-

Psal. 94.

Gen. 2.

Psal. 94.

Supra 3.

Col. 2.

mo dei, & efficax, & penetrantior quouis gladio utrinq; incidente, ac pertingẽs usq; ad diuisionem animę simul ac spiritus, compagumq; & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, † nec est ulla creatura, quæ non manifesta sit in conspectu illius. Sed omnia nuda & resupinata oculis eius, ad quem nobis est sermo. † Habentes igitur pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, Iesum filium dei, teneamus professionẽ. Non enim habemus pontificem, qui nõ possit affici sensu infirmitatum nostrarum, sed tentatum per omnia, iuxta similitudinem absq; peccato. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ, ut consequamur misericordiam & gratiam inueniamus ad opportunum auxilium.

Ecclę. 15
Psal. 33.
Infra 8.

CAPVT V.

NAm omnis pontifex qui ex hominibus assumitur, pro hominibus constituitur, in his quæ apud deum aguntur, ut offerat donaria & uictimas pro peccatis, qui placabilis esse possit ignorantibus & errantibus, quandoquidem & ipse circundatus est infirmitate. Et propter hãc debet, quemadmodum pro populo, ita & pro seipso immolare pro peccatis. Nemo sibiipsi usurpat honorem, sed qui uocatur etiam à deo, quemadmodum & Aaron. Ita & Christus non semetipsum glorificauit ut fieret pontifex:

fex: sed is qui dixerat illi: † Filius meus es tu, ego hodie genui te. Sicuti & alibi dicit: * Tu es sacerdos in æternum, secundū ordinem Melchisedec. Qui in diebus carnis suæ, cum & precationes & supplicationes apud illum, qui poterat ipsum à morte seruare, cum clamore ualido & lachrymis obtulisset, & exauditus esset pro reuerentia, tametsi filius erat, tamen didicit ex his quę passus est, obedientiam, ac perfectus redditus, omnibus qui sibi obedierunt fuit causa salutis æternæ, cognominatus à deo pontifex secūdum ordinationem Melchisedec, de quo nobis multa forēt dicenda, eaq; difficilia explicatu, quandoquidem segnes facti estis auribus. Etenim cum debeatis pro temporis ratiōe doctores esse, rursum opus habetis, ut doceamus uos quæ sint elemēta initij eloquiorum dei: † factiq; estis ij quibus lacte sit opus, & non solido cibo Nam quisquis lactis est particeps, is rudis est sermonis iustitiæ, infans enim est. Porrò perfectorum est solidus cibus, nempe horum qui propter assuetudinem, sensus habent exercitatos ad discretionem boni pariter ac mali.

2. 13. Psal. Act. Psal. 109. 1. Cor. 3.

CAPVT VI.

QVapropter omisso, qui in Christo rudes inchoat, sermone, ad perfectionem feramur, non rursum fundamentū iacientes pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei

in deum, baptismatũ, doctrinæ, ac manuum impositionis, & resurrectionis mortuorũ, & iudicij æterni. Atq; id faciemus, siquidẽ permiserit deus. Nam fieri non potest, ut qui semel fuerint illuminati, gustauerintq; donum cœleste, & participes facti fuerint spiritus sancti, gustauerintq; bonũ dei uerbum, ac uirtutes futuri sæculi, si prolabantur, denuo renouentur per pœnitentiam, ab integro crucifigentes sibimetipsis filiũ dei, & ludibrio exponentes. Siquidẽ terra quę imbrem sæpius in se ueniẽtem combiberit, & progenuerit herbam accommodam eis, opera quorũ & colitur, recipit benedictionem à deo. At quæ produxerit spinas & tribulos, reproba est, & maledictioni confinis, cuius exitus huc tendit ut exuratur. Cæterum persuasimus nobis de uobis dilecti, quæ his sint meliora, & cum salute coniuncta, tametsi sic loquamur. Non enim iniustus est deus, ut obliuiscatur operis uestri, & laboris ex charitate suscepti, quam exhibuistis erga nomen illius, qui ministratis sanctis, & ministratis. Cupimus autem ut unusquisq; uestrũ idem præstet studium ad plenam spei certitudinem, usq; ad perfectionem, ne sitis imbecilles, sed imitatores eorum, qui per fidem ac patientiam hæreditatem accipiunt promissionis. † Deus enim pollicitus Abrahæ, cũ non posset per quen

Gen. 22.

quam

quam maiorem iurare, iurauit per seipsum, dicens: Nisi benedicens benedixero tibi, et multiplicans multiplicauero te. Atque ita cum patienter expectasset, consequutus est promissum. Nam homines quidem per eum iurant qui sit maior, atq; ijsdem omnis controuersię finis est, si accedat iurisiurandi cõfirmatio. Qua in re deus cum eximie uellet hæredibus promissionis ostendere firmitatem consilij sui, interposuit iusiurandum, uti per duas res immutabiles, in quibus fieri non posset ut mentiretur deus, ualidam consolationem haberemus, qui huc confugimus, ut potiamur proposita spe, quam uelut ancoram tenemus animæ, cum tutam, tum firmam, & introeuntem usq; ad ea quę sunt intra uelum, ubi præcursor pro nobis ingressus est Iesus iuxta ordinem Melchisedec, pontifex factus in æternum.

CAPVT VII.

NAm hic erat Melchisedec rex Salem, pontifex dei altissimi, qui occurrit Abrahæ reuertenti à cæde regum, & benedixit illi, cui & decimas ex omnibus impartitus est Abraham, qui primum quidem ex interpretatione dicitur rex iustitiæ, deinde uero etiam rex Salem, quod est rex pacis, ignoti patris, ignotæ matris, ignoti generis, nec initium dierum, neq; uitæ finem ha- Gene. 14

bens, sed assimilatus filio dei, manet sacerdos in perpetuum. Considerate uero quantus hic fuerit, cui etiam decimas dederit Abraham patriarcha de spolijs? Atq; ij quidem, qui quod sint de numero filiorum Leui, sacerdotij functionem sumunt: præceptum habent, ut decimas accipiant à populo iuxta legem, hoc est, à fratribus suis, licet egressis ex lumbis Abrahę. At is cuius genus nõ recensetur ex illis, decimas accepit ab Abraham, & habenti promissiones benedixit. Porrò nemo negat quin id quod minus est, ab eo quod maius est, benedictionem accipiat. Atq; hic quidem homines, qui moriuntur, decimas accipiunt. Illic autem is de quo testatum est, quod uiuat: &, ut ita loquar, in Abraham decimatus est etiã ipse Leui, qui decimas solet accipere. Nam is adhuc in lumbis patris erat, cum occurreret Abrahæ Melchisedec. Proinde si cõsummatio per Leuiticum sacerdotium erat, siquidem per hoc populus legem acceperat: quid præterea fuit opus, alium exoriri sacerdotem, qui secundũ ordinem Melchisedec, & nõ secundum ordinem Aaron diceretur? Quandoquidem translato sacerdotio, † necesse est, ut legis quoque translatio fiat. Nam is de quo dicuntur hæc, ad aliam tribum pertinet, de qua nullus altari adstitit. Palàm est enim quod è tribu Iuda

Gal. 4.

exortus

exortus sit dñs noster. At nihil loquutus est de sacerdotio Moses, quod ad hanc tribum pertineat, idq; magis etiam liquet, siquidem ad similitudinem Melchisedec exoritur sacerdos alius, qui non iuxta legem mandati carnalis factus sit, sed iuxta potentiam uitæ indissolubilis. Testificatur enim ad hunc modum: † Tu sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Abrogatur enim quod præcessit præceptum propter imbecillitatem & inutilitatem. Nam nihil ad perfectionem adduxit lex, uerum erat introductio ad spem potiorem, per quam appropinquamus deo, atq; hoc potiorẽ, quod nõ absq; iureiurando res acta sit. Nam illi quidem citra iusiurandũ sacerdotes facti sunt: hi uero cum iureiurando, per eum qui dixit ad illum: † Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum, secundum ordinationem Melchisedec. Tanto potioris testamenti sponsor factus est Iesus, & illi quidem plures facti fuerunt sacerdotes, propterea quod per mortem non sinerentur permanere At hic quod idẽ maneat in æternum, perpetuum habet sacerdotium: unde & saluos facere ad plenum potest, qui per ipsum adeunt deum, semper uiuens, † ad hoc ut interpellet pro illis. Talis enim decebat, ut esset nobis pontifex pius, innocẽs, impollutus, segregatus à peccatoribus, &

Psal. 109

Ibidem.

1. Ioan. 2.

sublimior cœlis factus, cui non sit quotidie necesse, quemadmodum illis pontificibus, prius pro proprijs peccatis uictimas offerre, deinde pro peccatis populi. Nam id fecit semel, cum semetipsum obtulit. Siquidem lex homines constituit pontifices habentes infirmitatem. Porrò sermo iurisiurandi, qui supra legem fuit, filiũ constituit in æternum consummatum.

CAPVT VIII.

Supra 4. CAeterum eorum quæ dicimus illud est caput, † quod talem habemus pontificem, qui consedit ad dexteram throni maiestatis in cœlis, sanctorum administrator, ac ueri tabernaculi quod fixit deus, & non homo. Omnis enim pontifex ad offerendum donaria & uictimas constituitur, unde necesse est, ut hic etiam habeat aliquid, quod offerat. Nã si esset in terra, ne sacerdos quidem esset, ubi sunt sacerdotes qui offerunt iuxta legem donaria, qui quidem exemplari & umbræ deseruiunt cœlestium, quemadmodum oraculo responsum est Mosi, cum Exo. 25. esset absoluturus tabernaculum: Nam uide, inquit, ut facias omnia secundum exemAct. 7. plar quod ostensum est tibi in monte: nunc uero hoc excellentius sortitus est sacerdotium, quo præstantioris est testamenti intercessor, quod in præstantioribus promissis sancitum est. Etenim si prius illud tale fuis-

set,

set, ut nihil in eo posset reprehendi, haud quaquam fuisset secundo quæsitus locus. Nam incusans eos, loquitur illis: † Ecce dies uenient, dicit dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum, non iuxta testamentum quod feci patribus illorum in die cum apprehenderem manum illorum, ut educerem eos ex Aegypto, quoniam ipsi non perstiterũt in testamento meo, & ego neglectui eos habui, dicit dominus. Nam hoc est testamentum quod disponã domui Israel post dies illos, dicit dominus: dans leges meas in mentem illorum, & in corde illorum inscribam illas, & †ero illis deus, & ipsi erũt mihi populus. Et non docebunt quisq; proximum suum, & unusquisq; fratrem suum, dicentes: †Cognosce dominum, quod omnes cognituri sint me ab eo qui pusillus fuerit inter eos, usq; ad eum qui magnus est inter illos, quoniam placatus ero super iniustitijs illorum, & peccatis eorum & iniquitatum illorum nõ recordabor amplius. Per hoc quod dicit nouum, antiquauit prius. Porrò quod antiquatur ac senescit, in propinquo est ut euanescat. Hier.31. Apoc.21. Hier.31.

CAPVT IX.

IGitur habebat quidem etiam prius illud, iustificationes, cultus, ac sanctum mundanum. †Siquidem tabernaculum factum Exo.25.

fuit primũ, in quo erant & lucernæ, & mensa, & propositio panum, quam uocant, sancta. Post secundum autem uelum erat tabernaculum, quod uocatur sanctũ sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam testa
Exo.26. menti, undiq; circumtectam auro, † in qua
Num.17. urna aurea habens manna, * & uirga Aaron quæ germinauerat, & tabulæ testamenti. Supra hanc autem cherubim gloriæ, obumbrantia propitiatorium, de quibus non est nunc dicendum singulatim. His autem ad hunc ordinatis modum, in prius quidem tabernaculum semper ingrediuntur sacerdotes, qui sacrorum ritus peragant: in secundum autem semel quotannis solus pontifex, non sine sanguine, quem offert pro seipso, & pro pŏpuli ignorantijs, illud significante spiritu sancto, nondum manifestatam esse sanctorum uiã, adhuc priore tabernaculo consistente, quæ erat similitudo pro tempore tum præsente, in quo dona sacrificia q; offeruntur, quæ non possint iuxta conscientiam perfectum reddere cultorem, in cibis duntaxat & potionibus, & diuersis ablutionibus ac iustificationibus carnis, usq; ad tempus correctionis imposita. At Christus accedens pontifex futurorum bonorum, per maius et perfectius tabernaculum, non manu factum, hoc est, non huius structuræ, † neq; per sanguinem hircorum ac uitulorum,
Rom.5.

tulorum, sed per proprium sanguinem in- 1.Pet.1.
gressus est semel in sancta æterna redēptio- 1.Ioan.2.
ne reperta. Nam si sanguis taurorum & hir Apoc.1.
corum & cinis iuuencæ aspergens inqui-
natos, sanctificat ad carnis purificationē,
quanto magis sanguis Christi, qui per spi-
ritum æternum seipsum obtulit immacula-
tum deo, purgabit conscientiam uestram à
mortuarijs operibus ad seruiendum deo ui
uenti? Et ob id noui testamenti conciliator
est, ut morte intercedente, ad redemptio-
nem earum præuaricationum, quæ fuerant
sub priori testamēto, ij qui uocati sunt pro-
missionem accipiant æternæ hæreditatis.
Siquidem ubi testamentum est, mors inter-
cedat necesse est testatoris. †Nam testamen Gal.3.
tum in mortuis ratum est, quandoquidem
nondum ualet cum uiuit testator. Vnde ne
prius quidem illud absq; sanguine dedica-
tum fuit. Cū enim Moses omne præceptū
iuxta legem exposuisset omni populo, sum-
pto sanguine uitulorum & hircorum, cum
aqua & lana coccina & hyssopo, simul &
ipsum librum, & totū populum aspersit, di
cens: †Hic est sanguis testamēti, quod man Exod.24
dauit uobis deus. Insuper autem & taber-
naculum, & oīa uasa ministerij sanguine
cōsimiliter aspergebat. Et omnia ferè secun
dum legem sanguine purficantur, & absq;
sanguinis effusione non fit remissio. Itaque

necesse est, ut exemplaria quidem eorum quæ sunt in cœlis, hisce rebus purificẽtur. Cæterum ipsa cœlestia potioribus quàm hæ sint, uictimis mundentur. Non enim in manufacta sancta ingressus est Christus, exemplaria uerorum, sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc in conspectu dei pro nobis, non ut sæpius offerat semetipsum, quemadmodum pontifex ingreditur in sancta singulis annis per sanguinem alienum. Alioqui oportuisset illũ sæpius passum fuisse à condito mundo. Nunc autem semel, sub cõsummationem sęculorũ, ad profligationem peccati, per immolationem sui ipsius apparuit. Et quatenus illud manet homines, ut semel moriantur, post hoc autem iudicium: † ita & Christus semel oblatus, ut multorũ peccata tolleret, rursus absq; peccato conspicietur ijs qui illum expectant in salutem.

Rom. 5.
1. Pet. 3.

CAPVT X.

NAm lex umbram obtinens futurorum bonorum, nõ ipsam imaginem rerum, his hostijs, quas singulis annis easdem continenter offerunt, nunquam potest accedentes perfectos reddere. Alioqui nónne desiissent offerri? Propterea quod nullam iam habuissent cõscientiam peccatorum, qui sacrificassent, ac semel purgati essent. Atqui in istis cõmemoratio fit peccatorum quot annis. Non enim potest sanguis taurorum

& hir-

& hircorum auferre peccata. Quapropter cum ingressurus est mundum, dicit: † Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi, holocautomata & pro peccato non comprobasti. Tunc dixi: Ecce adsum, † in capite libri scriptum est de me, ut faciam deus uoluntatē tuam. Superius cum dicit: Sacrificium & oblationem, & holocautomata, & pro peccato noluisti, neque comprobasti quæ iuxta legem offeruntur, tunc dixit: Ecce adsum, ut faciam deus uoluntatem tuam: tollit prius, ut posterius statuat: per quam uoluntatem sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel peractā. Et omnis quidem sacerdos adsistit quotidie, sacra peragens, & easdem sæpius offerens hostias, quæ nunquā possint auferre peccata. Hic uero una pro peccatis oblata uictima, perpetuo sedet ad dexteram dei, id quod supereſt expectans, donec reddantur inimici ipsius scabellum pedum eius. Vnica enim oblatione perfectos effecit in perpetuum, eos qui sanctificantur. Testificatur autē nobis & ipse spiritus sanctus, nimirū cum prædixerit: Hoc est testamentum quod condam erga illos, post dies illos, dicit dominus, dans leges meas in corde illorum, & in mentibus illorum inscribam eas, & peccatorum atq; iniquitatum illorum nō recrodabor amplius.

Psal. 39.

Ibidem.

Psal. 109

Hier. 31.

Porrò ubi horum est remissio, non est amplius oblatio pro peccato. Cum igitur fratres, habeamus libertatem adeundi in sancta per sanguinem Iesu, ea uia quam dedicauit nobis recentem ac uiuentem, per uelamentum, hoc est, per carnem suam, cumq; habeamus sacerdotem magnum præfectum domui dei, accedamus cum uero corde, in certitudine fidei, aspersi cordibus, ac depulsa conscientia mala, et abluti corpore aqua pura, teneamus confessionem spei, non uacillantẽ (fidelis enim qui promisit) & consideremus nos inuicem, in hoc, ut prouocemus ad charitatem & bona opera, non deserentes aggregationem nostri mutuam, sicuti mos est nonnullis, sed adhortantes inuicem: idq; hoc magis, quod uidetis appropinquantem diem. Nam si uolentes peccauerimus post acceptam cognitionem ueritatis, non ultra pro peccatis reliqua est hostia, sed formidabilis quædam expectatio iudicij, & ignis uehementia, qui deuoraturus est aduersarios. † Qui aspernatus fuerit Mosi legem, absq; misericordia, † sub duobus aut tribus testibus moritur. Quanto putatis peioribus afficietur supplicijs, qui filium dei conculcarit, & sanguinem testamenti ceu rem prophanam habuerit, per quem fuerat sanctificatus, & spiritum gratiæ contumelia affecerit? Nouimus enim

v. 19.

Deut. 17.
Matt. 18.
2. Cor. 13

eum

eum qui dixit: † Meum est ulcisci, ego re- Deut. 32.
pendam dicit dominus. Et rursum: †Domi Rom. 12.
nus iudicabit populum suum. Horrendum
est incidere in manus dei uiuentis. Redeant
autem uobis in memoriam superiores dies
in quibus illuminati, ingens certamen susti
nuistis afflictionum: partim quidem dum et
probris & pressuris affecti, spectaculo fui-
stis omnibus, partim dum consortes ita con
uersantium facti estis. Siquidem & afflictio
num quæ ex uinculis meis contigerũt, par
ticipes fuistis, & direptionem facultatum
uestrarum cum gaudio accepistis, scientes
uos habere in uobis potiorem substantiam
in cœlis ac manentem. Ne abieceritis igi-
tur fiduciam uestram, quæ magnam habet
præmij retributionem. Nam patientia uo-
bis est opus, ut ubi uoluntatem dei perege-
ritis, reportetis promissionem. Adhuc enim
perpusillum temporis, & qui uenturus est
ueniet, & non tardabit. † Iustus autem ex Abac. 2.
fide uicturus est, & si se subduxerit, nõ pro Ro. 1. 10.
babitur animo meo. At nos non sumus qui Galat. 3.
subducamus nos in perditionem, sed ad fi-
dem pertinemus in acquisitionem animæ.

CAPVT XI.

EST autem fides earum rerũ quæ speran-
tur substantia, argumentum eorum quæ
non uidentur. Per hanc enim testimonium

Gen. 1. meruerunt seniores. † Per fidem intelligimus perfecta fuisse sæcula uerbo dei, ut ex his quæ non apparebant, ea quæ uidentur
Gen. 4. fierent. † Per fidem uberiorem hostiam Abel obtulit deo quàm Cain, per quam testimonium meruit quod esset iustus, testimonium perhibente de donarijs illius deo, &
Gen. 5. per hanc mortuus adhuc loquitur. † Per fi-
Sap. 4. dem Enoch fuit translatus, ne uideret mor-
Eccli 44 tem: nec fuit inuentus, propterea q̃ transtulerat illum deus: priusquam enim transferretur, testimonium merucrat quod placuisset deo. Atqui sine fide fieri non potest, ut quis illi placeat. Nam qui accedit ad deũ, hunc credere oportet esse deum, & esse re-
Gen 6.. muneratorem quærentibus se. † Per fidem
Eccli 44 admonitus oraculo Noe, ea quæ nondum uidebantur, ueritus apparauit arcam ad salutem domus suæ, per quam arcam condemnauit mundum, & eius quæ secundum fi-
Gen. 12. dem est, iustitiæ factus est hæres. † Per fi-
& 13. dem appellatus Abraham, obedijt, ut exiret in locum quem accepturus erat in hæreditatem: & exiuit, nescicns quò esset uenturus. Per fidem cõmigrauit in terram promissionis, ueluti peregrinam, cum in tabernaculis habitasset cum Isaac & Iacob, cohæredibus eiusdem promissionis. Expectauerat enim habentẽ fundamenta ciuitatem,
Gen. 21. cuius opifex & conditor est deus. † Per fi-

dem

dem & ipsa Sara uim ad concipiendum ac retinendum semen accepit: ac præter ætatis rationem peperit, quod fidelem iudicaret eum qui promiserat. Quapropter & ex uno prognati sunt posteri, eoq; iam annis effœto, tanto numero, quanto sunt stellæ cœli, & uelut arena quæ est iuxta marginem maris innumerabilis. Iuxta fidem mortui sunt hi omnes, quum non accepissent promissiones, sed procul eas uidissent & credidissent, salutassentq;, & confessi fuissent, se hospites atque aduenas esse in terra. Nam hæc qui dicunt, declarant se patriam inquirere. Et si illius quidem memores fuissent unde fuerant profecti, habebant opportunitatem reuertendi. Nunc autem meliorem expetunt, hoc est cœlestem. Quapropter non erubescit ipse deus uocari deus illorum: parauerat enim illis ciuitatem. † Per fidem obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, & unigenitum obtulit, in quo promissiones acceperat, ad quem dictum fuerat: In Isaac uocabitur tibi semen, cum illud secum perpendisset, deum uel à mortuis excitare posse, unde illum etiam resurrectionis typo reduxit. †Per fidem de futuris benedixit Isaac filio Iacob & Esau. † Per fidem Iacob moriens, singulis filijs Ioseph benedixit, & adorauit uastigium uirgæ illius. *Per fidem Ioseph moriens, de egressione filiorum Israel memi

Gen. 22. Eccli 44.
Gen. 27.
Gen. 48. 49.
Gen. 50.

Exo.2. nit, deq; ossibus suis mandauit. † Per fidem cum natus esset Moses, occultatus est menses tres à parentibus suis, propterea quod uiderẽt elegantem puellum, nec ueriti sunt edictum regis. Per fidem Moses iam grandis renuit uocari filius filiæ Pharaonis, potius eligens simul malis affici cum populo dei, quàm temporarijs peccati commodis frui, maiores arbitratus diuitias probrum Christi, quàm Aegyptiorum thesauros. Respectum enim habebat remunerationis. Per fidem reliquit Aegyptum, haud ueritus ferociam regis. Perinde enim quasi uidisset
Exo.12. eum qui est inuisibilis, ita obdurauit. † Per fidem fecit pascha, et effusionem sanguinis, ne is qui perimebat primogenita, tangeret
Ibid.14. ipsos. † Per fidem transierũt rubrum mare, ueluti per siccam terram: quod cum tentas-
Ios.6. sent Aegyptij, absorpti sunt. † Per fidẽ mœnia Hiericho conciderunt, circundata ad
Ibid.2.6. dies septem. † Per fidem Rhaab meretrix non perijt unà cum his qui non obedierãt, cum excepisset hospitio exploratores pacifice. Et quid præterea loquor? Deficiet
Iudi.6. enim me tempus commemorantem † de Ge-
Ibid.4. deone, * de Barac, † & Samsone, & Hi-
Ibid.13. ephthae, nec non Dauid & Samuele, ac
Ibid.12. prophetis, qui per fidem expugnauerunt regna, operati sunt iustitiam, assecuti sunt
Dan.14. promissiones, † occluserunt ora leonum, *

extinxerunt uim ignis, effugerunt acies gla Dan.3.
dij, ualidi facti sunt ex imbecillitate, effecti
sunt robusti in bello, incursiones auerterũt
exterorum. †Mulieres acceperunt ex resur 3. Reg.17
rectione mortuos suos. Alij uero distenti 19.
sunt, aspernati redemptionem, ut potiorem
sortirentur resurrectionem. Alij rursus ludi
brijs & flagris explorati sunt, insuper &
uinculis & carcere, † lapidati sunt, dissecti 2.Par.24
sunt, tentati sunt, occisione gladij occubue
runt: †oberrarunt in ouillis et caprinis pel 4. Reg.1.
libus, destituti, pressi, afflicti, quibus indi-
gnus erat mundus: in desertis errantes &
montibus, ac speluncis, & cauernis terræ.
Atq; omnes hi testimonium promeriti per
fidem, non acceperant promissionem, quod
deus de nobis melius quiddã prouiderat,
ne sine nobis consummarentur.

CAPVT XII.

PRoinde nos quoque, cum tanta septi si-
mus nube testiũ, † deposito onere omni, Ephe.4.
& tenaciter inhærente peccato, per toleran Col.3.
tiam curramus in proposito nobis certami 1.Pet.2.
ne, respicientes ad fidei ducem & consum-
matorem Iesum, qui pro proposito sibi gau
dio pertulit crucem, ignominia contempta,
& ad dexterã throni dei consedit. Reputate
enim q̃ is talem sustinuerit à peccatoribus

aduersus se contradictionem, ne defatigemini, animis defecti. Nondum usque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes: & obliti estis exhortationis, quæ
Prou.3. uobis tanquam filijs loquitur: † Fili mi, ne neglexeris correptionem domini, neque de
Apoc.3. ficias, cum ab eo argueris. † Quem enim diligit dominus, corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Si castigationem sustinetis, ueluti filijs uobis offert se deus. Quis enim est filius, quem non castigat pater? Quod si alieni estis à castigatione, cuius participes sunt omnes: igitur spurij estis, non filij. Itaque cum carnis nostræ patres habuerimus castigatores, & reueriti simus illos, an non multo magis subijciemur patri spirituum, & uiuemus? Atq; illi quidem ad paucos dies pro arbitratu suo nos erudiebant: hic autem ad commodum nostrũ in hoc, ut impartiat nobis sanctimoniam suam. Omnis autem castigatio in præsens quidem non uidetur esse gaudij, sed molestiæ. At postea fructum tranquillum iustitiæ reddit his, qui per illam fuerint exercitati. Quapropter manus remissas, & genua soluta surrigite, & facite ut recti
Rom. 12. sint gressus pedibus uestris, ne claudicatio aberret à uia, imò sanetur potius. Pacem sectemini cum omnibus, & sanctimoniã, sine qua nemo uidebit dominũ, curam agentes,

agentes, ne quis sit qui deficiat á gratia dei, ne qua radix amarulentiæ, suppullulans obturbet, & per hanc inquinentur multi: ne quis scortator, aut prophanus, uelut † Esau, qui unico edulio permutauit ius primogeniti. Scitis enim quod postea, cum uellet hæreditario iure benedictionẽ assequi, reprobatus sit. † Non enim reperit pœnitentiæ locum, tametsi cum lachrymis quæsiuisset eam. Non enim accessistis ad contactum montem, & incensum ignem ac turbinem, & caliginem, & procellam, tubæq; sonitum, & uocem uerborum, † quam qui audierant, deprecati sunt, ne his adiungeretur oratio. Non enim ferebant, quod edicebatur: † Si bestia tetigerit montem, lapidabitur, aut iaculo configetur, & adeo terribile erat uisum quod apparebat. Moses dixit: Expauefactus sum ac tremebundus: sed accessistis ad montem Sion, & ad ciuitatem dei uiuentis, Ierusalem cœlestem, & ad innumerabilium angelorum cœtum, & ad concionem primogenitorum, qui conscripti sunt in cœlis, & ad iudicem uniuersorum deum, & ad spiritus iustorum perfectorum, & ad noui testamenti conciliatorem Iesum, & ad sanguinem aspersionis melliora loquentem q̃ loquebatur sanguis Abel. Videte ne aspernemini eum qui loquitur; nam si illi non effugerunt, qui auer-

Gen. 25.

Ibidẽ 27.

Exo. 20.

Ibidẽ 19.

sabantur eum qui loquebatur in terra: multo magis nos, si eum qui de cœlis est, auersemur: cuius uox tum concussit terrã, at nunc
Agg. 2. denũciauit, dicens: †Adhuc semel ego concutio, non modo terram, uerumetiam cœlũ. Porrò illud quod dicit: Adhuc semel, significat eorum quæ concutiuntur translationem: utpote quæ facta sint, ut maneant ea quæ non concutiũtur. Quapropter regnum assumentes, quod concuti non possit, habeamus gratiam, per quam ita colamus deum, ut illi placeamus cũ reuerẽtia & religione.

CAPVT XIII.

Deut. 4. Rom. 12. 1. Pet. 4. E †Tenim deus noster ignis consumens est. Fraterna charitas maneat. *Hospitalitatis ne sitis immemores: per hanc enim quidam inscientes exceperunt angelos hospitio. Memores estote uinctorũ, tanquam unà cum illis uincti, eorum qui affliguntur, uelut ipsi quoque uersantes in corpore. Honorabile est inter omnes coniugium, & cubile impollutum. Scortatores autem & adulteros iudicabit deus. Sint mores alieni ab auaritia, contenti his quæ adsunt. Si
Ios. 1. quidem ipse dixit: † Non te desero, neque
Psal. 117. derelinquo, ut fidentes dicamus: * Dominus mihi auxiliator, nec timebo quid faciat mihi homo. Memores estote eorum qui præsunt uobis, qui loquuti sunt uobis sermonem dei, quorum imitemini fidem,

considé-

cõsiderantes qui fuerint exitus conuersationis illorum. Iesus Christus heri & hodie, idem est etiam in sæcula. Doctrinis uarijs ac peregrinis ne circũferamini. Bonum est enim, gratia constabiliri cor, non escis quæ non profuerunt his, qui uersati sunt in illis. Habemus altare, de quo non est fas edere his qui tabernaculo deseruiũt. † Animalium enim quorum sanguis infertur pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Quapropter & Iesus, ut sanctificaret per proprium sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, opprobrium eius portantes. † Non enim habemus hic manẽtem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Per ipsum igitur offerimus hostiam laudis semper deo, hoc est, fructum labiorum confitentium nomini eius. Cæterum beneficentiæ & communicationis ne obliuiscamini. Talibus enim uictimis placetur deo. Parete his qui præsunt uobis, & concedite, siquidem illi uigilant pro animabus uestris, tanquam rationem reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: nam id est inutile uobis. Orate pro nobis. Confidimus enim quod bonam habemus conscientiam inter omnes, cupientes honeste conuersari. Magis autem obsecro uos, ut id faciatis, q̃ celerius,

Num. 19.

Mich. 2.

restituat uobis. Deus autem pacis qui reduxit à mortuis pastorem ouiũ illum magnum per sanguinem testamenti æterni, dominum nostrum Iesum, absolutos uos reddat in omni opere bono, ad faciendum uoluntatem ipsius, efficiens, ut quod agitis, acceptũ sit in conspectu suo per Iesum Christũ, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. Obsecro uos fratres, sufferte sermonẽ exhortationis. Etenim paucis scripsi uobis. Scitis fratrem nostrum Timotheum solutũ esse, cum quo, si celerius uenerit, uisam uos. Salutate omnes qui præsunt uobis, & omnes sanctos. Salutant uos Itali. Gratia cum omnibus uobis, Amen.

Missa ab Italia per Timotheum.

IN EPISTOLAM IACOBI
Argumentum per Erasmum Roterodamum.

IAcobus quoniam erat Hierosolymitarum episcopus, scribit & cæteris Iudæis, qui per omnes nationes sparsi habitabant, uarijs præceptis uitam illorum formans atq; instituens.

EPI-

Iacobi.

CAP. I.



Acobus dei ac domini Iesu Christi seruus, duodecim tribubus, quę sunt in dispersione, salutem. Pro summo gaudio ducite fratres mei, quoties in tentationes inciderítis uarias, illud scientes, quod exploratio fidei uestræ parit patientiã. † Cæterum patientia opus perfectum habeat, ut sitis perfecti & integri, nullaq; in parte diminuti. Quod si cui uestrũ deest sapientia, postulet ab eo qui dat, nempe deo, qui dat, inquam, omnibus simpliciter, nec exprobrat, ac dabitur ei. Sed postulet cum fiducia, nihil hæsitans. Nam qui hæsitat, is similis est fluctui maris, qui uentis agitur, & impetu rapitur. Neque enim existimet homo ille se quicquã accepturum à domino. Vir animo duplici inconstãs est in omnibus uijs suis. Glorietur autẽ frater qui est humilis in sublimitate sua. Contrà, qui diues est, in humiliatione sui: quoniã ueluti flos herbæ prę teribit. † Exortus est enim sol cum æstu, & exaruit herba, & flos illius decidit, & decor aspectus illius perijt. Sic & diues in uijs suis marcescet. † Beatus uir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus erit,

Rom. 5.

Eccli 14. Esa. 40. 1. Pet. 1. Iob 5.

accipiet coronam uitæ, quam promisit dominus his à quibus fuerit dilectus. Ne quis cum tentatur, dicat se à deo tentari. Nam deus ut malis tentari nõ potest, ita nec ipse quenquam tentat. Imò unusquisq; tentatur, dum à propria concupiscentia abstrahitur & inescatur. Deinde concupiscentia postea quam concepit, parit peccatum: peccatum uero perfectum progignit mortem. Ne erretis fratres mei dilecti. Omnis donatio bona, & omne donum perfectum, è supernis est, descendẽs à patre luminum, apud quem non est transmutatio, aut conuersionis obumbratio. Is destinata uoluntate progenuit nos sermone ueritatis, ut essemus primitiæ quædam suarum creaturarum. Itaque fratres mei dilecti, † sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus ad loquendum, tardus ad iram. Nam ira uiri iustitiam dei non efficit. Quapropter deposita omni immunditia, & redundantia malitiæ, cum mansuetudine recipite insitum sermonem, qui potest saluas reddere animas uestras. † Sitis autem effectores sermonis, & nõ auditores tantum, fallentes uosmetipsos. Quoniam si quis audiat sermonem, nec eum factis expri mat, hic similis est uiro consideranti faciem natiuitatis suæ in speculo. Considerauit enim seipsum, & abijt, & continuo oblitus est qualis esset. At qui prospexerit in legem perfe-

Prou. 17.
Eccl. 5.
Rom. 2.
Matt. 5.

perfectam, quæ est libertatis, & permanserit, hic cum sit non auditor obliuiosus, sed effector operis, beatus facto suo erit. Si qs uidetur religiosus esse inter uos, † qui non 1.Pet.3.
frenat linguam suam, sed aberrare sinit cor suum, huius uana est religio. Religio pura & immaculata apud deum & patrem hæc est, inuisere orphanos & uiduas in afflictione sua, immaculatum seipsum seruare à mundo.

CAPVT II.

FRatres mei, ne cum respectu personarum habeatis fidem domini nostri Iesu Christi ex opinione. Nam si ingrediatur in cœtum uestrum uir aureum gestans annulum, ueste indutus splendida: ingrediatur autem & pauper in sordida ueste, & respexeritis ad illum qui uestem gestat splendidam, & dixeritis illi: Tu sede hic bene: & pauperi dicatis: Tu sta illic, aut sede hic subter scabellum meum: & non dijudicati estis in uobisipsis, & facti estis iudices cogitationum malarum. Audite fratres mei dilecti, nônne deus elegit pauperes mundi huius, diuites in fide, & hæredes regni, quod promisit his à quibus dilectus fuerit? Vos autem contemptui habuistis pauperem. Nónne diuites tyrannidem exercent in uos, & ijdem trahunt uos ad tribunalia? & ijdem male loquuntur de bono

nomine, quod inuocatum est super uos? Si
legem quidem regiam perficitis iuxta scri-
Leuit. 19 pturam: † Diliges proximum tuum sicut te
Rom. 2. ipsum, benefacitis: * si uero personam respi
Ephe. 6. citis, peccatum committitis, & redarguimi
Col. 3. ni à lege ueluti transgressores. Quisquis e-
Act. 10. nim totã legem seruauerit, offenderit autem
1. Pet. 1. in uno, factus est omnium reus. Nam qui di
xit, Ne mœcheris: dixit etiã, Ne occidas.
Quod si non fueris mœchatus, occideris ta
men, factus es transgressor legis. Ita loqua-
mini, & ita faciatis ueluti per legem liberta
tis iudicandi. Siquidem iudicium absq; mi
sericordia erit ei qui non præstiterit miseri
cordiam. Et gloriatur misericordia aduer-
sus iudicium. Quæ utilitas fratres mei, si fi-
dem dicat aliquis habere se, facta uero non
habeat? Num potest fides saluum facere il-
lum? Quod si frater aut soror nudi fuerint,
& egentes quotidiano uictu, dicat autem
aliquis uestrum illis: Abite cum pace, cale-
scite & saturamini: non tamen dederitis il-
lis quæ sunt necessaria corpori, quæ erit uti
litas? Sic & fides, si facta non habuerit,
mortua est per se. Sed dicet aliquis: Tu fi-
dem habes, & ego facta habeo. Ostende mi
hi fidem tuam ex factis tuis, & ego osten-
dam tibi ex factis meis fidem meam. Tu cre
dis quod deus unus est? Recte facis. Et dæ
monia credunt, ac contremiscunt. Vis uero

scire

scire ô homo inanis, quod fides absq; factis mortua sit? Abraham pater noster nónne ex factis iustificatus est, †cum obtulisset Isaac filium suum super altare? Vides quod fides adiumento fuerit factis illius, & ex factis fides perfecta fuerit? Et impleta est scriptura quæ dicit: †Credidit Abraham deo, & imputatum est illi ad iustitiam, & amicus dei uocatus est. Videtis igitur, quod ex factis iustificetur homo, & non ex fide tantum? † Similiter autem & Rhaab meretrix, an non ex factis iustificata est, cum accepisset nuncios, & alia uia emisisset? Nam quemadmodum corpus absq; spiritu mortuum est, ita & fides absq; factis mortua est.

Gen. 22.
Gen. 15.
Rom. 4.
Gal. 3.
Iosue 2.

CAPVT III.

†Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quod maius iudicium sumpturi simus. In multis enim labimur omnes. Si quis in sermone non labitur, hic perfectus est uir, qui possit freno moderari totum etiam corpus. Ecce equis frena in ora immittimus, ut obediant nobis, & totum corpus illorum circumagimus. Ecce naues quoque cum tantæ sint, & à uentis sæuis agantur, circumaguntur à minimo gubernaculo, quocunque impetus dirigentis uoluerit. Ita & lingua pusillum membrum est, & magna iactat. Ecce exiguus ignis quantã materiam incendit. Et lingua ignis

Matt. 23.

est, mundus iniquitatis: sic lingua constitu-
tur in membris nostris, quæ maculat totum
corpus, & inflammat rotam natiuitatis, &
inflammatur à gehenna. Omnis enim natu-
ra & ferarum & uolucrũ, serpentiumq; &
marinorum domatur, & domita est à natu-
ra humana. Linguam autem nullus homi-
num domare potest, incoercibile malũ, ple-
na ueneno mortifero. Per ipsam benedici-
mus deo & patri, & per ipsam maledici-
mus hominibus, qui ad similitudinem dei
conditi sunt. Ex eodem ore procedit bene-
dictio & maledictio. Non oportet fratres
mei hæc ita fieri. Nunquid fons ex eodem
foramine emittit dulcem & amarã aquam?
Nunquid potest, fratres mei, ficus oleas gi-
gnere, aut uitis ficus? Sic nullus fons sal-
sam ac dulcem potest edere aquam. Quis sa
piens & scientia præditus inter uos? ostẽ-
dat ex bona conuersatione opera sua cum
mansuetudine sapientiæ. Quod si æmulatio
nem amaram habetis, & contentionem in
corde uestro, nolite gloriari, & mendaces
esse aduersus ueritatem. Non est enim ista
sapientia è supernis descendens, sed terre-
na, animalis, dæmoniaca. Vbi enim æmula
tio & contentio, ibi inconstantia & omne
opus prauũ. Quæ autem è supernis est sapi
entia, primũ quidem casta est, deinde pacifi
ca, modesta, tractabilis, plena misericor-

dia

dia & fructibus bonis, absq; dijudicatione, sine simulatione. Fructus autem iustitiæ in pace seminatur facientibus pacem.

CAPVT IIII.

VNde bella et lites in uobis? Nõne hinc? nimirum ex uoluptatibus uestris, quæ militant in membris uestris. Concupiscitis, & non habetis, inuidetis & æmulamini, & non potestis adipisci: pugnatis & bellatis, nõ habetis, propterea quod non postulatis. Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis, ut in uoluptatibus uestris insumatis. Adulteri & adulteræ, nescitis quod amicitia mundi, inimicitia est cum deo? Quicunque ergo uoluerit amicus esse mundi, inimicus dei constituitur. An putatis quod inaniter scriptura dicat: † Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitauit in nobis? Maiorem autem dat gratiã. † Subditi ergo estote deo, resistite autem diabolo, & fugiet à uobis. Appropinquate deo, & appropinquabit uobis. Emundate manus, ô peccatores, & purificate corda duplices animo. Affligimini & lugete, & plorate: risus uester in luctum cõuertatur, & gaudium in mœrorem. † Humiles uos reddite in conspectu domini, & eriget uos. Nolite detrahere uobis inuicem fratres. Qui detrahit fratri, quiq; iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat

Gen. 6.

1. Pe. 5.

Ibidem.

legem Quod si iudicas legem, non es obser uator legis, sed iudex. Vnus est legislator,
Rom. 14. qui potest seruare & perdere. † Tu quis es qui iudicas alium? Age nūc qui dicitis: Ho die & cras eamus in hanc ciuitatem, & faciamus ibi annum unum, & mercemur, & lucrum faciamus: qui ignoratis quid futurum sit postero die. Quæ est enim uita uestra? uapor est enim, qui ad exiguum tempus apparet, & deinde euanescit, pro eo quod dicere debueritis: Si dominus uoluerit, & si uixerimus, faciamus hoc aut illud. Nūc autem exultatis in superbijs uestris. Omnis exultatio talis mala est. Igitur qui nouerit recte facere, nec facit, hic peccato tenetur.

CAP. V.

AGite nunc diuites, plorate, ululantes super miserijs uestris, quæ aduenient uobis. Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt, uestimenta uestra tineis obnoxia facta sunt: aurum & argentum uestrum erugine uitiatum est, & erugo eorum in testimonium uobis erit, & exedet carnes uestras sicut ignis. Thesaurum congessistis in extremis diebus. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones uestras, quæ fraude non reddita est à uobis, clamat, & clamores eorum qui messuerant, in aures domini sabaoth introierunt. In delitijs uixistis super terram, & lasciuistis: enutrijstis corda

uestra

uestra, ut in die occisionis. Condemnastis & occidistis iustum, & non resistit uobis. Patientes igitur estote fratres usque ad aduentū domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter expectans illum, donec accipiat pluuiā tempestiuam & serotinam. Patiētes igitur estote & uos, & cōfirmate corda uestra, quoniam aduentus domini appropinquat. Nolite ingemiscere alius aduersus aliū fratres, ut ne condemnemini. Ecce iudex ante ianuam adsistit. Exemplum accipite fratres mei, afflictionis ac patientiæ prophetas, qui loquuti sunt in nomine domini. Ecce beatos ducimus eos qui sustinent. Tolerantiam Iob audistis, & finem domini uidistis, quod ualde misericors sit dominus ac cōmiserans. Ante omnia autem fratres mei, † nolite iurare Matth. 5.
neq; per cœlum neq; per terram, neq; aliud quodcū q; iusiurandum. Sit autem uestrum est, est: non, non: ut ne in simulationem incidatis. Affligitur aliquis inter uos? oret: æquo animo est aliquis? psallat: infirmatur quis inter uos? accersat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini, & obsecratio fidei saluum reddet laborantem, & eriget eum dominus: & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Confitemini inuicem alius alij delicta, & orate pro uobis inuicem, ut sani sitis.

Multũ enim ualet deprecatio iusti efficax.
1. Re. 17. † Helias homo erat similiter obnoxius affe
Luc. 4. ctionibus, ut nos, & precatione precatus
est ne plueret: & nõ pluit super terram an-
nos tres, & menses sex. Et rursum orauit,
& cœlum dedit pluuiam, & terra produxit
fructum suum. Fratres, si quis inter uos er-
rauerit à ueritate, & conuerterit quis eum,
sciat, quod qui cõuerti fecerit peccatorem
ab errore uiæ suæ, saluam faciet animam à
morte, & operiet multitudinẽ peccatorum.

IN EPISTOLAM PETRI priorem argumentum per Erasmum Roterodamum.

PEtrus, quemdmodũ & Iacobus, Iudæis scribit, spar-
sim incolentibus gentiũ re-
giones, epistolam profecto
dignam apostolorum prin-
cipe, plenam autoritatis ac
maiestatis apostolicæ, uerbis parcam, sen-
tentijs differtã. Hortatur autem ad tolerã-
tiam malorum, quæ ob euangelij inuidiam
perpetiebãtur, spe prẽmiorum. Ad hæc ad-
monet, ut iuxta prophetisarum oracula, ad

tantam

tantã dignitatẽ uocati gratis, uitam præ-
stent sua professione dignã. Christianismũ
enim non in titulo aut baptismo tantum, sed
in morum innocentia situm esse: alioqui q̃
affliguntur malis non cessurum ad gloriam
Christi, si ob malefacta pœnas dare uidean
tur. Ad hæc admonet, ne freti Christiani-
smo, detrectent parere magistratibus, licet
ethnicis, ne prouocati nec conuertantur ad
Christum, & acrius sæuiant: item ne seruĩ
negent officium suum heris, licet ethnicis:
Christianæ bonitatis esse, omnia perpeti:
item ne mulieres Christianæ uiros suos, li-
cet ethnicos contemnant, sed moribus suis
ad meliora studeant prouocare. Maritos
admonet, ut uxoribus suis deferant, ut à coĩ
tu nonnunquam temperent, quo magis ua-
cet orare. Deinde exemplo Christi prouo-
cat ad tolerantiam malorum, ne conentur
iniuriam iniuria pensare: sed mansuetudi-
ne & benefactis uincere studeant male me-
ritos. Atq̃ hæc agit tribus primis capitĩ
bus, & initio quarti. Post hæc hortatur ad
nouitatem uitæ, dehortans à uitijs genti-
um. Inuitat ad sobrietatem, ad uigilantiam,
ad preces assiduas: in primis ad mutuã cha
ritatem, ad hospitalitatem, ad officia mu-
tua: rursus ad patiẽtiam persecutionum ob
Christi nomen illatarum. Mox episcopos
instituit, & his subditũ populum. In calce

testatur sese & alterã epistolam ad eosdem scripsisse per Siluanũ, quæ intercidit. Hanc scriptam apparet ex Babylone, nam huius ecclesiæ uerbis iubet eos saluere, si cui de Roma commentum non probatur.

EPISTOLA BEATI PETRI apostoli prima.

CAPVT I.

PEtrus apostolus Iesu Christi, aduenis sparsim incolentibus Pontum, Galatiam Cappadociam, Asiam, & Bithyniã, delectis iuxta præfinitionẽ dei patris, per sanctificationem spiritus in obedientiam, & 2. Cor. 1. aspersionem sanguinis Iesu Christi. † Gratia uobis & pax multiplicetur. Laudãdus Ephes. 1. est deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui iuxta copiosam suã misericordiam regenuit nos in spem uiuam, per hoc quod resurrexit Iesus Christus ex mortuis, in hæreditatem immortalem & incontaminabilem, atq; immarcessibilem, conseruatam in cœlis erga uos, qui uirtute dei custodimini per fidem ad salutem: quæ in hoc parata est

est, ut patefiat in tempore supremo, in quo
exultatis, † nunc ad breue tempus afflicti Ioan. 16.
in uarijs experimentis, si opus sit, quo ex-
ploratio fidei uestrę multo pretiosior auro,
quod perit, & tamen per ignem probatur,
reperiatur in laudem & gloriam & hono-
rem, tum cum reuelabitur Iesus Christus:
quem cum non uideritis diligitis, in quem
in præsentia, cum non uideatis, credentes
tamen exultatis gaudio ineffabili, & glo-
rificato, reportantes finem fidei uestræ, sa-
lutem animarum, de qua salute exquisie-
runt & scrutati sunt prophetæ, qui de uen-
tura in uos gratia uaticinati sunt, scrutan-
tes, ad quem, aut cuiusmodi temporis arti-
culum significaret, qui in illis erat spiritus
Christi, qui priusquam acciderent, testaba-
tur uenturas in Christum afflictiones, &
quæ essent consequuturæ glorias, quibus
& illud reuelatum est, quod haud sibijpsis,
imò nobis ministrarent, hæc quæ nunc an-
nunciata sunt uobis per eos qui uobis præ-
dicauerunt euangelium, per spiritum san-
ctum emissum è cœlo, in quæ desiderant an
geli prospicere. Quapropter succincti lum-
bis mentis uestræ, sobrij, perfecte sperate in
eam quæ ad uos defertur gratiam, dum uo-
bis patefit Iesus Christus, tanquam filij o-
bedientes, ut non accommodetis uos pri-
stinis concupiscentijs, quibus dum adhuc

ignoraretis Christũ, agebamini: sed quemadmodum is qui uos uocauit, sanctus est, ita ipsi quoq; sancti in omni conuersatione reddamini, propterea quod scriptum est: †
Leuit. 19 Sancti estote, nam ego sanctus sum. Et si pa
Deut. 10. trem inuocatis * citra personarum respe-
*Rom. 2. ctum iudicantem iuxta cuiusq; opus, uide-
Gal. 2. te ut in timore conuersantes, incolatus ue-
Act. 20. stri tempus trãsigatis. Cum sciatis uos non
1. Pet. 1. caducis rebus, uelut argento & auro fuisse redemptos à uana uestra conuersatione, quam ex patrum acceperatis traditione, †
Heb. 9. sed pretioso sanguine, uelut agni immacula
1. Ioan. 1. ti, & incontaminati Christi: qui præordi-
Apoc. 1. natus quidem fuerat antequam conditus esset mũdus, sed manifestatus fuit extremis temporibus propter uos, qui per illum creditis in deũ, qui illum excitauit è mortuis, & gloriam ei dedit, ut uos fidem ac spem haberetis erga deum, qui animas uestras purificastis obediẽdo ueritati, per spiritum cum charitate fraterna, ab omni simulatione aliena: ex puro corde uos inuicem diligite impense, renati non ex semine mortali, sed ex immortali per sermonem uiuentis dei, & manentis in æternum. Propterea
Isa. 40. quod †omnis caro gramen sit, & oẽis glo-
Eccle. 14 ria hominis quasi flos graminis. Exaruit
Iaco. 1. gramen, et flos decidit: at uerbum domini, manet in æternum. Hoc autem est uerbum

quod

quod per euangelium delatum est ad uos.

CAPVT II.

†Proinde deposita omni malitia, & omni dolo, & simulationibus, & inuidentijs, & omnibus obtrectationibus, ut modo nati infantes, lac illud non cõporis, sed animi, quod dolum nescit, appetite, ut per illud suboleſcatis. Siquidem gustastis, quod benignus sit dominus, ad quem accedentes, qui lapis est uiuus, ab hominibus quidem reprobatus, apud deum uero electus, ac pretiosus: ipsi quoq; ueluti uiui lapides ædificemini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales hostias, acceptabiles deo per Iesum Christum, quapropter & continet scriptura: †Ecce pono in Sion lapidem, in summo ponendũ angulo, electum, pretiosum. Et qui crediderit in illo, non pudefiet. †Vobis igitur pretiosus est, qui creditis. Cæterum ijs qui non credunt, lapis, quem reprobauerant ædificantes, hic cœpit esse caput anguli: & lapis in quem impingitur, & petra ad quam offendant, uempe his qui impingunt in sermonem, neque credunt in id, ad quod & instituti fuerant. †Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus qui in lucrum accessit, ut uirtutes prędicetis illius qui è tenebris uos uocauit-

Eph. 4. Col. 3. Heb. 12.

Esa. 28.

Psal. 117. Matt. 21. Luc. 10. Act. 4.

Exod. 19

Osee 2. in admirabilem suam lucem. * Qui quon-
Roma. 9. dam eratis nõ populus, nunc populus dei: qui quondam non consequuti misericordiam, nunc estis misericordiam consequuti.
Gal. 5. * Dilecti obsecro, tanquam aduenas ac pe-
Rom. 13. regrinos, abstinete à carnalibus concupiscentijs quæ militant aduersus animam: & conuersationem uestram habete honestã inter gentes, ut in hoc quod obtrectant uobis quasi malefi cis, ex bonis operibus æstimantes uos, glorificẽt deum in die uisitationis.
Ibidem. * Proinde subditi estote cuiuis humanę creaturæ propter dominum, siue regi tanquam præcellenti: siue prę sidibus, ut qui per eum mittãtur, ad uindictam quidem nocentium, laudem uero recte agentium: quoniam sic est uoluntas dei, ut benefaciendo obturetis os hominibus stultis & ignorantibus: tanquam liberi, & non ueluti prætextum habentes malitiæ libertatem, sed tanquam ser-
Rom. 12. ui dei. * Omnes honorate, fraternitatem di-
Ephes. 6. ligite, deum timete, regẽ honorate. * Famu-
Col. 3. li subditi sint cum timore dominis, non so-
Tit. 2. lum bonis ac humanis, uerumetiã prauis.
* 2. Co. 7 * Nam hæc est gratia, si quis propter conscientiam dei suffert molestias, præter meritum affectus malis. Quæ enim est laus, si cũ peccantes alapis cædimini, sufferetis? At si cum benefacitis, & tamen malis afficimini, suffertis. Hæc enim est gratia apud deũ.

Siqui-

Siquidem in hoc uocati estis, quoniam & Christus afflictus est pro nobis, relinquēs nobis exemplū, ut insequeremini uestigia ipsius, * qui peccatum non fecerat, nec inuentus est dolus in ore illius: qui cum male dictis incesseretur, non regessit maledicta: cum malis afficeretur, non minabatur. Sed tradidit uindictæ ei qui iudicat iuste, * qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, quo peccatis mortui, iustitiæ uiueremus. Cuius eiusdē uibice sanati fuistis. Nam eratis uelut oues errātes, sed conuersi estis nunc ad pastorem, & curatorem animarum uestrarum.

Esa. 53.
1. Ioan. 3.
Esa. 53.

CAPVT III.

Similiter uxores subditæ sitis uestris uiris, ut etiam qui non obtemperant sermoni, per uxorum conuersationem absq; sermone lucrifiant, dum considerant cum reuerentia coniunctam castam conuersationem uestram: quarum ornatus sit non externus, qui situs est in plicatura capillorum, & additione auri, aut in palliorum amictu, uerum occultus, qui est in corde homo, si is careat omni corruptela: ita ut spiritus placidus sit ac quietus, qui spiritus in oculis dei magnifica ac sumptuosa res est. Nam ad eum modum olim & sanctæ illæ mulieres sperantes in deo, comebant sese, & subditæ erant suis uiris, * quemadmodum Sa-

1. Cor. 11.
Col. 3.
Ephes. 5.
Gen. 16.

ra obediuit Abrahæ, dominum illum appellans: cuius factę estis filiæ dum benefacitis, & non terremini ullo pauore. Viri similiter cohabitent secundum scientiam, uelut infirmiori uasi muliebri impartientes honorem, tanquam etiam cohæredes gratiæ uitæ, ne
Prou.20. interrumpantur preces uestræ. †In summa,
Rom.12. omnes sitis unanimes, similiter affecti, fraterna prædiți charitate, misericordes, affabiles, non retaliantes malum malo, aut conuicium conuicio: sed contra benedicentes, scientes uos in hoc uocatos esse, ut benedictionem hæreditate possideatis. †Nam qui
Psal.33. uult uitam diligere, & uidere dies bonos,
Iaco.1.3. coerceat linguam suam à malo, & labia sua ne loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum: quærat pacem, & persequatur eam, quoniam oculi domini super iustos, & aures eius ad deprecationem illorum. Rursus aspectus domini super eos qui faciunt mala. Et quis est qui sit afflicturus uos, si bonitatis æmulatores fueritis?
Mat.5. †Imò si quid etiam acciderit incommodi propter iustitiam, beati tamen estis. Cæterum terrore illorum ne terreamini, neque turbemini, sed dominum deum sanctificate in cordibus uestris. Sitis autem parati semper ad respondendum cuilibet petenti, ut loquamini de ea quæ in uobis est spe, cũ mansuetudine & reuerentia, conscientiam habentes

habentes bonam, ut in hoc quod uobis detrahunt tanquã sceleroſis, pudeſiant hi qui inceſſunt ueſtram bonã in Chriſto conuerſationem. Præſtat enim, ut bene agentes, ſi ita uelit dei uoluntas, malis afficiamini, q̃ male facientes. † Quandoquidem & Chriſtus ſemel pro peccatis paſſus fuit, iuſtus pro iniuſtis, ut nos adduceret deo, mortificatus quidẽ carne, ſed uiuificatus ſpiritu: in quo etiam abijt, & ſpiritibus qui erant in carcere prædicauit, † qui inobedientes fuerant quondam. Cum ſemel expectabatur dei lenitas in diebus Noe cum apparabatur arca, in qua paucæ, hoc eſt, octo animæ ſeruatæ fuerunt per aquam: cuius figuræ nunc reſpondens baptiſmus, nos quoq; ſaluos reddit: quo non carnis ſordes abijciuntur, ſed quo fit, ut bona conſcientia bene reſpondeat apud deum, per reſurrectionem Ieſu Chriſti, qui eſt ad dexteram dei, profectus in cœlum, ſubiectis ſibi angelis, & poteſtatibus, ac uirtutibus. Hebr. 9. Roma. 5. Gene. 7. Mat. 24. Luc. 17.

CAPVT IIII.

CVm igitur Chriſtus paſſus ſit pro nobis carne, uos quoq; iuxta eandem cogitationem armemini: quod qui patiebatur in carne, deſtitit à peccato, in hoc, ut iam non concupiſcentijs hominum, ſed uoluntati dei, quod ſupereſt in carne tempus uiuat. † Sat eñ eſt nobis, quod anteacto uitæ Iacob. 4.

tempore uoluntatem gentiũ patrauerimus, cum uersaremur in lasciuijs, concupiscentijs, uinolentijs, comessationibus, compotationibus, & nepharijs simulachrorũ cultibus. Atq; id absurdum illis uidetur, quod non accurratis unà cum ipsis in eandem luxus refusionem, qui de uobis male loquuntur. Qui reddituri sunt rationem ei qui paratus est ad iudicãdum uiuos & mortuos. Nam in hoc mortuis quoq; prędicatum est euangelium, ut iudicentur quidem secundum homines carne, uiuant autem iuxta deum spiritu. Porrò rerum omniũ finis imminet. Sitis igitur sobrij, & uigilantes ad
Rom. 12. orãdum. † Ante omnia uero charitatem in-
Prou. 10. ter uos uehementem habentes. † Nam charitas operiet multitudinem peccatorum. *
Hebr. 13. Hospitales estote erga uos inuicẽ, sine murmurationibus, ut quisq; accepit donum, ita alius in alium illud ministrantes ut boni dispensatores uariæ gratiæ dei. Si quis loquitur, loquatur ut eloquia dei: si quis ministrat, ministret tanquam ex uirtute, quam suppeditat deus, ut in omnibus glorificetur deus per Iesum Christum, cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen. Chariſſimi, ne miremini, dum per ignem exploramini: quæ res ad experimẽtum uestri fit, perinde quasi nouum aliquid uobis obtingat: imò in hoc, quod consortes estis afflictio-

fictionum Christi, gaudete: ut in reuelatione quoq; gloriæ eiusdem gaudeatis exultãtes. Si probris afficimini in nomine Christi, beati estis, quoniam gloria & spiritus dei super uos requiescit. Iuxta ipsos quidẽ maledictis afficitur, iuxta uos autem glorificatur. Ne quis enim uestrum affligatur, ut homicida, aut fur, aut facinorosus, aut curiosus alienarum rerum. Porrò si ut Christianus affligitur aliquis, ne pudeat, imò glorificet deum in parte hac. Quandoquidem & tempus est, ut incipiat iudicium à domo dei: quod si primum incipit à nobis, quis erit finis eorum qui non credunt dei euangelio? Et si iustus uix saluus efficitur, Prou. 11.
impius & peccator ubi comparebit? Proinde qui affligũtur iuxta uolũtatem dei, tanquam apud fidelem conditorem deponant animas suas benefaciendo.

CAPVT V.

PResbyteros qui inter uos sunt obsecro, qui sum & ipse presbyter, ac testis afflictionum Christi, atq; idem consors gloriæ quæ reuelabitur, pascite quantum in uobis est gregem Christi, curã illius agentes non coacte, sed uolentes: non turpiter affectantes lucrum, sed propenso animo: neq; ceu dominium exercentes aduersus cleros, sed sic ut sitis exemplaria gregis. Et cum apparuerit ille pastorum princeps, reportabitis

immarcessibilem gloriæ coronam. Similiter iuniores subditi estote senioribus, sic ut omnes alius alij uicissim subijciamini. Humilitatẽ animi uobis infixam habete: propter
Iaco. 4. ea † quod deus superbis resistit, humilibus
Ibidem. autem dat gratiã. † Humilemini igitur sub potenti manu dei, ut uos extollat cum erit
Luc. 12. opportunũ: † omni cura uestra coniecta in
Iaco. 4. illum. Nam illi cura est de uobis. † Sobrij estote, uigilate, quoniã aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens obambulat, quærens quem deuoret, cui resistite solidi fide: scientes easdẽ afflictiones, uestræ quæ in mundo est fraternitati, consummari. Sed deus omnis gratiæ, qui uocauit nos ad æternam suam gloriam per Christum Iesum, parumper afflictos, idem instauret uos, fulciat, roboret, stabiliat. Ipsi gloria imperium in sæcula sæculorũ, Amen. Per Siluanum nobis fidelem fratrem, ut arbitror, paucis scripsi, adhortãs ac testificãs hanc esse ueram gratiam dei, in qua statis. Salutat uos ea quæ est in Babylone, uestræ consors electionis ecclesia, & Marcus filius meus. Salutate uos mutuo charitatis osculo. Pax uobis omnibus, q̃ estis in Christo Iesu, Amen.

IN

IN EPISTOLAM PETRI secundam argumentum per Erasmum Roterodamum.



Hanc, ut apparet, scripsit admodum senex, & iam morti uicinus: quandoquidem de obitu suo meminit. Scribit autem promiscue Christianis omnibus, adhortans ad uitę puritatem, & ueterum exemplis ac terrore iudicij extremi deterrens à turpibus: uehementer insectans eos qui simpliciũ animos peruersa doctrina corrumperẽt, negantes aduenturum Christum.

EPISTOLA PETRI APOstoli secunda.

CAPVT I.



Ymeon Petrus seruus & apostolus Iesu Christi, his qui æque pretiosam nobiscum sortiti sunt fidem, per iustitiam dei nostri, & seruatoris Iesu Christi. Gratia uobis & pax multiplicetur per agnitionem dei, & Iesu domini nostri: sic ut eius diuina uirtus omnia nobis largita est, quæ

ad uitam ac pietatem pertinent, per agnitionem eius qui uocauit nos per gloriam & uirtutem, per quæ pretiosa nobis ac maxima promissa donata sunt, ut per hæc efficeremini diuinæ consortes naturæ, si refugeritis à corruptione quæ est in mundo per concupiscentiam. Sed & in hoc ipsum omni adhibito studio, subministrate in fide uestra uirtutem, in uirtute uero scientiam, in scientia uero temperantiam, in temperantia uero patientiam: rursus in patiẽtia pietatem, in pietate autem fraternam charitatem, in fraterna uero charitate dilectionem. Hæc enim cum uobis adsint & exuberent, haud otiosos, nec in irritum laborantes efficiunt ad domini nostri Iesu Christi cognitionem. Nam cui non adsunt hæc, is cæcus est, & manu uiam tentans, oblitus sese à ueteribus peccatis suis fuisse purgatum. Quapropter fratres potius operam date, ut uocationem & electionem uestram firmam efficiatis. Hæc enim si feceritis, non labemini unquam. Siquidem ad hunc modum abunde subministrabitur uobis introitus in æternum regnum domini nostri, & seruatoris Iesu Christi. Quapropter haud negligam uos semper commonere de his, tametsi sciatis, & confirmati sitis in præsenti ueritate. Attamen iustum arbitror, quandiu sum in hoc tabernaculo, excitare uos per commonitionem,

nitionem: cum sciam breui futurum, ut deponam hoc tabernaculum meum, quemadmodum & dominus noster Iesus Christus significauit mihi. Quin & dabo semper operam, ut uos post exitum meum horum mentionem facere possitis. Non enim arte compositas fabulas sequuti, notam uobis fecimus domini nostri Iesu Christi uirtutem & aduentū: sed qui oculis nostris aspeximus illius maiestatem. Acceperat enim à deo patre honorem & gloriam, uoce ad illum delata huiusmodi à magnifica gloria: †Hic est ille filius meus dilectus, in quo mihi cōplacitum est. Et hanc uocem nos audiuimus è cœlo delatam, cum essemus unà cum illo in monte sancto. Et habemus firmiorem sermonem propheticum: cui dum attenditis, ceu lucernæ apparenti in obscuro loco, recte facitis, donec dies illucescat, & lucifer exoriatur in cordibus uestris. Si illud prius noueritis, quod omnis prophetica scriptura nō sit priuatæ interpretationis. †Non enim uolūtate hominis allata est olim prophetia, sed à spiritu sancto impulsi, locuti sunt sancti dei homines.

M.3.17. Mar.1.9 Luc.3.9

1. Tim.3.

CAPVT II.

FVerunt autem & pseudoprophetæ in populo, quemadmodum & inter uos erunt falsi doctores, qui clàm inducent sectas

perniciosas, etiam dominum qui illos mercatus est, abnegantes: accersentes sibijpsis celerem interitum, & plærique sequentur illorum exitia, per quos uia ueritatis maledictis afficietur, & per auaritiam factitijs sermonibus de uobis negotiabuntur, quibus iudicium iam olim non tardat, & perditio illorum non dormitat. † Nam si deus angelis, qui peccauerant, non pepercit, sed catenis noctis in tartarum præcipitatos, tradidit seruatos in iudicium: & prisco mundo non pepercit, † sed octauum iustitiæ præconem Noe seruauit, diluuio in mundum impiorum inducto: & ciuitates Sodomorum ac Gomorrhæ in cinerem redactas, subuersione cõdemnauit, eosq; fecit exemplum his qui impie forent acturi: † & iustum Lot, qui opprimebatur à nepharijs per libidinosam conuersationem, eripuit. Is enim oculis & auribus iustus, cum habitaret inter illos, quotidie animam iustam iniquis illorũ factis excruciabat. Nouit dominus pios è tentatione eripere, iniustos autẽ in diem iudicij puniendos seruare: maxime uero illos, qui carnem sequẽtes in concupiscentia pollutionis ambulant, ac dominationem contemnunt, audaces, præfracti, qui gloria præcellentes, non uerentur conuitijs incessere. Cum ipsi angeli, qui sunt robore

Iob 4.

Gen. 7.

Gen. 19.

ac

ac uirtute maiores, non ferunt aduersus se se apud dominum, maledicum iudicium. At isti ueluti bruta animantia, natura genita in capturam & in perniciem, in his quæ non intelligunt maledicentes, in perditione sua peribunt, reportantes mercedem iniustitiæ, pro uoluptate ducentes, si in diem delitijs fruantur, labes ac maculæ: qui conuiuantes in erroribus suis, insultant uobis, oculos habentes plenos adulteræ, & qui à peccando cessare nesciant, inescantes animas instabiles, cor habentes exercitatum rapinis, execrabiles filij, qui relicta recta uia, aberrauerunt, † sequuti uiam Balaam, filij Bosor, qui mercedem iniquitatis dilexit, sed redargutus fuit de sua iniquitate. Animal subiugale mutum, humana uoce loquens, prohibuit prophetæ dementiam. † Isti sunt fontes aqua carentes, nebulæ quæ à procella feruntur, quibus caligo tenebrarum in æternum seruata est. Siquidem ubi uehementer fastuosa uanitatis uerba sonuerint, inescant homines per concupiscentias carnis uoluptatibus, eos qui uere aufugerant, ab his qui in errore conuersantur, dum illis libertatem pollicentur, cum ipsi serui sint corruptionis. † Siquidē à quo quis superatus est, huic etiam in seruitutem est addictus. Nam si posteaquam refugerunt ab inquinamentis mundi per

Num. 22.

Iudæ 1.

Ioan. 8.

agnitionẽ domini, & seruatoris Iesu Christi: tamen his rursum inuoluti superantur: facta sunt illis postrema peiora primis. Satius enim fuisset illis non cognouisse uiam iustitiæ, quàm ubi cognouerunt, conuerti ab eo, quod illis traditum fuit, sancto præcepto. Verum accidit illis id quod uero pro-
Prou. 26 uerbio dici solet: † Canis reuersus ad suum ipsius uomitum: & sus lota, reuersa ad uolutabrum cœni.

CAPVT III.

HAsce iam alteras uobis charissimi scribo literas, in quibus extimulo uestram, per commonitionem, synceram mentem, ut memores sitis uerborum, quæ prędicta sunt à sanctis prophetis, & mandati nostri, qui sumus apostoli domini & seruatoris: illud
1. Tim. 4 primũ scientes, † uenturos in extremis die-
2. Tim. 3. bus illusores, qui iuxta proprias concupi-
Iudæ 1. scentias ambulent, & dicãt: Vbi est pollicitatio aduentus eius? Siquidem ex quo die patres obdormierunt, sic omnia permanent ab initio conditionis. Nam illud uolentes nesciunt, quod cœli iam olim fuerint ac terra, ex aqua & per aquam consistens dei sermone, per quæ is qui tum erat mũdus, aqua inundatus perijt. At qui nunc sunt cœli ac terra, eiusdẽ sermone repositi sunt, et seruantur igni in diẽ iudicij, & perditiõis impiorũ hominum

hominum. Vnum autem hoc ne lateat uos dilecti, † quod unus dies apud dominum perinde est ut mille anni: & mille anni ut dies unus. Haud tardat dominus qui promi sit, quemadmodū nōnulli tarditatem existi mant. Verum patiens est erga nos, dum non uult ullos perire, sed omnes ad pœnitētiam recipere. † Veniet autem dies domini sicut fur in nocte, quo cœli procellæ in morem transibunt: elementa uero æstuantia soluen tur, terraq́, & quæ in ea sunt opera exuren tur. Cum igitur hæc omnia soluantur, qua- les oportet esse uos in sanctis conuersatio- nibus ac pietatibus, expectantes & accele rantes aduentum diei dei, per quem cœli in censi soluentur, & elemēta æstuantia lique scent. † Sed cœlos nouos ac terram nouam iuxta promissum illius expectamus, in qui bus iustitia inhabitat. Quapropter dilecti, hæc expectantes, date operam, ut immacu- lati & incontaminati ab illo reperiamini in pace, dominiq́ nostri patientiam, salutem arbitremini: quemadmodum & dilectus fra ter noster Paulus, iuxta sibi datam sapien- tiam scripsit uobis: etiam in omnibus ferè epistolis loquens de his, inter quę sunt non nulla difficilia intellectu, quæ indocti pa- rumq́ firmi detorquēt, sicut & cæteras scri pturas ad suam ipsorum perniciem. Vos igi tur dilecti, posteaquam præmoniti estis, ca-

Ezec. 12.

1. Thes. 5. Apoc. 3.

Apoc. 21.

uete, ne simul cum alijs nephariorum errore abducti, excidatis à propria stabilitate: sed crescite in gratia & cognitione domini nostri & seruatoris Iesu Christi. Ipsi gloria & nunc, & in diem æternitatis. Amen.

IN EPISTOLAM IOANNIS primam argumentum per Erasmum Roterodamum.

HAnc epistolam esse Ioannis apostoli, qui scripsit Euangelium, uel ipse sermonis character arguit: multus est in mentione lucis ac tenebrarum, uitæ ac mortis, odij & charitatis, in iterandis uerbis, uelut exceptis ex sermone proximo. Quod genus est illud, ut exemplo quod dicimus, fiat dilucidius: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo: quoniã omne quod in mundo est, &c. Ac mox: Non est ex patre, sed ex mundo est. Et mundus transit. Quoties hic iteratur mundus? Postremo, est in toto huius sermone quiddam, minus adstrictum ac fusius, quàm in sermone reliquorum apostolorum. Est autem dilucidior epistola, quàm ut egeat argumento, quemadmodum & duæ sequentes,

tes, quæ Ioanni cuidam presbytero, non apostolo tribuuntur.

EPISTOLA BEATI IOANnis apostoli prima.

CAPVT I.

QVod erat ab initio, quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de sermone uitæ, & uita manifestata est, & uidimus: etiam testamur, & annunciamus uobis æternam uitam, quæ erat apud patrem, & manifestata est nobis. Quod uidimus & audiuimus, annunciamus uobis, ut & uos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum patre & filio eius Iesu Christo. Et hæc scribimus uobis, † ut gaudium uestrum sit plenum. Et hæc est promissio, quam audiuimus ex ipso, & annunciamus uobis, quod deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. Si dixerimus quod societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & ueritatem non facimus. Quod si in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, societatem ha- Ioan. 16. 2. Ioan. 1.

Heb.9. bemus inter nos mutuam, † & sanguis Iesu
1.Pet.1. Christi filij eius emundat nos ab omni pec
Apo.1. cato. Si dixerimus, peccatum non habe-
mus, nosipsos fallimus, & ueritas in nobis
3.Reg.8. non est. † Si confiteamur peccata nostra, fi-
2.Par.6. delis est & iustus, ut remittat nobis pecca-
ta nostra, & emundet nos ab omni iniquita
te. Si dixerimus, non peccauimus, menda-
cem facimus eum, & sermo eius non est in
nobis.

CAPVT II.

Heb.7. Filioli mei, hæc scribo uobis, ne pecce-
tis: & si quis peccauerit, † aduocatum
habemus apud patrem, Iesum Christum iu-
stum. Et ipse est propitiatio pro peccatis
nostris: non pro nostris autem tantum, sed
etiam pro totius mundi. Et per hoc scimus
quod cognouimus eum, si iussa illius ob-
Infra 4. seruamus. † Qui dicit, Noui eum, & præ-
cepta eius non seruat, mendax est, & in eo
ueritas non est. Qui autem seruat sermo-
nem eius, uere in hoc charitas dei perfe-
cta est. Per hoc scimus quod in ipso su-
mus. Qui dicit se in eo manere, debet sicut
ille ambulauit, & ipse ambulare. Fratres,
non præceptum nouum scribo uobis, sed
præceptum uetus, quod habuistis ab ini-
tio. Præceptum uetus est sermo, quem au-
Ioan.13. distis ab initio. † Rursum præceptum no-
uum scribo uobis, quod uerum est in ipso

idem

idem uerum est & in uobis, quia tenebræ prætereunt, & uerum lumen iam lucet.† Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc. * Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & offendiculum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ occæcauerunt oculos eius. Scribo uobis filioli, quoniam remittuntur uobis peccata propter nomen eius. Scribo uobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Scribo uobis adolescentes, quoniã uicistis illũ malum. Scribo uobis filioli, quoniam cognouistis patrem. Scripsi uobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Scripsi uobis adolescentes, quoniam fortes estis, & uerbum dei manet in uobis, & uicistis illum malum. Ne diligatis mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Quoniam omne quod est in mundo, ueluti concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & fastus uitæ, non est ex patre, sed ex mundo est. Et mundus transit & concupiscentia eius. Qui autem facit uoluntatem dei, manet in æternum. Filioli, nouissimum tempus est, & sicut audistis quod Antichristus uenturus sit, etiam nũc Antichristi multi cœperunt esse. Vnde scimus nouissimum

Infra 4. Leui. 19.

Antichristus.

tempus esse. E nobis profecti sunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent utiq; nobiscum. Sed ut manifesti fierent, quod non sint omnes ex nobis. Sed uos unctionem habetis à sancto illo, & nostis omnia: non scripsi uobis, quasi ignorantibus ueritatem, sed tanquam scientibus eam: quodq; omne mendacium ex ueritate non est. Quis est mendax, nisi is qui negat le
Antichristus quis. sum esse Christum? Hic est antichristus, qui negat patrem & filium. Quisquis negat filium, is ne patrem quidē habet. Vos igitur quod audistis ab initio, in uobis permaneat. Si in uobis permanserit quod audistis ab initio, & uos in filio & patre manebitis. Et hęc est repromissio, quam ipse pollicitus est nobis, uitam æternam. Hæc scripsi uobis de his qui seducunt uos: & unctio quam uos accepistis ab eo, manet in uobis. Et non necesse habetis ut quisquam doceat uos: sed sicut ipsa unctio docet uos de omnibus, & uera est, & non est mendacium. Et sicut docuit uos, manete in ea. Et nunc filioli manete in eo, ut cum apparuerit, habeamus fiduciam, & non pudeſiamus ab eo in aduentu eius. Si scitis quod iustus est, scitote quod omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est.

CAPVT III.

Videte

Videte qualem charitatem dedit nobis pater, ut filij dei nominemur. Propter hoc mũdus non nouit uos, quia non nouit eum. Charissimi, nunc filij dei sumus: & nondum apparuit id quod futuri sumus. Scimus autem, quod si apparuerit, similes ei erimus, quoniã uidebimus eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, purificat se, sicut & ille purus est. Omnis qui committit peccatum, idem & iniquitatem committit, & peccatum est iniquitas. † Et scitis quod ille Esa. 53.
apparuit, ut peccata nostra tolleret, & pec- 1. Pet. 2.
catum in eo nõ est. Omnis qui in eo manet, non peccat: omnis qui peccat, non uidit eum, nec cognouit eum. Filioli, nemo uos seducat. † Qui exercet iustitiam, iustus est, si Apo. 22.
cut & ille iustus est. Qui committit peccatum, ex diabolo est, † quoniam ab initio dia Ioan. 8.
bolus peccat. Ad hoc apparuit filius dei, ut dissoluat opera diaboli. Omnis qui natus est ex deo, peccatum non committit, quoniã semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, eo ꝙ ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filij dei, & filij diaboli. Omnis qui non facit iustitiã, non est ex deo, & qui non diligit fratrẽ suum. Quoniã hæc est annũciatio quã audistis ab initio, ut diligamus nos inuicem. † Nõ sicut Cain ex illo malo erat, Gen. 4.
& occidit fratrem suum. Et propter quid

occidit eum? quia opera eius mala erant,
Ioan. 15. fratris autem eius iusta. †Ne miremini fratres mei, si odit uos mundus. Nos scimus
† quoniam translati sumus de morte ad uitam, quia diligimus fratres. Qui non diligit fratrem, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est: & scitis quod omnis homicida non habet uitam æternam in se manentem. Per hoc cognouimus charitatem, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui uero habuerit substantiã mundi, & uiderit fratrem suum egentẽ, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei, ne diligamus uerbo, neq; lingua, sed opere & ueritate. Per hoc cognoscimus, quod ex ueritate sumus, & in conspectu eius suadebimus
Iob 27. cordibus nostris. †Quoniam si condemnet nos cor nostrum, maior est deus corde nostro, & nouit omnia. Charissimi, si cor nostrum non condemnet nos, fiduciam habe-
Ioan. 16. mus erga deum: † & quicquid petierimus, accipimus ab eo, quoniam præcepta eius
Ioan. 15. custodimus, & ea quæ sunt placita coram
Iufra 4. eo, facimus. † Et hoc est præceptum eius, ut credamus nomini filij eius IESV Christi, & diligamus nos mutuo, sicut dedit præceptũ. Et qui seruat præcepta eius, in illo manet, & ipse in eo. Et per hoc sci-

mus,

mus, quod manet in nobis, è spiritu quem nobis dedit.

CAPVT IIII.

CHarissimi, ne cuiuis spiritui credatis, sed probate spiritus an ex deo sint, quoniam multi pseudoprophetę exierūt in mundum. Per hoc cognoscite spiritū dei. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christū in carne uenisse, ex deo est. Et omnis spiritus qui non confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex deo non est. Et hic est ille spiritus Antichristi, de quo audistis quod uenturus sit, & nunc iam in mundo est. †Vos ex deo [Ioan. 8.
estis filioli, & uicistis eos, quoniam maior est qui in uobis est, q̄ qui in mundo. Ipsi è mundo sunt, ideo è mūdo loquūtur, & mundus eos audit. Nos ex deo sumus. †Qui no [Ibidem.
uit deum, audit nos: qui non est ex deo, non audit nos. Per hoc cognoscimus spiritū ueritatis, & spiritum erroris. Charissimi, diligamus nos inuicē, quia charitas ex deo est. Et omnis qui diligit, ex deo natus est, & cognoscit deū. Qui non diligit, non nouit deū, quoniam deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis, quod filium suum unigenitum misit deus in mundum, ut uiuamus per eum. †In hoc est charitas, nō quod nos [Ioan. 3.
dilexerimus deum: sed quod ipse dilexerit nos, & miserit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si sic deus

dilexit nos, & nos debemus nos mutuo di
Ioan. 1. ligere. † Deum nemo uidit unquam. Si dili-
2. Tim. 6. gamus nos inuicem, deus in nobis manet,
& charitas eius est pfecta in nobis. Ex hoc
cognoscimus, in eo nos manere, & ipsum
in nobis, quod de spiritu suo dedit nobis.
Et nos uidimus & testamur, quod pater mi
sit filium seruatorem mundi. Quisquis con-
fessus fuerit, quod Iesus est filius dei, deus
in eo manet, & ipse in deo. Et nos cognoui
mus, & credidimus charitatẽ quam habet
† deus in nobis. Deus charitas est, & qui ma
net in charitate, in deo manet, et deus in eo.
In hoc perfecta est charitas nobiscum, ut fi-
duciam habeamus in die iudicij, quod sicut
ille est, & nos sumus in mundo hoc. Timor
non est in charitate, sed perfecta charitas fo
ras eijcit timorem, quoniã timor cruciatum
habet. Qui autem timet, non est perfectus in
charitate. Nos diligimus eum, quoniã ipse
Supra 2. prior dilexit nos. † Si quis dixerit: Diligo
deum, & fratrem suum oderit, mendax est.
Qui enim non diligit fratrem suum quem ui
dit, deum quem non uidit, quomodo potest
Leuit. 19 diligere? † Et hoc præceptũ habemus ab eo,
Ioan. 13. ut qui diligit deum, diligat et fratrem suum.
Matt. 22.

CA-

CAP. V.

OMnis qui credit Iesum esse Christū, ex deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus quod diligamus filios dei, cum deum diligimus, & præcepta eius seruamus. Hęc est enim charitas dei, ut præcepta eius seruemus, & præcepta eius grauia non sunt. † Quoniam omne quod natum est ex deo, uincit mundum: & hæc est uictoria quæ uicit mundum, fides nostra. 1. Cor. 15
Quis est qui uincit mundum, nisi qui credit quod Iesus est filius dei? Hic est qui uenit per aquam & sanguinem, Iesus Christus: non per aquam solum, sed per aquam & sanguinem. Et spiritus est qui testificatur, quoniam spiritus est ueritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, sermo, & spiritus sanctus: & hi tres unum sunt: & tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, & aqua, & sanguis: & hi tres unum sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium dei maius est: quoniam hoc est testimonium dei, quo testificatus est de filio suo. † Qui credit in filium dei, habet testimonium in seipso. Qui non credit deo, mendacem fecit eum, quia non credit in testimonium, quod testificatus est deus de filio suo. Et hoc est testimonium, quod uitam æternam dedit nobis deus, Ioan. 3.

& hæc uita in filio eius est. Qui habet filium, habet uitam: qui non habet filium dei, uitam non habet. Hęc scripsi uobis, qui creditis in nomine filij dei, ut sciatis quod uitam habetis æternam, & ut credatis in nomine filij dei. Et hæc est fiducia quam habemus apud eum, quod si quid petierimus secundum uoluntatem eius, audit nos. Et si scimus quod audit nos, quicquid petierimus, scimus quod habemus petitiões quas postulauimus ab eo. Si quis uiderit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petet & dabit ei uitam, peccantibus non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roges. Omnis iniquitas peccatum est. Et est peccatum nõ ad mortem. Scimus quod omnis qui natus est ex deo, non peccat: sed qui genitus est ex deo, seruat se ipsum, & malus ille non tangit eum. Scimus quod ex deo sumus, & mundus totus in malo constitutus est. Scimus autem quod filius dei uenit, & dedit nobis mentem, ut cognoscamus illum qui uerus est: & sumus in uero, in filio eius Iesu Christo. Hic est uerus deus, & uita æterna. Filioli, cauete uobis à simulachris, Amen.

Senior



Enior electæ dominæ, & filijs eius, quos ego diligo in ueritate: & non ego solus, sed & omnes qui cognouerunt ueritatem, propter veritatem, quæ permanet in nobis, & nobiscum erit in æternum. Erit nobiscum gratia, misericordia, pax à deo patre, & à domino Iesu Christo filio patris in ueritate & charitate. Gauisus sum ualde, ꝙ inueni de filijs tuis ambulantes in veritate, sicut præceptum accepimus à patre. Et nunc rogo te domina, non tanquam mandatum nouum scribo tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus nos mutuo. Et hæc est charitas, ut ambulemus secundum præceptum eius. Hoc est præceptum, quemadmodum audistis ab initio, ut in eo ambuletis, quoniam multi seductores ingressi sunt in mundum, qui non confitetur Iesum Christum uenturũ in carne, † hic est seductor & Antichristus. Intuemini uosipsos, ne perdamus quæ operati sumus, sed ut mercedem plenam recipiamus. Omnis qui transgreditur, & nõ manet in doctrina Christi, deum non habet. Qui manet in doctrina Christi, hic & patrem & filium habet. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert, ne re- † 1. Ioan. 2

cipiatis eum in domũ, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malis. Cum multa haberem uobis scribenda, nolui per chartam & atramentum: sed spero me uenturum ad uos & præsentem præsentibus loquuturum, † ut gaudium nostrum ſit completum. Salutant te filij sororis tuæ electæ, Amen.

Ioan. 16.
2. Ioan. 1.

EPISTOLA BEATI IOANnis theologi catholica tertia.

SEnior Gaio dilecto, quem ego diligo in ueritate. Dilecte, de omnibus opto, ut prospere agant, et recte ualeãt, sicut prospere agit anima tua. Gauisus sum enim ualdeuenientibus fratribus, & testimoniũ reddẽtibus ueritati tuę, sicut tu in ueritate ambulãs. Maius his nõ habeo gaudiũ, q̃ ut audiam filios meos in ueritate ambulare. Charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & in hospites, qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu ecclesiæ: quos, benefacies, si deduxeris digne deo. Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes à gentibus. Nos ergo debemus recipere huiusmodi, ut cooperatores

simus

simus ueritati. Scripsi ecclesiæ, sed is qui amat primatũ gerere in eis Diotrephes, nõ recipit nos. Propter hoc si uenero, indicabo facta illius quæ facit, uerbis malitiosis garriens in nos: & nec in his cõtentus, non solum non recipit fratres, uerumetiam uolentes recipere prohibet, & è congregatione eijcit. Dilecte, ne imiteris quod malum est, sed quod bonum est. Qui bene facit, ex deo est: qui autem malefacit, non uidet deum. Demetrio testimonium redditum est ab omnibus, & ab ipsa ueritate: sed & nos testimonium perhibemus, & nostis quod testimonium nostrum uerum est. Multa habebam quæ scriberem, sed nolo per atramentum & calamum scribere tibi. Spero autem protinus me uisurum te, & præsentes coram loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

Epistolæ Ioan. theologi finis.

IN EPISTOLAM IVDAE
argumentum per Erasmum Roterodamum.

MVltis uerbis destomachatur in eos qui cupiditatibus suis excæcati, aduersabantur euãgelio. Quod tamen nouũ uideri

non debeat, cum iam olim in hoc destinati sint, & ab apostolis prædictum sit, id genus homines irrepturos in gregem Christianorum. Aduersus hos sic armat eos, ut studeant & illos uel increpatione coercere, uel admonendo seruare. Quod si non queant, certe ipsi sese parent in aduentum Christi.

Argumenti finis.

EPISTOLA BEATI IVDAE apostoli catholica.

IVdas Iesu Christi seruus, frater Iacobi, his qui in deo patre sanctificati sunt, quiq; Iesu Christo seruati sunt, uocatis. Misericordia uobis & pax & charitas multiplicetur. Dilecti, tantum mihi studium fuit scribendi ad uos de communi salute, ut nõ potuerim non scribere uobis, obsecrans ut uestris laboribus adiumento sitis fidei, quę semel data est sanctis. Obiter enim subierũt quidam homines impij, qui prius descripti fuerant in hoc iudicium, qui dei nostri gratiam transferũt ad lasciuiam, ac deum, qui solus est herus, ac dominum nostrum Iesum Christum negant. Volo autem uos commonefacere,

nefacere, cum sciatis semel illud quod dñs, posteaquam populum ex Aegypto saluum eduxerat, rursus eos qui non credebãt perdidit: † quodq; angelos qui nõ seruauerãt suam originem, sed reliquerant suum domicilium ad iudicium magni illius dei, uinculis ęternis sub caligine seruauit. † Sicut Sodoma & Gomorrha, & his finitimæ ciuitates, quæ ad consimilem modum cum illis stupris inquinatæ fuerant, ac sequutæ fuerant carnem alienam, propositæ sunt exemplo, ignis æterni pœnam sustinentes. Similiter sanè & hi delusi in somnijs, carnẽ quidem polluunt, dominos uero spernũt, in potestate præditos maledicta congerunt. † At Michael archangelus cum aduersus diabolum certans disceptaret de corpore Mosi, non ausus est illi impingere notam maledicti, sed dixit: Increpet te dñs. At isti quę nõ nouerunt, ea maledictis insectãtur: quæ uero natura ceu animantia rationis expertia sciunt, in his corrumpuntur. Væ illis, quoniam uiam Cain ingressi sunt, & deceptione mercedis qua deceptus fuit Balaã, effusi sunt, † & contradictione Core perierunt. Hi sunt inter charitates uestras maculæ, inter se conuiuantes, absq; ullius timore suopte ductu arbitrioq; uiuẽtes, nubes aquam non habentes, quæ à uentis circũaguntur, arbores autumno marcescentes: infrugife-

Esa. 14.

Gen. 19.

Zach. 3.

Num. 16 & 26.

ræ, bis emortuæ & eradicatæ, undæ efferæ maris, despumãtes sua ipsorum dedecora: stellæ erraticæ, quibus caligo tenebrarum in æternum seruata est. Prius autem his uaticinatus est septimus ab Adam Enoch, dicens: † Ecce uenit dominus in sanctis milli
Apoc. 1. bus suis, ut faciat iudiciũ aduersus omneis
Esa. 3. & redarguat omneis ex eis qui sunt impij, de factis omnibus quæ impie patrarũt, deq; omnibus duris quæ loquuti sunt aduersus eum peccatores impij. Hi sunt murmuratores, queruli, iuxta cõcupiscentias suas ambulantes, & os illorũ loquitur tumida, admirãtes personas, utilitatis gratia. Vos autem dilecti, memores estis uerborum quæ antehac dicta fuerunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi, quod dixerunt uobis †
1. Tim. 4 in extremo tempore futuros illusores, qui
2. Tim. 3. iuxta suas impias cupiditates ambularent.
2. Pet. 3. Hi sunt qui segregant animales, spiritũ non habentes. Vos autem dilecti, sanctissimę uestræ fidei superstruentes uosipsos, per spiritum sanctum orantes, uos inuicem in charitate dei seruate, expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in uitã æternam. Et hos quidem commiseremini, dum dijudicamini: illos aũt per timorem saluos facite, ex incendio rapientes, odio prosequentes, & eam quę ex carne est maculatã tunicam. Ei uero qui potest illos seruare à peccato

immu-

immunes, & statuere in conspectu gloriæ suæ, incontaminatos cum exultatione: soli sapienti deo seruatori nostro, gloria & magnificentia & imperium & potestas, nunc & in omnia sæcula, Amen.

Epistolæ Iudæ finis.

APOCALYPSIS BEATI Ioannis theologi.

CAPVT I.

REuelatio Iesu Christi, quã dedit illi deus, ut palàm faceret seruis suis, quæ oportet fieri cito: & significauit, cum misisset mandatum per angelũ suum seruo suo Ioanni, qui testificatus est sermonem dei, & testimonium Iesu Christi, & quæcunq; uidit. * Beatus qui legit & audit uerba prophetiæ, & seruat ea quæ in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Ioannes septem ecclesijs quæ sunt in Asia. Gratia uobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui uenturus est, & à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt, & à Iesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, ei qui dile- Infra 22.

Heb. 9. xit nos, † et lauit nos à peccatis noſtris per
1. Ioan. 1. ſanguinem ipſius, & fecit nos reges & ſa-
1. Pet. 1. cerdotes deo & patri ſuo: ipſi gloria & im-
Eſa. 3. perium in ſæcula ſæculorum, Amen. † Ec-
Matt. 24. ce uenit cum nubibus, & uidebit eum om-
Iudæ 1. nis oculus, & qui eum compunxerunt. Et
plangẽt ſe ſuper eum omnes tribus terræ, e-
Infra 22. tiam, Amen. † Ego ſum alpha & O, princi-
pium & finis, dicit dominus, qui eſt, & qui
erat, & qui uenturus eſt omnipotens. Ego
Ioannes frater ueſter & particeps in affli-
ctione, & regno, & patientia in Chriſto Ie-
ſu, fui in inſula, quæ appellatur Pathmos,
propter ſermonem dei & teſtimonium Ieſu
nfra 4. Chriſti. † Fui in ſpiritu in dominico die, &
audiui poſt me uocem magnam tanquam tu
bæ, dicentis: Ego ſum alpha & O, primus
& nouiſſimus. Quod uides ſcribe in libro,
& mitte ſeptem eccleſijs quæ ſunt in Aſia,
Epheſo, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thya
tiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodi
ciæ. Et conuerſus ſum ut uiderem uocem
quæ loquebatur mecum. Et conuerſus, uidi
ſeptẽ candelabra aurea, & in medio ſeptem
candelabrorũ aureorũ ſimilẽ filio hominis,
ueſtitũ ueſte ad pedes uſq; demiſſi, & præ
cinctũ ad mamillas zona aurea. Caput au-
tem eius & capilli erant candidi uelut lana
Infr. 2. 19. alba, & tanquã nix. † Et oculi eius tanquã
flamma ignis, & pedes eius ſimiles chalco-
libano,

libano, uelut in camino ardentes, & uox illius tanquam uox aquarum multarum, & habebat in dextera sua stellas septem. * Et de ore eius gladius utraq; parte acutus exibat. †Et facies eius sicut sol lucet in uirtute sua. Et cū uidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus, & posuit dexteram suam super me, dicens mihi: † Noli timere, ego sum primus & nouissimus, & uiuus: & fui mortuus, & ecce sum uiuens in sæcula sæculorum amen: † & habeo claues inferorum, & mortis. Scribe quæ uidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc. Sacramentum septem stellarū, quas uidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea. Septem stellæ, angeli sunt septem ecclesiarū: & candelabra septem, quæ uidisti, septem ecclesiæ sunt.

Infra 9. 1. Matt. 17. Esa. 44. Esa. 22. Iob 12. Infra 3.

CAPVT II.

ANgelo Ephesinæ ecclesiæ scribæ: Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua: qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum: Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quod nō potes sustinere malos: & tentasti eos, qui se dicunt apostolos esse, & nō sunt: & inuenisti eos mendaces, & tulisti. Et patientiam habes, & propter nomen meum laborasti, & non defecisti. Sed habeo aduersum te quod charitatem tuam primā reliquisti. Memor

esto itaq; unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin minus, ueniã, tibi cito, & mouebo candelabrum tuum de
Luc.13. loco suo, * nisi resipueris. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesijs. Vincenti dabo edere, de ligno uitæ, quod est in medio paradisi dei. Et angelo Smyrnæorum ecclesiæ scribe: Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus & uiuit: Scio opera tua & afflictionem & paupertatem, sed diues es: & blasphemiam eorum qui se dicunt Iudæos esse & non sunt, sed sunt synagoga satanæ. Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex uobis in carcerem ut tentemini, & habebitis afflictionem dierum decem. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesijs: Qui uicerit, non lædetur à morte secunda. Et angelo Pergamensis ecclesiæ scribe: Hæc dicit, qui habet romphæam utraque parte acutam: Scio opera tua, & ubi habitas, ubi sedes est satanæ, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meã. Et in diebus meis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud uos, ubi satanas habitat. Sed habeo aduersus te pau-
Num. 24 ca, * quia habes isthic tenentes doctrinam Balaam,

Balaã, qui docebat in Balac mittere scandalum coram filijs Israel, edere ex his quæ simulachris immolantur, & scortari: Ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarũ, quod odi. Resipisce, alioqui ueniã tibi cito, & pugnabo cum illis gladio oris mei. Qui habet aurẽ, audiat quid spiritus dicat ecclesijs. Vincẽti dabo edere ex manna abscondito, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouũ scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Et angelo Thyatirẽsis ecclesiæ scribe: Hæc dicit filius dei, †qui habet oculos tanquã flammam ignis, & pedes eius similes chalcolibano. Noui opera tua, & charitatem, & ministeriũ, & fidem, & patientiam tuam, & opera tua, & nouissima plura prioribus. Sed habeo aduersus te pauca, †quia permittis mulierem Hiezabel, quæ se dicit prophetã, docere & seducere seruos meos, scortari, & edere ex his quæ simulachris immolantur. † Et dedi illi tempus ut resipisceret à scortatione sua, nec resipuit. Ecce ego mitto eam in lectum, & qui adulterio miscẽtur cum ea, in afflictionem maximam, nisi pœnitentiam egerint ab operibus suis: & filios eius interficiam morte: & scient omnes ecclesiæ, quod † ego sim ille scrutans renes & corda: & dabo unicuique uestrum secundum opera sua. Vobis autem dico, & cæteris

Supra 1.
Infra 19.
3. Reg. 19
4. Re. 9.
Iob. 24.
Hier. 17.
Psal. 7.

qui Thyatiræ estis: quicunque non habent doctrinam hanc, & qui non cognouerunt profunditates satanæ, quemadmodum dicunt: non mittam super uos aliud pondus, tamen id quod habetis tenete donec ueniã. Et qui uicerit & custodierit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gen-
Psal.2. tes, † & reget eas uirga ferrea, & tanquam
Infra 19. uasa figuli confringentur. Sicut & ego accepi à patre meo, & dabo illi stellam matutinam. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesijs.

CAPVT III.

ET angelo ecclesiæ quæ est Sardis scribe: Hæc dicit qui habet septem spiritus dei, & septem stellas. Scio opera tua, quia nomen habes, quod uiuas, & mortuus es. Esto uigilans, & cõfirma cætera quæ moritura erant. Non enim inueni opera tua plena coram deo. In mente ergo habe, qualiter acceperis & audieris, et serua & resipisce.
1. Thess.5 Si ergo non uigilaueris, † ueniam ad te tan-
2. Pet.3. quam fur, & nescis qua hora ueniam ad te. Habes pauca nomina et Sardis, qui non inquinauerunt uestimenta sua, & ambulabũt mecum in albis, quia digni sunt. Qui uicerit, sic uestietur uestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro uitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo, et coram angelis eius. Qui habet aurem, audiat quid

spiritus

ſpiritus dicat eccleſijs. Et angelo Philadelphienſis eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit ſanctus & uerax, †qui habet clauē Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Scio opera tua. Ecce dedi coram te oſtium apertum, & nemo poteſt claudere illud, quia modicam habes uirtutem: Et ſeruaſti ſermonem meum, & non negaſti nomen meum. Ecce do de ſynagoga ſatanæ, qui dicunt ſe ludæos eſſe, & non ſunt, ſed mentiuntur. Ecce adigam illos, ut ueniant, & adorent ante pedes tuos, & ſciant quod ego dilexi te, quoniam ſeruaſti ſermonem patientiæ meæ, & ego ſeruabo te ab hora tentationis, quæ uentura eſt in orbem uniuerſum, ut tentet habitantes in terra. Ecce uenio cito. Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Qui uicerit, faciam illum columnam in templo dei mei, & foras non egredietur amplius. Et ſcribam ſuper eum nomen dei mei, & nomen ciuitatis dei mei nouæ Hieruſalem, quę deſcendit de cœlo à deo meo, & nomen meum nouum. Qui habet aurem, audiat quid ſpiritus dicat eccleſijs. Et angelo Laodicenſium eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit, Amen teſtis fidelis & uerus, principium creaturæ dei. Scio opera tua, quia neq; frigidus es, neq; feruidus: utinam frigidus eſſes aut feruidus: itaque quoniam tepidus es, & neq; frigidus, neq;

Eſa. 22. Iob 12.

feruidus, incipiam te euomere ex ore meo, quia dicis, Diues sum, & ditatus sum, & nullius ego, & nescis q̃ tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, ac nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum ex igni, ut locuples fias: & uestimentis albis induaris, ut non appareat dedecus nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos, ut
Prou. 3. uideas. †Ego quoscunq; amo, arguo & ca
Heb. 12. stigo. Aemulare ergo ac resipisce. Ecce sto ad ostium & pulso. Si quis audierit uocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Qui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego uici, & cõsedi cum patre meo in throno eius. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesijs.

CAPVT IIII.

POst hæc uidi, & ecce ostium apertum in cœlo, & uox prima quam audiui, tanquam tubæ loquentis mecũ, dicens: Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc. Et statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens. Et qui sedebat, similis erat aspectu, lapidi iaspidi & sardio: & iris erat in circuitu sedis similis aspectu smaragdino. Et in circuitu sedis sedilia uigintiquatuor, & super thronos uigintiquatuor seniores sedentes, circumamicti stolis albis, & habebant

bant in capitibus ſuis coronas aureas. Et de throno procedebãt fulgura, & tonitrua, & uoces, & ſeptem lampades ignis ardentes ante thronum, quæ ſunt ſeptem ſpiritus dei. Et in cõſpectu ſedis tanquam mare uitreum ſimile cryſtallo, & in medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia, plena oculis ante & retro. Et animal primum ſimile leoni, & ſecundum animal ſimile uitulo, & tertium animal habens faciem uelut homo, & quartum animal ſimile aquilæ uolanti. Et quatuor animalia ſingula eorum habebãt alas ſenas in circuitu, & intus plena erant oculis. Et requiem non habent die ac nocte, dicentia: † Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui uenturus eſt. Et cum darent illa animalia gloriam & honorem, & benedictionẽ ſedenti ſuper thronũ, uiuenti in ſæcula ſæculorũ, procidunt uigintiquatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorant uiuentẽ in ſæcula ſæculorũ: & abiiciunt coronas ſuas ante thronũ, dicentes: Dignus es dñe accipere gloriã, & honorẽ, & uirtutem, quia tu creaſti omnia, & propter uoluntatem tuam ſunt, & creata ſunt. Eſa. 6.

CAPVT V.

ET uidi in dextera ſedentis ſuper thronum † librum ſcriptum intus & in tergo, ſignatum ſigillis ſeptem. Et uidi Ezech. 2.

angelum fortem prædicãtem uoce magna: Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? Et nemo poterat neq; in cœlo, neq; in terra, neq; subter terram aperire librum, neq; aspicere illum. Et ego flebam multum, quod nemo dignus inuentus esset aperire & legere librum, nec uidere eum. Et unus de senioribus dicit mihi: Ne fleueris. Ecce uiuit leo de tribu Iuda, radix Dauid, ut aperiat librum, & soluat septem signacula eius. Et uidi, et ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum agnus stans tanquã occisus, habẽs cornua septem, & oculos septem: qui sunt septem spiritus dei, missi in omnem terram. Et uenit, & accepit de dextera sedentis in
Infra 6. throno librum. †Et cum accepisset librum, quatuor animalia & uigintiquatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt precationes sanctorum, & canunt canticum nouum, dicentes:
Infra 7. †Dignus es accipere librum, & aperire signacula eius, quoniam occisus es, †
Supra 1. & redemisti nos deo per sanguinem tuum ex
Hebr. 9. omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos deo nostro reges, & sacer
1. Pet. 1. dotes, & regnabimus super terram. †Et uidi & audiui uocem angelorum multorũ in
Dan. 7. circuitu throni & animalium, & seniorum,

&

& millia millium, dicentia uoce magna: Dignus est agnus qui occisus est, accipere uirtutem, & diuitias & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et omnem creaturam quæ in cœlo est, & quæ super terram, & quæ sub terra, & in mari, & quæ in eis sunt, omnia, audiui dicentes: Sedenti in throno & agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum. Et quatuor animalia dicebant: Amen. Et uigintiquatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt uiuentem in sæcula sæculorum.

CAPVT VI.

ET uidi, cum aperuisset agnus unum de sigillis, & audiui unum de quatuor animalibus, dicens tanquã uocem tonitrui: Veni & uide: & uidi. Et ecce equus albus, & qui sedebat super eum, habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit uincens, & ut uinceret. † Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal, dicens: Veni & uide. Et exiuit alius equus rufus, & qui sedebat super illum, datum est ei ut tolleret pacem de terra, & ut inuicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus. Et cum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal, dicens: Veni & uide: & uidi. Et ecce equus niger, & qui sedebat super illum, habebat stateram in manu sua, Supra 5.

& audiui uocem in medio quatuor animalium, dicentẽ: Chœnix tritici denario uno, & tres chœnices hordei denario uno, et uinum & oleum ne læseris. Et cum aperuisset sigillũ quartũ, audiui uocem quarti animalis dicentem: Veni & uide, & uidi. Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super eũ, nomen illi mors, & infernus sequitur eum, & data est illis potestas interficiendi super quartam partem terræ, gladio, & fame, & morte, & à bestijs terræ. Et cum aperuisset sigillũ quintũ, uidi subter altare animas interfectorũ, propter uerbum dei, & propter testimoniũ quod habebant. Et clamabant
Infra 19. uoce magna, dicentes: † Vsq; quo domine, qui es sanctus & uerax, non iudicas ac uindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, et dictum est illis, ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleretur conserui eorum: & fratres eorum qui interficiendi essent, sicut et illi. Et uidi, cum
Matt. 27. aperuisset sigillum sextum, † & ecce terræmotus magnus factus est. Et sol factus est niger tanquam saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ de cœlo ceciderunt super terram, sicut ficus abijcit grossos suos, cum à uento magno mouetur. Et cœlum recessit sicut liber qui circumuoluitur: & omnis mons & insulæ

de

de locis suis motæ sunt: & reges terræ, & principes, & diuites, & tribuni, & fortes, & omnis seruus, & liber †absconderunt se in speluncis, & in petris montium. *Et dicunt montibus et petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni, quoniã uenit dies magnus iræ illius, & quis poterit stare?

Esa. 2. Osee 10. Luc. 23.

CAPVT VII.

POst hæc uidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor uentos terræ, ne flaret uentus super terram, neque super mare, neq; in ullam arborem. Et uidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem sigillum dei uiui, & clamauit uoce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens: † Nolite nocere terræ, neq; mari, neque arboribus, quoadusq; signemus seruos dei nostri in frontibus suis. Et audiui numerum signatorum, centum quadragintaquatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben, duodecim millia signati Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Neptalim, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Symeon, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duo-

Infra 9.

decim millia signati. Ex tribu Isachar, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia signati. Post hæc uidi, & ecce turba multa, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum: & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorũ, & clamabant uoce magna, dicentes: Salus ei qui sedet super thronum dei nostri, & agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni et seniorũ, & quatuor animaliũ: & procubuerunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerũt deum, dicentes: Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & uirtus, & fortitudo deo nostro in sæcula sæculorum. Amen. Et respondit unus de senioribus, & dixit mihi: Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & unde uenerunt? Et dixit illi: Domine, tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt qui uenerunt ex afflictione magna, & dilatauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas per sanguinem agni. Ideo sunt ante thronum dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno habitabit super illos. Non esurient neq; sitient amplius, nec cadet super illos sol, neq; ullus æstus, quoniam agnus qui

in

in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad uiuos fontes aquarum, † & absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Esa. 25. Infra 21.

CAPVT VIII.

ET cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cœlo media fermè hora. Et uidi septem angelos stantes in conspectu dei, & datæ sunt illis septem tubæ. Et alius angelus uenit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, ut daret de precationibus sanctorum omnium super altare aureum quod est ante thronum. Et ascendit fumus incensorum de precibus sanctorum è manu angeli coram deo. Et accepit angelus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & uoces, & fulgura, & terræmotus: & septem angeli, qui habebant septem tubas, præparauerunt se ut tuba canerent. Et primus angelus tuba cecinit, & facta est grãdo, & ignis mixta sanguine, & missa sunt in terram, & tertia pars arborum concremata est, & omne fœnum uiride combustum est. Et secundus angelus tuba cecinit, & tanquam mons magnus igne ardens proiectus est in mare. Et facta est tertia pars maris sanguis, & mortua est tertia pars creaturarum quæ erant in mari, quæ habebant animas, & ter

tia pars nauium interijt. Et tertius angelus tuba cecinit, & cecidit è cœlo stella magna ardens tanquã facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum: et nomen stellæ dicitur absinthium. Et uersa est tertia pars in absinthium, & multi homines mortui sunt ex aquis, quia amaræ factę sunt. Et quartus angelus tuba cecinit, et percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ita ut obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter. Et uidi, et audiui unum angelum uolantem per medium cœli, dicentem uoce magna: Væ, uæ, uæ habitantibus in terra: è cæteris uocibus tubæ trium angelorum, qui erant tuba canturi.

CAPVT IX.

ET quintus angelus tuba cecinit, & uidi stellam de cœlo cecidisse in terram,
Infr. 14. 19 & data est ei clauis putei abyssi. † Et aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est sol & aer à fumo putei. Et de fumo exierunt locustæ in terram, & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ. Et præceptum est illis, ne læderent fœnum terræ, neque omne uiride, neque omnem arborem, nisi tantum homines, qui non habent signum dei in frontibus suis,

suis. Et datum est illis, ne occiderent eos, sed ut cruciarentur mensibus quinque. Et cruciatus eorum ut cruciatus scorpij, cum percusserit hominem. †Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Et similitudines locustarum similes equis paratis in prælium, & super capita earum tanquam coronæ, similes auro, & facies earum tanquam facies hominum. Et habebant capillos sicut capillos mulierum, & dentes earum quasi leonum erant. Et habebant loricas, sicut loricas ferreas: & uox alarum earum sicut uox curruum equis multis currentibus ad bellum. Et habent caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum, & potestas earum nocere hominibus mensibus quinq. Et habent super se regem angelum abyssi, cui nomen Hebraice Abaddon, Græce autem Apollyon, id est perdens. Væ unum abijt, & ecce ueniunt adhuc duo uæ post hæc. Et sextus angelus tuba cecinit, & audiui uocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos dei, dicentem sexto angelo qui habebat tubam: Solue quatuor angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Et soluti sunt quatuor angeli, qui parati erãt in horã & diem, & mensem et annum, ut occiderent tertiam

Esa. 2. Osee 10.

partem hominum. Et numerus equestris exercitus, uicies millies decem millia. Et audiui numerum eorum. Et ita uidi equos in uisione: & qui sedebãt super eos, habebant thoraces igneas, et hyacinthinas, et sulphureas. Et capita equorum erant tanq̃ capita leonum, & de ore ipsorũ procedebat ignis & fumus & sulphur. Ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum, de igne & de fumo, & sulphure, quæ procedebant ex ore ipsorum. Potestas enim eorum in ore eorum est, & in caudis eorum. Nam caudæ eorum similes serpentibus, habentes capita, & per hæc nocent. Et cæteri homines qui non sunt occisi his plagis, neq; resipuerunt ab operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmonia, & simulachra aurea & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neq; uidere possunt, neq; audire, neq; ambulare: & non egerunt pœnitentiam ab homicidijs suis, neq; à ueneficijs suis, neq; à fornicatione sua, neq; à furtis suis.

CAPVT X.

ET uidi alium angelum fortem descendentem de cœlo, amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat ut sol, & pedes eius tanquam columnæ ignis, & habebat in manu sua libellum apertum: & posuit pedem suum dexterum super mare, sinistrum autem super terram. Et clamauit uoce.

uoce magna, quemadmodum cum leo rugit. Et cum clamaſſet, loquuta ſunt ſeptem tonitrua uoces ſuas. Et cum loquuta fuiſſent ſeptem tonitrua uoces ſuas, ego ſcripturus eram. Et audiui uocem de cœlo dicentem mihi: Obſigna quę loquuta ſunt ſeptem tonitrua, & ne ea ſcribas. Et angelũ quem uidi ſtantem ſuper mare & ſuper terram, leuauit manum ſuam ad cœlum, & iurauit per uiuentem in ſæcula ſæculorũ, qui creauit cœlum, & ea quæ in illo ſunt: & terrã, & ea quæ in ea ſunt: & mare, & ea quæ in eo ſunt: tempus non fore amplius, ſed in diebus uocis ſeptimi angeli, cum cœperit tuba canere, conſummãdum eſſe myſterium dei, ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos prophetas. Et audiui uocem de cœlo iterũ loquentem mecum, & dicentem: Vade & accipe libellum apertum in manu angeli ſtantis ſuper mare, & ſuper terram. Et abij ad angelum, dicens ei, ut daret mihi libellum. Et dixit mihi: † Accipe libellum, & deuora illum, & faciet amaricari uentrem tuum, ſed in ore tuo erit dulcis tanquam mel. Et accepi libellum de manu angeli, & deuoraui illum, & erat in ore meo tanquã mel dulcis. Et cũ deuoraſſem eum, amaricatus eſt uenter meus. Et dicit mihi: Oportet te iterum prophetare in gentibus, & linguis, & populis, & regibus multis. Ezech. 3.

CAPVT XI.

ET datus est mihi calamus similis uirgæ, & dictum est mihi: Surge, & metire templum dei, & altare, & adorantes in eo. Et atrium quod intra templum est eijce foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus, & ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus: et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis. Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conspectu dei terræ stantia. Et si quis uoluerit eis nocere, ignis exit de ore eorum, & deuorat inimicos eorum. Et si quis uoluerit eos lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutiendi terram omni plaga, quotiescunque uoluerint. Et cum finierint
Dan. 7. testimonium suum, † bestia quæ ascendit de abysso, faciet aduersus eos bellum: & uincet illos, & occidet eos. Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ uocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus, ubi & dominus noster crucifixus est. Et uidebunt de tribubus, & populis, & linguis, & gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium, & corpora eorum non sinent poni in monumētis. Et inhabitātes ter

ram

ram gaudebunt super illis & lætabuntur, & munera mittẽt inuicem: quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitant super terrã. Et post dies tres & dimidiũ, spiritus uitæ à deo intrauit in eos. Et steterũt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos qui uiderũt eos. Et audierũt uocem magnam de cœlo, dicentem ipsis: Ascẽdite huc. Et ascenderũt in cœlũ in nube, et uiderũt illos inimici eorũ. Et in illa hora factus est terræmotus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit, & occisa sunt in terræmotu nomina hominũ septem millia, & reliqui territi sunt, & dederunt gloriam deo cœli. Væ secundum abijt, & ecce uæ tertium ueniet cito. Et septimus angelus tuba cecinit, & factæ sunt uoces magnæ in cœlo, dicentes: Facta sunt regna huius mundi dñi nostri & Christi eius, & regnabit in sæcula sæculorum, Amen. Et uigintiquatuor seniores qui in conspectu dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt deum, dicentes: Gratias agimus tibi domine deus omnipotens, qui es, & qui eras, et qui uenturus es: quia accepisti uirtutẽ tuam magnam, & regnasti. Et iratæ sunt gentes, & aduenit ira tua, et tempus mortuorum ut iudicentur: et reddas mercedẽ seruis tuis prophetis, et sanctis, et timẽtibus nomen tuũ pusillis et magnis, et ꝓdas eos ꝙ perdũt terrã.

Et apertum est templum dei in cœlo, & uisa est arca testamenti eius in templo eius: et facta sunt fulgura, & uoces, & tonitrua, & terræmotus, & grando magna.

CAPVT XII.

ET signum magnũ apparuit in cœlo. Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Et in utero habens, clamat parturiens, & cruciatur ut pariat. Et uisum est aliud signum in cœlo, & ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decem: et in capitibus suis diademata septem, & cauda eius trahit tertiam partem stellarum cœli, & misit eas in terram: & draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, ut cum peperisset filium eius, deuoraret. Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes uirga ferrea: & raptus est filius eius ad deum, & ad thronum eius. Et mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum à deo, ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta. Et factum est prælium magnum in cœlo, Michael & angeli eius prælia bantur cum dracone: & draco pugnabat & angeli eius, & non ualuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cœlo. Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui uocatur diabolus & satanas, qui seducit totum terra-

rum.

rum orbem, & proiectus est in terram, & angeli eius cum illo proiecti sunt. Et audiui uocem magnam dicentem: In cœlo nunc facta est salus, & uirtus, & regnum dei nostri & potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum nostrorũ, qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte: & ipsi uicerunt eum propter sanguinem agni, & propter sermonem testimonij sui, & non dilexerunt animã suam usq; ad mortem. Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ habitatoribus terræ & maris, quia descendit diabolus ad uos habens iram magnam, sciens quod modicũ tempus habet. Et postquam uidit draco quod proiectus esset in terram, persequutus est mulierem quæ peperit masculum. Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut uolaret in desertum, in locum suum ubi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis. Et eiecit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, ut eam faceret rapi à flumine. Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen quod eiecerat draco ex ore suo. Et iratus est draco aduersus mulierem, & abijt ut faceret prælium cum reliquis de semine eius qui custodiunt mandata dei, & habent testimonium Iesu Christi. Et stetit super arenam maris.

CAPVT XIII.

ET uidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septē, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomen blasphemiæ. Et bestia quam uidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes ursi, & os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco uirtutem suam, & sedem suam, & potestatem magnam. Et uidi unum de capitibus eius quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius curata est. Et admiratio fuit in uniuersa terra post bestiam. Et adorauerunt draconem, qui dedit potestatem bestiæ: & adorauerūt bestiam, dicentes: Quis similis bestiæ, & quis poterit pugnare cum ea? Et datum est ei os loquens magna & blasphemias, & data est ei potestas faciendi menses quadragintaduos. Et aperuit os suum in conuicia ad deum, ut conuicijs afficeret nomen eius, & tabernaculū eius, & eos qui in cœlo habitāt. Et est datū illi bellū facere cum sanctis, & uincere eos. Et data est illi potestas in omnē tribum & populū, et linguam, & gentē, & adorabūt eam omnes qui inhabitant terrā: † quorum non sunt scripta nomina in libro uitæ agni, qui occisus est ab origine mundi. Si quis habet aurē, audiat. Qui in captiuitatem ducit, in captiuitatem uadit: † qui gladio occiderit, oportet eum gladio,

Infra 20.
Gen. 9.
Matt. 26.

gladio occidi. Hic est patientia & fides sanctorum. Et uidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestiæ omnē facit in conspectu eius, & facit terrā & inhabitātes in ea adorare bestiam primā, cuius curata est plaga mortis. Et facit signa magna, ut etiā ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominū. Et seducit habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi ut faceret in conspectu bestiæ, dicēs habitantibus in terra, ut faciant imaginem bestię, quæ habet plagā gladij, & uixit. Et datū est illi ut daret spiritū imagini bestiæ, & ut loquatur imago bestiæ, & faciet ut quicunq; non adorauerint imaginem bestiæ, occidātur. Et facit omnes pusillos, et magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos accipere characterem in manu sua dextera, aut in frontibus suis. Et ne quis posset emere aut uendere, nisi qui habeat characterem aut nomen bestiæ, aut numerū nominis eius. Hic sapientia est. Qui habet intellectū, cōputet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est, & numerus eius sexcenti sexagintasex.

CAPVT XIIII.

ET uidi, & ecce agnus stans super montem Sion, & cum eo centum quadragintaquatuor millia habentia nomen patris eius scriptum in frontibus suis.

Et audiui uocem de cœlo tanquam uocem aquarum multarũ, & tanquam uocem tonitrui magni: & uocem audiui citharœdorum citharizantium citharis suis. Et cantant quasi canticum nouum ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores: & nemo poterat discere canticum, nisi illa centum quadragintaquatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, uirgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocunq; ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ deo & agno, & in ore eorum non est inuentus dolus. Sine macula enim sunt ante thronum dei. Et uidi alterũ angelum uolantẽ per medium cœli, habentem Euangeliũ æternum, ut euangelizaret habitãtibus super terram, & omni genti, & tribui, & linguæ, & populo, dicentem magna uoce: Timete deum, & date illi honorem, quia uenit hora iudicij eius: † & adorate eum qui fecit cœlũ & terram, mare, & fontes aquarum. Et alius angelus sequutus est, dicens: * Cecidit, cecidit Babylon ciuitas illa magna, quia à uino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes. Et tertius angelus secutus est illos, dicens uoce magna: Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua, & hic bibet de uino iræ dei, quod mixtum est

Psal.145.
Act.14.
Hsa.21.
Hiere.51.
Infra 18.

mero

mero in calice iræ ipsius. Et cruciabitur igne & sulphure in conspectu angelorũ sanctorum, & ante conspectum agni. ✶ Et fumus tormenti eorum ascendit in sæcula sæculorum. Nec habẽt requiem die ac nocte, qui adorant bestiam & imaginem eius: & si quis acceperit characterẽ nominis eius. Hic patientia sanctorum est. Hic qui custodiunt mandata & fidem Iesu. Et audiui uocem de cœlo, dicentem mihi: Scribe: Beati mortui qui in domino moriuntur amodo, etiam dicit spiritus, ut requiescãt à laboribus suis, sed opera illorum sequũtur illos. Et uidi, & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam. Et alius angelus exiuit de templo, clamans uoce magna ad sedentem super nubem: † Mitte falcem tuam & mete, quia uenit tibi hora ut metas, quoniam aruit messis terræ. Et misit qui sedebat super nubẽ, falcem suam in terram, & demessa est terra. Et alius angelus exiuit de templo, quod est in cœlo, habens & ipse falcem acutã. Et alius angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem, & clamauit uoce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, & uindemia botros terræ, quoniã maturæ sunt uuæ eius. Et misit

Supra 9. Infra 19.

Ioel. 3.

angelus falcem suam acutam in terram, & uindemiauit uineã terræ, & misit in lacum iræ dei magnũ, & calcatus est lacus extra ciuitatem, et exiuit sanguis de lacu usq; ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.

CAPVT XV.

ET uidi aliud signum in cœlo magnum & mirabile, angelos septem habentes plagas septem nouissimas: quoniam in illis consummata est ira dei. Et uidi tanquã mare uitreum mixtum igni, & eos qui uictoriam reportabãt de bestia & imagine eius, & de charactere eius, & de numero nominis eius, stantes super mare uitreum, habentes citharas dei, & cantant canticum Mosi serui dei, & canticum agni, dicentes: Magna et mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens: iustæ & ueræ sunt uiæ tuę rex sanctorum. †Quis nõ timebit domine, & magnificabit nomen tuum? Quia solus pius es: quoniam omnes gentes uenient & adorabunt in conspectu tuo: quoniam iudicia tua manifestata sunt. Et post hæc uidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cœlo: & exierunt septem angeli, habentes septem plagas, de templo, uestiti lino mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. Et unũ ex quatuor animalibus dedit septẽ angelis septem phialas aureas, plenas iracũdiæ dei uiuen-

Hier.10.

tis

tis in sæcula sæculorũ. Et impletũ est templũ fumo à maiestate dei, et de uirtute eius, & nemo poterat introire in templũ, donec consummarentur septem plagæ septem angelorum.

CAPVT XVI.

ET audiui uocem magnam de templo, dicentem septem angelis: Ite, effundite septem phialas iræ dei in terram. Et abijt primus angelus, & effudit phialam suam in terram, & factum est uulnus malum ac noxium in homines, qui habebant characterem bestiæ, & in eos qui adorabant imaginem eius. Et secundus angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui, et omnis anima uiuens mortua est in mari. Et tertius angelus effudit phialam suam in flumina, & in fontes aquarum, & factæ sunt sanguis. Et audiui angelum aquarum dicentem: Iustus es domine, qui es, & qui eras: & sanctus, quia hæc iudicasti, quia sanguinem sanctorum & prophetarum effuderũt, & sanguinem eis dedisti bibere. Digni enim sunt. Et audiui alterum è sanctuario dicentẽ: Etiã domine deus omnipotẽs, uera et iusta iudicia tua. Et quartus angelus effudit phialã suam in solẽ, & datũ est illi æstu affligere homines per ignẽ. Et æstuauerũt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen dei habentis potestatem super has plagas: nec egerũt scelerum

pœnitentiã, ut darent illi gloriam. Et quintus angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ, & factum est regnum eius tenebrosum, & cõmanducauerunt linguas suas præ dolore, & conuitijs affecerunt deum cœli præ doloribus suis, & ulceribus suis nec resipuerũt ab operibus suis. Et sextus angelus effudit phialam suam in flumen illud magnũ Euphratem, & siccata est aqua eius, ut præpararetur uia regum ab ortu solis. Et uidi ex ore draconis, & ex ore bestiæ, & ex ore pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos in modũ ranarum. Sunt enim spiritus dęmoniorum facientes signa, ut procedant ad reges totius terræ ad congregandum illos in pręlium diei illius magni dei omnipotentis. * Ecce uenio sicut fur. Beatus qui uigilat, & custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet, & uideant turpitudinẽ eius. Et congregauit illos in locum, qui uocatur Hebraice Armageddon. Et septimus angelus effudit phialam suam in aerem. Et exiuit uox magna de cœlo à throno, dicens: Factum est. Et facta sunt fulgura & uoces, & tonitrua, & terræmotus factus est magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram, talis terræmotus adeo magnus. Et facta est ciuitas magna in tres partes, & ciuitates gentium ceciderũt. Et Babylon magna uenit in memoriam

Mat. 24. Luc. 12. 1. Thes. 5 2. Pet. 3.

moriam ante deum, ut daret illi calicem uini indignationis iræ suæ. Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. Et grando magna sicut talentum descendit de cœlo in homines, & blasphemauerunt deũ homines propter plagam grandinis, quoniam magna facta est plaga eius uehementer.

CAPVT XVII.

ET uenit unus de septem angelis qui habebant septem phialas, & loquutus est mecum, dicẽs mihi: Veni ostendam tibi damnationẽ meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cum qua scortati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terrã de uino prostitutionis eius. Et abstulit me spiritus in desertũ. Et uidi mulierem sedentem super bestiam coccinam plenam nominibus maledicentiæ, habentem capita septem, et cornua decem. Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenũ abominationibus, & immunditia libidinis suæ. Et in fronte eius nomen scriptum mysterium: Babylon magna mater scortationum, & abominationum terræ. Et uidi mulierem ebriam de sanguine sanctorũ, & de sanguine martyrum Iesu: & miratus sum cum uiderem illam, admiratione magna. Et dixit mihi angelus: Quare miraris? Ego di

cam tibi mysterium mulieris, & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem, & cornua decem. Bestia quam uidisti, fuit, & non est; & ascensura est de abysso, & in interitum ibit, & mirabuntur inhabitantes terram, quorum nomina scripta non sunt in libro uitæ à condito mundo, uidentes bestiam, quæ erat, & nõ est. Hic est mens, quæ habet sapientiam. Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt. Quinq; ceciderunt, unus est, & alius nondum uenit. Et cum uenerit, oportet illum breue tempus manere. Et bestia quæ erat, et non est, & ipse octauus est, & de septem est, & in interitũ uadit. Et decem cornua quæ uidisti, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanq; reges una hora accipient cum bestia. Hi unum consilium habent, & uirtutem & potestatem suam bestiæ tradent. Hi cum agno pugnabũt, et agnus uincet illos, † quoniã dominus dominorũ est, et rex regum: et qui cũ illo sunt uocati, & electi, & fideles. Et dicit mihi: Aquæ quas uidisti, ubi meretrix sedet, populi sunt & turbæ, & gentes, & linguæ. Et decẽ cornua quę uidisti in bestia, hi odio prosequentur meretricem, & desolatam facient illam & nudã, et carnes eius comedent, & ipsam igne cõcremabunt. Deus enim dedit in corda eorum,

1. Tim. 6. infra 19.

ut

ut faciant quod placitum est illi, ut unam faciant uoluntatem, ut dent regnum suum bestiæ, donec consummẽtur uerba dei. Et mulier quam uidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.

CAPVT XVIII.

ET post hæc uidi alium angelum descendentem de cœlo: habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius. Et exclamauit per fortitudinem uoce magna, dicens: †Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis uolucris immundæ & inuisæ, quia de uino iræ scortationis eius biberunt omnes gentes. Et reges terræ cum illa scortati sunt, & mercatores terræ de uirtute deliciarum eius diuites facti sunt. Et audiui aliam uocem de cœlo dicentem: Exite de illa populus meus, ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius ne accipiatis. Quoniam peruenerũt peccata eius usq; ad cœlum, & recordatus est deus iniquitatum eius. Reddite illi sicut & ipsa reddidit uobis, & duplicate ei duplicia secundum opera eius. In poculo quo miscuit, miscete illi duplum. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum, quia in corde suo dicit: †Sedeo regina, & uidua non sum, & Esa. 21. Hier. 51. Supr. 14. Esa. 47.

luctum non uidebo. Ideo in una die uenient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur, quia fortis est dominus deus, qui iudicabit illam. Et flebunt illam, & plangent se super illa reges terræ, qui cũ illa scortati sunt, & in delicijs uixerunt, cum uiderint fumum incendij eius, longe stantes propter timorem tormenti eius, di-
Hiere. 51. centes: † Væ uæ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, quoniam in una hora uenit iudicium tuum. Et negotiatores terræ flent & lugent super illa, quoniam merces eorum nemo emit amplius, merces auri & argenti, & lapidis pretiosi, necp margaritæ, & byssi, purpuræ, & cocci, & omne lignum thyinum, & omne uas eburneum, & omne uas de ligno pretiosissimo, & ære, & ferro, & marmore, & cinamomum, & odoramentum, & unguentum, & thus, & uinum, & oleum, & similam, & triticum, & iumenta, & oues, & equorum, & rhedarum, & mancipiorum, & animas hominum. Et poma desiderij animæ tuæ discesserunt à te, & omnia pinguia & præclara perierũt à te, & amplius illa iam non inuenies. Mercatores horum qui diuites facti sunt, ab ea longe stabunt propter timorem tormenti eius, flentes ac lugentes, & di-
Ibidem. centes: † Væ uæ ciuitas illa magna, quæ amicta erat byssо, & purpura, & cocco, & deaura-

deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis, quoniã una hora destituta sunt tantæ diuitiæ, & omnis gubernator, & omnis in nauibus uersantium turba, & nautæ, & qui in mari operãtur, longe steterũt: & clamauerunt, uidentes fumum incendij eius, dicentes: Quæ similis ciuitati huic magnæ? Et miserũt puluerem super capita sua, & clamauerunt flentes & lugentes, dicentes: Væ uæ ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes qui habebant naues in mari de pretijs eius, quoniam una hora desolata est. Exulta super eam cœlum, & sancti apostoli & prophetæ, quoniam iudicauit deus iudicium uestrum de illa. Et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens: † Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, et ultra iam non inuenietur. Et uox citharœdorum & musicorum, & tibia canentiũ, & tuba non audietur in te amplius: & omnis artifex, cuiuscunq; artis non inuenietur in te amplius: & uox molæ non audietur in te amplius: & lux lucernæ non lucebit in te amplius: & uox sponsi et sponsæ non audietur posthac in te, quia mercatores tui erant principes terræ, quia in ueneficijs tuis errauerunt omnes gentes: & in ea sanguis prophetarum & sanctorũ inuentus est, & omnium qui interfecti sunt in Hiere. 51.

terra. CAPVT XIX.

POst hæc audiui quasi uocem magnam turbæ multę in cœlo dicentis: Alleluia, salus & honor & gloria & uirtus domino deo nostro est, quia uera & iusta iudicia eius: quia iudicauit de meretrice magna, † Sup.6. quæ corrupit terram prostitutione sui, & uindicauit sanguinem seruorum suorum de eius manu. Et iterum dixerunt: Alleluia. † Su.9.14. Et fumus eius ascendit in sæcula sæculorũ. Et ceciderunt uigintiquatuor seniores, & quatuor animalia, & adorauerũt deum sedentem super thronum, dicentes: Amen, alleluia. Et uox de throno exiuit, dicẽs: Laudem dicite deo nostro omnes sancti eius, et qui timetis eum pusilli & magni. Et audiui sicut uocem turbæ multæ, & sicut uocem aquarum multarum, & sicut uocem tonitruorum magnorum, dicentium: Alleluia, quoniam regnauit dominus deus noster omnipotens. Gaudeamus et exultemus, et demus gloriã ei, quia uenerũt nuptiæ agni, et uxor eius præparauit se. Et datum est illi, ut cooperiat se byssino puro et splendido. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorũ. Et dicit mihi, Scribe: † Beati qui ad Matt.22. Luc.14. cœnam nuptiarum agni uocati sunt. Et dicit mihi: Hæc uerba dei uera sunt. Et cecidi ante pedes eius, ut adorarem eum. Et dicit Infra 22. mihi: † Vide ne feceris, cõseruus tuus sum,

&

& fratrum tuorum habentium testimonium Iesu. Deum adora. Testimonium enim Iesu est spiritus prophetiæ. Et uidi cœlum apertum, & ecce equus albus, et qui sedebat super eum uocabatur fidelis & uerax, & per iustitiam iudicat & pugnat. † Oculi autem Sup. 1. 2.
eius sicut flãma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomẽ scriptũ, quod
nemo nouit nisi ipse. † Et uestitus erat uestE Esa. 63.
tincta sanguine. Et uocatur nomen eius, sermo dei. Et exercitus qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, uestiti byssino albo & mũdo, † & ex ore eius procedit Supra 1.
gladius ex utraq; parte acutus, ut eo percutiat gentes. † Et ipse reget eas uirga ferrea, & ipse calcat torcular uini furoris, & Psal. 2.
Supra 2.
iræ dei omnipotentis. Et habet in uestimento & in fœmore suo nomen scriptum: †
Rex regum, & dominus dominantium. Et 1. Tim. 6.
uidi unum angelum stantem in sole, & clamauit uoce magna, dicens omnibus auibus, quæ uolabant per medium cœli: Venite & congregamini ad cœnam magni dei, ut edatis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum, ac seruorum, & pusillorum ac magnorum. Et uidi bestiam & reges terræ, et exercitus eorum congregatos ad faciendum prelium cum illo qui sedebat

in equo, & cum exercitu eius. Et apprehẽsa est bestia, & cum illa pseudopropheta qui fecit signa coram ipso, in quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestię, & qui adorauerunt imaginẽ eius. Viui con iecti sunt hi duo in stagnũ ignis ardens sulphure: & cæteri occisi sunt gladio sedentis super equũ qui procedit ex ore ipsius, & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

CAPVT XX.

ET uidi angelum descendẽtem de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenã magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & satanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit eum: & obsignauit super illum, ut non seducat amplius gentes, donec consummẽtur mille anni. Et post hoc oportet illum solui modico tempore. Et uidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis: & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter sermonem dei: & qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus suis, aut in manibus suis: & uixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis. Cæteri uero mortuorum non reuixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus et sanctus qui habet partem

tem in resurrectione prima. In his secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes dei & Christi, & regnabunt cum illo mille annis. Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur satanas de carcere suo, & exibit ut seducat gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ Gog & Magog, ut congreget eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris: & ascenderunt super latitudinem terræ, & circumierunt castra sanctorũ & ciuitatem dilectam. Et descendit ignis à deo de cœlo, & deuorauit eos: & diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, ubi & bestia & pseudoprophetæ cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum. Et uidi thronum magnum candidum & sedentem super eũ: à cuius conspectu fugit terra & cœlum, & locus non est inuentus eis. Et uidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu dei: & libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est uitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum: & dedit mare mortuos qui in eo erant, & mors & infernus dederunt eos qui in ipsis erant mortuos, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus & mors coniecti sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inuentus est in libro uitæ scri-

ptus, coniectus est in stagnum ignis.

CAPVT XXI.

Esa. 65. 2. Pet. 3. Et †Vidi cœlum nouum, & terram nouam. Primum enim cœlum, & prima terra abijt, & mare iam non est. Et ego Ioannes uidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam, descendentem de cœlo, à deo paratam sicut sponsam ornatam uiro suo. Et audiui uocem magnam de cœlo, dicentem: Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis: & ipsi populi eius erunt, & ipse deus cum eis erit eorum deus.

Esa. 25. Supra 7. † Et absterſurus est deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Et mors ultra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra, quia prima abierunt. Et dixit qui

Esa. 43. 2. Cor. 5. sedebat in throno: † Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi: Scribe, quia hæc uerba fidelia sunt & uera. Et dixit mihi: Factum

Esa. 44. Infra 22. est: † Ego sum Alpha & O, initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ uiuæ gratis. Qui uicerit, possidebit omnia, & ero illi deus, & ipse erit mihi filius. Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & scortatoribus, & ueneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Et uenit ad me unus de septem angelis habentibus septem

phialas

phialas plenas septem plagis nouissimis: & loquutus est mecum, dicens: Veni ostendam tibi sponsam uxorem agni. Et sustulit me spiritu in montem magnum & altum, & ostendit mihi ciuitatem magnam, sanctam Hierusalem, descendentem de cœlo à deo, habentem claritatem dei. Et lumen eius simile lapidi pretiosissimo, tanquam lapidi iaspidi crystallizanti: & habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim: & in portis angelos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel. Ab Oriente portæ tres, Ab Aquilone portæ tres, Ab Austro portæ tres, ab Occasu portæ tres: & murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum agni. Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream, ut metiretur ciuitatem & portas eius, & murum eius. Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est quanta & latitudo: & mensus est ciuitatẽ de arũdine aurea per stadia duodecim millia: & longitudo, & altitudo, & latitudo eius æqualia sunt. Et mensus est murum eius centũ quadragintaquatuor cubitorum, mensura hominis, quæ est angeli. Et erat structura muri eius ex iaspide. Ipsa uero ciuitas aurum mundum, similis uitro

mundo & fundamenta muri ciuitatis omn
lapide pretioso ornata. Fundamentum pr
mum iaspis, secundum sapphirus, tertium
calcedonius, quartum smaragdus, quin
tum sardonix, sextum sardius, septimu
chrysolitus, octauum berillus, nonum top
zius, decimum chrysoprasus, undecimu
hyacinthus, duodecimum amethystus. E
duodecim portæ, duodecim margaritæ su
per singulas, & singulæ portæ singulis m
garitis: & platea ciuitatis aurum mundu
tanquam uitrum perlucidum. Et templu
non uidi in ea. Dominus enim deus omni
Esa. 60. potens templum illius est, & agnus. † E
ciuitas nõ eget sole neq; luna, ut luceant i
ea. Nam claritas dei illuminat eam, & lu
cerna eius est agnus. Et ambulabunt gen
tes, quæ seruatæ fuerunt in lumine eius, &
reges terræ afferent gloriam suam in illam
Ibidem. * Et portæ eius non claudentur per dies
Nox ẽm non erit illic, Non intrabit in ea
aliquid quod inquinat, aut abominatio
facit & mendacium, nisi qui scripti sunt
libro uitæ agni.

CAPVT XXII.

ET ostendit mihi purum fluuium aqu
uiuæ splendidum tanquam crystallu
procedentem de sede dei & agni. In medi
platea eius, & ex utraq; parte fluminis li
gnum uitæ, afferens fructus duodecim, p
mense

menſes ſingulos reddens fructum ſuum, & folia ligni ad ſanitatem gentium. † Et omne maledictum non erit amplius, ſed ſedes dei & agni in illa erunt, & ſerui eius ſeruient illi. Et uidebunt faciem eius, & nomen eius in frontibus ſuis. † Et nox ultra non erit, & non egent lumine lucernæ, neq; lumine ſolis, quoniam dominus deus illuminat illos, et regnabunt in ſæcula ſæculorũ. Et dixit mihi: Hæc uerba fidelia ſunt, et uera. Et dominus deus ſanctorum prophetarum miſit angelum ſuum oſtendere ſeruis ſuis, quæ oportet fieri cito. Et ecce uenio uelociter. † Beatus qui cuſtodit uerba prophetiæ libri huius. Et ego Ioannes, qui audiui & uidi hæc. Et poſtquam audiſſem & uidiſſem, cecidi, ut adorarem ante pedes angeli, qui mihi hæc oſtendebat. Et dicit mihi: † Vide ne feceris, conſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui ſeruant uerba prophetiæ libri huius. Deum adora. Et dicit mihi: Ne obſignaueris uerba prophetiæ libri huius. Tempus enim prope eſt. Qui nocet, noceat adhuc: & qui ſordidus eſt, ſordeſcat adhuc: & qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & ſanctus, ſanctificetur adhuc: & ecce uenio cito, & merces mea mecum eſt, ut reddam unicuique ut opus illius erit. † Ego ſum Alpha & O, primus & nouiſ-

Gal. 5.

Eſa. 60.

Supra 22.

Supra 19.

Eſa. 44.

simus, principium & finis. Beati qui seruãt mandata illius, ut sit potestas eorum in ligno uitæ, & per portas intrẽt in ciuitatem. Foris autem canes & uenefici, & impudici, & homicidæ & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium. Ego Iesus misi angelum meum, ut testificaretur uobis hæc in ecclesijs: ego sum radix & genus Dauid, stella splẽdida & matutina. Et spiritus & sponsa dicunt, Veni: & qui audit, dicat, Veni. †Et qui sitit, ueniat: & qui uult, accipiat aquam uitæ gratis. Cõtestor enim omni audienti uerba prophetiæ libri huius. Si quis apposuerit ad hæc, apponet deus super illũ plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de uerbis prophetiæ huius, auferet deus partem eius è libro uitæ, & à ciuitate sancta, & ex his quæ scripta sunt in libro isto. Dicit qui testimonium perhibet istorum: Etiam uenio cito. Amen, etiam: ueni domine Iesu. Gratia domini nostri Iesu Christi cũ omnibus uobis, Amen.

Esa.55.
Ioan.7.
Prou.5.

Noui Testamenti totius per Des. Erasmum Roterodamum nouissime recogniti, Finis.

Testamẽti, partim reiectis, aut non sine contradictione admissis, partim apocryphis. Ex Athanasio, tametsi mihi suspectus est titulus, Eras. Roterod. interprete.



Tacq; qui libri sint ueteris instrumenti, quibus reclamatur à nõnullis, iã antea quoque diximus, uidelicet Sapiẽtia Solomonis, Sapientia Iesu filij Sirach. Præterea Hester & Iudith, ac Tobias. Quibus adnumerantur & hi: Machabæorum libri quatuor, Ptolemaici, Canticũ Solomonis, Susanna. Hi sunt libri ueteris testamẽti, qui recepti sunt, non sine cõtradictione. Rursus Apocryphi, hoc est, qui secreto habebãtur ueteris instrumenti libri, sunt hi: Enoch patriarchæ, Adsumptio Mosi, Abrahã, Eldad & Modad, Heliæ prophetæ, Sophoniæ prophetæ, Zachariæ patris Ioannis Baptistæ, Baruch, Abacuc, Ezechiel. Et qui falsò inscribuntur Danieli. Porrò noui testamenti libri, quibus contradicitur, sunt hi: Itinerarium Petri, Itinerariũ Ioannis, Itinerarium Thomæ, Euangeliũ secundum Thomam, Doctrina apostolorum, libri Clementis, à quibus semoti sunt ac decerpti libri ueriores, ac diuino afflatu scripti, hi qui nunc

leguntur. Atq; hæc quidem omnia sunt edita, uti cognoscerentur. Cæterum illi notati sunt omnes ut adulterini & reiectitij. Ac ne horum quidem maxime apocryphorũ, ulla certitudo aut utilitas, pręcipue qui pertinent ad nouum testamentum. Sed omnes, præter illos, qui primum à ueteribus ac doctis patribus recepti sunt, & comprobati, nimirum digniores sunt, qui occultentur quàm legantur. Etiam reliqua illa quæ inter apocrypha numerantur euangelia, exceptis his quatuor quæ nobis tradita sunt. Nam quatuor Euangelia nobis diuinitus tradiderũt sanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ: uidelicet Euangelium secundum Matthæum, secundum Marcum, secundum Lucam, & secundum Ioannem, iuxta propheticam uisionem, quã uidit Ezechiel propheta de quatuor Cherubin. Vidit enim hic propheta quatuor Cherubin. Vnum simile homini, hoc est, Euangeliũ secundum Matthæum. Alterum simile leoni, hoc est, Euangelium secundum Marcum. Tertium simile uitulo, hoc est, Euangelium secundũ Lucam. Quartum simile aquilæ, hoc est. Euangelium secundum Ioannem. Porrò præter hæc quatuor non est aliud ullum Euangelium. Euangelium igitur secundum Matthæum descriptum est ab ipso Matthæo Hebraica lingua, atq; editum Hierosolymis.

Inter-

Interpretatus est autem Iacobus, qui fuit frater domini iuxta carnem, qui idem primus electus est à sanctis apostolis episcopus Hierosolymitanus. Euangelium autem secundum Marcum, dictatum quidem fuit à Petro apostolo Romæ, sed editū à beato Marco apostolo, & ab eodem prædicatum in Alexandria, Aegypto, Pentapoli et Libya. Cæterum euangelium secundum Lucam, dictatum quidem fuit ab ipso Paulo apostolo, conscriptum autem & editum à beato Luca apostolo & medico. Quemadmodum & Acta apostolorum, dictauit quidem Petrus apostolus, sed idem Lucas cōscripsit. Euangelium autem secundum Ioannem, prędicatum quidem est ab ipso Ioanne apostolo & Iesu dilecto cum exularet in insula Patmo, editum ab eodem Ephesi, per Caium dilectum & hospitem apostolorum, de quo & Paulus Romanis scribens, ait: Salutat uos Caius hospes meus ac totius ecclesiæ.

mus pio Lectori salutem dicit.



Vanquam in rebus diuinis ita subinde caligat ingeniũ mortale, quamlibet alioqui perspicax, ut identidem exclamare cogatur illud apostoli Pauli, qui quanquam raptus in tertiũ cœlũ, audisset quædã reconditiora, ꝙ ut expediret ea prodere mortali adhuc corpore grauatis animis, tamen Romanis scribẽs, ubi sermonis progressus cogitationẽ illius propius perduxisset ad adytum diuini consilij, protinus obstupescens, exclamat: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, ꝙ incomprehensibilia sunt iudicia eius, et imperuestigabiles uiæ eius. Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Mox ꝙ submittens imbecillitatem humani captus, maiestati numinis, nihil non optime dispensantis, etiamsi ratio cõsilij non potest à nobis percipi. Ipsi, inquit, honor & gloria in sæcula sæculorum. Sic ab adorata maiestate sese reuerenter subducens, transit ad mores instituendos. Obsecro, inquit, uos fratres, per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiã uiuentem. Exclamat itidem propheta: Iudicia domini abyssus multa Est tamen quò fas sit prodire piæ curiositati Christianorum

norum, modo ad Paulinum exemplar, simul atq; senserit aciem humanę mentis non ferre lucem illam inaccessibilem, quam pater cœlestis inhabitat, cedat adorabunda, & uenerata numinis inscrutabile mysterium, suam agnoscat imbecillitatem, & ea potius curet ὅτι οἱ ἐν μεγάροισι λαικῶν τ' ἀγαθῶν τε τέτυκται. At nescio quo pacto fit, ut hominum curiositas non alibi magis intendat omnes ingenij neruos, quàm in his, quæ & plurimum absunt à captu mortalitatis, & ad uitæ pietatem quàm minimum conducunt. Quod genus ferè sunt illa, quæ disputantur de essentia diuina. Nullum autem mysterium magis ad nos pertinet, quàm ineffabile consiliũ, quo deus per filium suum restituit humanũ genus. In huius contemplatione crebro uersanti, nonnunquam illud mihi uisum est uestigatu dignum, ecquod operæpretium fuerit, ut ipse dei filius factus homo, doctrina sua uiam salutis nobis ostẽderet. Nam ingens aliquod operæpretium fuerit necesse est. Atqui uix quicquam est proditum euangelicis literis, quod non multis ante sæculis proditum fuerit ueteris Testamenti uoluminibus, quædam etiam philosophorum libris Animas superstites esse corporibus, proq; meritis actæ uitæ uel præmijs, uel

pœnis affici, præter alios docuit Socrates ille Platonicus. Idem docet non esse uirum iustum, qui malit desinere esse iustus, quàm sustineat haberi iniustus. Docet animum abducendum ab amore rerum uisibilium, ad studium earum, quæ ueræ, semperq; sunt. Docet mortem non esse metuendam, sed optandam potius ei qui bene uixerit. Docet non oportere quenquam suis factis fidere: sed tamen eum qui conatus est pro uiribus pure uiuere, oportere de benigno deo bonã habere spem. Hæc an non congruunt cum illis euangelicis dogmatibus? Et ibunt illi quidem in uitam æternã, illi uero in ignem æternum. Et beati eritis cum uobis exprobrauerint homines, & beati cum uos prosequentur propter iustitiam. Et, Nolite uobis thesaurizare thesauros in terra. Et, Operamini cibum qui non perit. Et, Nolite timere eos qui occidunt corpus. Et, Cum omnia feceritis, dicite: Serui inutiles sumus. Iam uero lex illa charitatis, quæ sola cunctas leges complectitur, an non planè diligenterq; tradita est in ueteri Testamento: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, ex tota mente tua, ex totis uiribus tuis, et proximum tuum tanquam teipsum? Quid potuit inculcari diligentius, quid efficacius exprimi? Iam illa charitatis euan-

gelicæ

gelicæ præcepta, quibus iubemur esse misericordes ac benefici erga egenos, sic inculcantur in prophetarum ac ueteris testamenti uoluminibus, ut uix possint uel apertius uel accuratius. Clamat Esaias: Subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam. Rursum alibi: Dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne onus disrumpe. Frange esurienti panem tuũ, & egenos uagos & induc in domũ tuam. Cum uideris nudum, operi eum. Christus docet, omni petenti te, da. At Deuteronomij liber, hoc ipsum etiã efficacius. Nõ erit, inquit, in te egens, ut benedicat te dominus deus tuus. Plus enim exigere uidetur, q̃ iubet curari ne quis egeat, quàm qui iubet dari petenti. Quin & illud quod euangelicæ philosophiæ uidetur esse peculiare, quibus in rebus sita sit Christiana beatitudo, licet apud Isaiam audire. Dominus Iesus dixit: Beati pauperes, beati qui esuriunt, beati qui lugent. Quàm his concinit Esaias: Ecce, inquit, serui mei comedent, & uos esurietis: ecce serui mei bibent, & uos sitietis: ecce serui mei lætabuntur, & uos cõfundemini: ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & uos clamabitis præ dolore cordis. Christus ait: Beati eritis cum uos oderint homines. Quid Esaias? Ne metueritis, inquit, igno-

miniam ab hominibus, & contemptu illorum ne minuamini. Postremo quod proprie uidebatur euangelicæ perfectionis, ne læsi referamus iniuriam, ut diligamus & inimicos, ut bene mereamur de male merẽtibus: an non & Esaias docuit, cum ait: Dicite fratres nostri estis, eis qui uos oderunt. Rursum cũ præcipit Zacharias, ne quis meminerit malitiæ proximi sui. Rursum cum per prophetã clamat dominus: Mihi uindicta, & ego retribuã. Ac ne exempla quidẽ euangelicę perfectionis desiderãtur in ueteris testamẽti libris. Nam & Moses deleri postulat de libro dei, ni rebelli populo condonaret peccatũ. Et Aaron intercedit pro coniuratis aduersum sese. Necp̃ desunt exempla fortium, qui pro iustitia passi sint extrema, quemadmodũ euangelici martyres Quod si quis requirit miracula, comperiet excitatos mortuos, sanatũ leprosum, auctam oleo lecythũ, non defeciſſe hydriã farinę: ignem cœlitus demissum absumpsisse carnes uictimæ, multa ui aquarum perfusas: fontem ad uirgæ ictum exilijsse è petra, aquas iniecto ligno ex amaris ac pestiferis factas dulces ac salubres, aliaq̃ nõ pauca notiora quàm ut hic sint ¡repetenda Nec illic sacræ triadis siletur mysterium. De patris nomine plena sunt omnia, filij locis aliquot mentio, quẽ Augustinus testatur sese & in Platonicorum

tonicorum libris reperisse. Spiritus diuini nomen ac uis non tacetur. Reuiuiscentiam corporum docuit Iob, & ante Christum natum credebant pharisæi. Hæc, inquã, omnia cum tot retro sæculis fuissent prodita, quid erat illud nouum, cuius gratia filius dei descendit in terras, qui se profitetur nouatorẽ omniũ? Equidẽ dicã meam sententiã, sed ita ut integrũ sit suũ cuiq; iudiciũ, si quis quid habet quod uero sit propius. Quũ uetus testamentũ fuerit umbra, ac ueluti progymnasma philosophiæ euangelicæ, quumq; euangelica doctrina sit instauratio simul & perfectio naturæ, ut erat primum condita syncere, mirum uideri non debet, si philosophis quibusdam ethnicis, datũ est naturæ ui quædam animaduertere, quæ cũ doctrina Christi consentiant, cum teste Paulo, ijsdem contigerit ex uisibili mundi fabrica ea colligere, quæ non oculis, sed animo comprehenduntur, usque ad sempiternam dei uirtutem ac diuinitatẽ: & maxime congruebat, ut nihil adferret Christus, cuius non aliqua uel umbra, uel scintilla præcessisset in ueteris testamenti libris, quo propensior esset omnium fides, ad rem non omnino subitam atq; inexpectatam. Primũ igitur quicquid Christus præstitit, promissum est sacrorũ uatum oraculis, adumbratum est figuris, & carptim etiã expressum est, ueluti subinde pro

micantibus hinc atq; hinc scintillulis aliq̃t quæ lucem illam post erupturam orbi portenderent. Quid igitur eximium habuit ille rerum omnium innouator? Multa sanè. Primum quod absolutæ uirtutis uel præcepta, uel exempla, quæ per partes alia ab alijs prodita fuerant, hic unus & tradidit & expressit omnia, nec tradidit solũ, sed infixit, inculcauit, uarijsq; parabolis sic impressit animis omnium, ut elabi non possint. Et sic expressit moribus ac factis, ut tota uita nihil aliud sit, q̃ absolutum quoddam exemplar absolutæ charitatis, modestiæ, tolerantiæ, clementiæ, ac mansuetudinis. Hanc harmoniam, hunc omnium uirtutũ concentum in nullo sanctorũ reperies, præterq; in uno Christo Iesu. Siquidem hic erat uere sermo ille contractus, & in compendiũ redactus, quẽ tandẽ fecit dominus super terrã, in quo recapitularet omnia quæ in cœlis & quæ in terris, ut quæcunq; è tot libris, è tot sanctis uiris ante petebantur, nunc compendio ab uno Christo longe tum expressiora, tum absolutiora sumi possent. Ab hoc semina ac uelut elementa pietatis, ab hoc progressus & auctus, ab hoc perfectio rectissime sumitur, qui est alpha & O rerũ omniũ. Quanquam hoc ipsum quod uirtutis emicuit in sanctis, Christi munus est, tamen nihil in eis tam eximium est quod non frigeat & obscu

retur

retur, si ad Christi doctrinã & facta confera tur: ut ne dicã interim q̃ aliorũ uita sic enituit aliquot eximijs uirtutibus, ut eadẽ aliqua ex parte uitijs saltẽ humanis obscuraretur. Christũ quacunq̃ ex parte contẽpleris, nihil deprehendes non absolutũ ac perpetuum. Quis enim unq̃ mortaliũ tãta præditus innocẽtia, tanta potestate, tot miraculis clarus, tot beneficijs liberalis in omnes, sic se deiecit, sic perpetua mãsuetudine pertulit hominũ infirmitatẽ, ingratitudinẽ, peruersitatẽ usq̃ ad flagra, usq̃ ad sputa, usq̃ ad conuicia, usq̃ ad crucẽ? Quis sic omnia perfecte docuit, & præstitit absolute quæ docuit? Vincit & hoc titulo, q̃ Iudaica iustitia finibus angustis circumscribebatur, nec ultra gentem unam, eamq̃ non amplã, proferebatur. Dabis absq̃ fœnore mutuũ, sed fratri tuo: Ne memineris malitiæ, sed fratris tui: Non erit egens, sed inter uos. At Christus suã philosophiã cunctis totius orbis nationibus cõmunem esse uoluit. Da omni petenti te. Benefac omnibus, etiã inimicis. Deprecamini pro omnibus, etiã persequentibus uos. Porrò corporũ resurrectionem nõ modo docuit & inculcauit, uerum etiam præstitit ipse reuiuiscens. Itaq̃ nõ mirum est si philosophiã euangelicã totus mũdus ante in uarias philosophorum & religionũ sectas diuisus, unanimi consensu am

plexus est. Amplectamur & nos doctoris ac principis nostri monumenta: demus q̄ operā, ut illius philosophia q̄ latissime propagetur. Id fiet, si eam omnibus innocentia uitæ, mutuaq̄ charitate cōmendemus. Hac commendatione olim annis non ita multis, frustra rebellante mundo, per omnes orbis plagas diffusa est euangelica philosophia. Quemadmodum autem nomen dei glorificatur sanctis moribus Christianorum, quodāmodo dehonestatur & infamatur nostris: ita nostris moribus cæteri mortales uel alliciuntur ad amorem euangelij, uel alienantur. Mundus iam olim belligeratur cum Christo. Cæterum ubicūq̄ sunt cupiditates rerum mundanarū, ibi mundus est. His obnoxios offendit euangelica ueritas. Hi conspirati deuotis animis subinde cooriuntur aduersus sermonem cœlestem, dicentes: Venite opprimamus eum, quoniā contrarius est operibus nostris. Nos autem fortibus & inuictis animis contra nitamur, non iurgijs, non minis, non armis, nō iniurijs: sed simplici prudentia, sed beneficijs, sed māsuetudine & tolerantia. Hac uia superat euangelica ueritas. Viuit adhuc & regnat Christus, qui nouit & malorum tumultus, & bonorū afflictiones in suam gloriam uertere. Ei sit honos & imperium in omne æuum, Amen.

iuxta spem uitæ æternę. Indubitatus sermo. De his uolo ut confirmes, quo soliciti sint, ut bonis operibus præsint qui crediderunt deo. Hæc enim sunt honesta & utilia hominibus. † Stultas autem quæstiones & genealogias, & contentiones ac pugnas legales omitte: sunt enim inutiles & superuacaneæ. Sectarum authorem hominem, post unam & alteram admonitionem fuge: sciens quod euersus sit qui eiusmodi est, & peccet per se damnatus. Cum autem misero Artemam ad te, aut Tychicum, da operam ut uenias ad me Nicopolim: nã illic decreui hybernare. Zenam legisperitũ & Apollo studiose deducito, ne quid illis desit. Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad necessarios usus, ut non sint infrugiferi. Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui diligunt nos in fide. Gratia cum omnibus uobis. Amen.

2. Tim. 2

Scripta ex Nicopoli Macedoniæ.